

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37

7 400 40 Gaffa ✓

(2)

IN TITI LIVII PATAVINI
ROMANÆ HISTORIÆ PRINCIPIS
LIBROS OMNES QVI EXTANT, DOCTISSIMORVM
TAM SUPERIORIS QVAM NOSTRI SECVLI VIRORVM ANNOTA-
TIONES, Castigationes & Scholia, quotquot haberi potuerunt, ex quibus
Lector non solum Livii Historiam, aliorumque Authorum quampluri-
ma locarecte intelliget, sed & qua diligentia & attentione Authores le-
gendi sint, facile discet; cuiuslibet Authoris annotationibus integrè sepa-
ratimq; impressis, ne mutilatione vel transpositione earum quisquam
debito laboris atque industriae honore fraudaretur, sed vnius-
cuiusque sententia cognita, Lectori liberum
iudicium esset.

SVNT VERO HORVM AVTHORVM:

HENRICH GLAREANI
CAROLI SIGONIL
LAVENTII VALLAE.
BEATI RHENANI
IOHANNIS VELCVRIONIS.

THEODORICI MORELLI
M. ANTONII SABELLICI.
SIGISMUNDI GELENII.
IOHANNIS SAXONIL
VWILHELMI GODOLEVAEI.

QVIBVS PRAEFIXI SVNT:

POMPONII LAETI de *Antiquitatibus urbis Romæ*, IOH. BARTHOLOMAEI MARLIAN^E
de antique Romæ Topographia, PVBLII VICTORIS de *urbis Romæ regionibus & locis Libelli*: cūm
ad alios Authores, tum verò ad Livii historiam recte intelligendam per quam viles ac necessarij:
cum *Orationibus* M. ANTONII SABELLICI, PHILIPPI
BEROALDI, & STEPHANI NIGRI, habitis ab
ipsis in narratione TITI LIVIL.

OMNIA BONA FIDE, SINGVLARI INDVSTRIA, ET ACCV-
rato labore collecta, emendata, atque impressa.



FRANC OFVRTI AD MOENVM,
Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.
M. D. LXXVIII.



REVERENDO VIRO, NOBILITATE GENERIS, DIGNITATE, VIRTUTE, SAPIENTIA PRAESTANTI, DOMINO IOHANNI AEGOLPHO A KNOERINGEN, VVIRZEBVRGENSIS ECCLESIAE SVMMO SCHO-

1990-1991 S. IV B.

L A R E quidem de mortali:

Dicitur quod in mortuum rebus meritis, viri reverentes, censentur
sunt, qui gentium, popularum, ac praestantium Rerum publicarum res fortiter ac
laudabiliter gestas, ingenii & literarum monumenta preditas, ad posteritatem me-
moriā transmittunt. Nam præterquam quod memoriam eorum, quorum res
gestas describunt, ab oblitio[n]is interitu eretam immortalitati conferant, com-
memoratione variorum consiliorum & euentuum in quibus cunque negotijs vel pu-
blicè vel priuatic, vel domi vel foris suscep[ti], & demonstratione, quid in rebus om-
nibus pulchrum, quid turpe, quid vele, quid non, velut prudentia yniuersitatem ac of-
ficiorum omnium in struclissimum promptuarium relinquent; ita, ut author gra-
uius Polibius in commendatione Historie verissime dixerit: *autem in mortuis p[ro]p[ri]is
eis tradidit ut quod ynp[er]casas exiit post mortuas aere[us], tunc in f[ac]tis p[re]dictis post mortuas exiit.*
Verum ut his scriptoribus sua, eaque iustitia[m] malam est tribuenda, sic nec tamen vel in emendandis, vel in interpre-
tandis ipsorum scriptis, operam studiūque collocant, si laude fraudandi esse videntur. Nam dum corrupta mon-
ditusque virtutia in bonis authoribus corrigitur, vel tenebris ac obscuritate offusa illustrant, cum optimorum author-
um, qui suo nitor[um] restituentur, labore consulunt, tum quoque lectoris vel in obscuris locis haren[t]is, vel in ijs & vero
ac genuino sensu authoris deuiantis studia iuvant, & mentem depulsi tenebris vera rerum quaest[ione] tractantur cognitio
ne illustrant, eiusque ex deuirs in viam reclam reduc[ti] gressus, quasi luce praeunte in recto expeditoq[ue] tramite suscep-
ti itineris continent, eo non tantum eruditio[n]is, sed & humanitatis & pietatis laudem promerentes. Quid etenim
vel humanitati vel pietati conuenientius, quam erranti benignè comiterque, ut ille inquis viam monstrare, enim
quasi manibus prebensum ad veram reclamque semitam deducere? Id itaque viri docti omnibus etatibus animad-
uerentes, operam vel corrigendi vel explicandi cuiuscunque generis honorum authorum scripta sumere non dubita-
runt. Ac licet de eius generis scriptis luculentis, nec a nobis proposito queque aliena oratio institu posset, nos
tamen brevitate studio eam in praesenti omitentes, atque in aliud tempus reiuentes, de eorum opera breuiter dice-
mus, qui in LIVI historia (qua huic orationi causa[m] prabuit) vel emendanda, vel enarranda laborarunt. Cum
enim ipsam, vel temporum iniuria, vel hominum incuria varia multiplicesq[ue] mendes inuisassent, ac pleraque in ea lo-
ca eruditio explicatione indigenter, & superiori & nostra etate complures fuere, qui quam mendarum correctione,
obscurorumque locorum illustratione opem requirbat, hanc ei adferre conatis sunt. In quibus primi, quos nouimus,
viri doctissimi ac editis literarum monumentis clarissimi, ANTONIUS SABELLICVS, & LAUREN-
TIUS VALLA, enituere, qui per paucis quidem sed doctissimis in LIVIUM annotationibus conscriptis, cum suam
in eo restitutre voluntatem, tum quoque viam eius corrigendi alijs commonstrarunt. Post vero litteris in Germania
reflorescentibus, tot virorum doctorum opera in hoc authore & emendando & illustrando se exerunt, ut inter-
esse in hoc certamen suscepisse viderentur. Nam ne quid dicam de opera doctissimorum virorum BEATI RHE-
NANI & SIGISMUNDI GELENI, qua Basiliensis suffulta editio, ceteris multorū iudicio correctior
est habita: HENRICVS LORITVS GLAREANVS, mira incredibilique voluntate antiquitatis re-
stiuende induxit, qua ad Historia Liuiana emendationem, temporum rationem, Romanorumq[ue] magistratum
nomenclaturam pertinenter, tanta diligentia est confitatus, ut omnes, quotquot in ista palestra ante certarant,
vicisse, & ex hoc scribendi genere tanquam mystaceo laureolam retulisse censor possit. Ceterum cum in re lubrica
& obscura, diversasq[ue] notations recipiente, nemo adeo prouidus ac circumspicte[re] sit, qui non aliquando labatur at-
que impingat, ut LACTANTIVS FIRMIANVS Christiana eloquentia lumen alicubi retulit & admonuit,
id est Glareano exemplaribus Gracorum authorum, qui ad Liuiana historie emendationem requirentur, alijsque
nonnullis monumentis deficto, in quibusdam Liuij locis vel emendandis vel explicandis contigerit, CAROLE
SIGONII in integrum Liuij historiam annotationes, eius sunt subsecuta, que si amarulante doctissimis indigne re-
prehensiones ac inflectiones ab ijs abesse, vel luculentis & eruditis haud dubie omnium approbationem mererentur.
Nihil enim alicuius momenti, vel in eruditia corruptorum locorum Liuij restituione, vel obscurorum expli-
catione, ab eo omisso siccōue pede præteritum, dici potest. Verum dum humanitatis oblitus, ac vel inueniili feruere,
vel glorio inmodico studio abreptus, sibi in carpēndis aclacerandis aliorum laboribus modum imponere nequit, sed
in suis affectibus plus quam decaret, indulget, sic ut plerique eum emulatione magis sed illa, dissidiorumq[ue] generi-
ce, quam vili pulchr[um] hominibus adscribendum incitat[um] putent, & quaratione alios incessit, eademq[ue] ab ijs
dem sit impeditus, quia de alijs triumphum sibi pollicitus fuerat, si ipse alijs se triumphandum præbuerit, ita ut quod
de Poëtis Flaccus verissime dixit, de hoc genere scriptorum duci posset:

Cædimur, & totidem plagi consumimus hostem;

Lento Samnites ad lumen prima duello.

Siquidem cum Glareani annotationibus plus sexcentis locis adiutus, pro gratia, ei coniuncta ac male dicta retulisset, eumque immerentem indignis modis, non focus ac mancipium de lapide emptum tractasset, non solum viro optimo

EPISTOLA DEDICATORIA.

atque de antiquis studijs praelare merito, iustam se defendendi necessitatem imposuit, sed & suæ gentis hominem virum doctissimum Franciscum Robortellum in anis gloria studio, ac ostentatione immoda ita offendit, vt singulares emendationum libros, de eius erroribus conscriptos, publicaret, gravioribus in iis plagiis affectus, quam aliis ipse inflixerit. Hac à tot tantisque viris opera nauata, ut viz. spicilegium in historie Lituane explicatione reliquit censeretur, extitère tamen nonnulli, qui certos quosdam Luij libros sua interpretatione illustrandos suscepserint, quorum in numero merito commemorantur Veltcurio, Morellus & Saxonius, qui ante Sigonium certos Luij libros suis scholis illustrarunt. Nec ego adeò vniuersam annotandi sçetem materiamque ab ijs omnibus præciam demessamue esse ex istimans, ut nihil superesse ad colligendum, continere me portui, quin quæ à varijs autoribus hinc inde in Luij lectione obseruata, ac diuersis locis diversa essent, consignarem, eaque suo loco disposita in unum quasi corpus redigerem, non sbe alicius laudis inde conseqvendæ, sed ut hac opera mea alijs seruirem, eosque querendi labore leuarem: ijs mibi à me auunculo, studiorumq; meorum moderatore (nomini certis de causis parco) communicatis, quæ non cuilibet obvia, quæ situque facilia essent. Cum vero viri optimi ac honestissimi Sigismundus Feirabentus, & Georgius Corinus, Typographi Francofurtenses, studio rei literaria iuuanda Luium nō saltiem eximijs figuris, sed & doctorum virorum, quorū potuerunt, annotationibus ornatum, quasique noua veste amictum edere constituerint, eaque in re nonnihil ipsiis operæ à me nauatum effer, hunc annotationum Tomum nemini rectius quam tua eximia præstantia inscribi, etiisque nomini clarissimo dedicari posse existimau, quod cum Typographilla, que Vir doctissimus Heinricus Glareanus ini quis, maledicisque Sigonij interpretationibus opoposuit, nec morte præuentus publicare potuit, abs tua eximia præstantia, ad barum annotationum editionem locupletandam commodatè accepissent, gratitudinis rationes exigenter, ea nulli alij quam tuæ eximia præstantia rursus offerri. Siquidem illis mutuans, acceptum etiam cum favore reddere tenetur, iuxta Hesiodi præceptum, à Cicerone approbatum:

Εἴ μὲν μετρεῖδια φέρεται τον Θ', οὐδὲ ποδένει,
Αὐτὸς τῷ μέτρῳ τῇ λαϊσιν αὔκε σωμάτιον,
Ως αὖ δεῖπνον καὶ ἐπιφρονήματα δίρρει.


Accessit quoque prædicatio eximiae virtutis tue, in bonis literis earumque cultoribus benignè iuuandis, quæ adeò me copit, ut præstantiam tuam non solum omni cultu obseruantia quo profectandæ, sed & eius fauorem huius characci munieris oblatione mibi demerendum esse censerem. Tanta siquidem virtutis vis est, ut eos etiam quos nunquam viderimus, propter eam non possumus non diligere, eorumque benevolentiam singulari cupiditate expetere. Nec mihi reveri subilit, vel munus id minus tuæ præstantie conuenire, vel hanc compellationem ei ingratam futuram esse, cum suas olim Annotationes solas Auguistissimo omnique virtutum genere laudissimo Imperatori, Carolo V. Glareanus noster dedicare non dubitarit, & hac compellatio non aliunde, quam ex fiducia concepta è prædicatione virtutis tue singulari proficietur. Et si itaque institutum meum in hoc annotationum Tomo, tua præstantie offerendo, eaque reuenerenter compellanda, ei minime difficiturum sperem, tamen ut præstantia tua decurrendo statim laudatae virtutis, meam de illa per suasionem admittere atque probare, meque in numerum corum qui eam studiosè venerantur referre, denuique hoc munus benigna fronte suscipere velit, etiam atque etiam rogo. Elisceme
tuæ præstantia commendo, cui à Deo Optimo Maximo, diuturnam proferamque valeudinem ad bo-

narum artium studia iuuanda prouehendaque concedi ex animo opto.

Data Calend. Martij, Anno

M. D. LXVIII.

M A R C I



MARCI ANTONII SABELLICI

ORATIO DE LAVDIBVS HISTORIAE IN T. LIVIVM.

DLVRIVM annorum consuetudo fecit patres, & viri ornatissimi, ingenuique adolescentes, ut hæc dicendis ratio, qua post autumni ferias soleo meorum auditorum cætum ad literariam ineuntis anni exercitationem, velut clasico quodam retocare, non mei amplius munera, voluntarijque officiis videatur, sed veteris cuiusdam instituti, legisque fæcioris, quam nefas sit mutare: hocverò vt credam, duo preter carera faciunt: & quod nihil vestri interesse potest adolescentes optimi, quod non idem sit, & meum præstare: & id ipsum, quod datur, vel ex eo vobis vehementer placere incelligo, quod quotannis maiore quodam studio, celebrioreque cœtu vos dicenti mihi adelle perficere. Cæterū quām utiliter & honestè sit comparatum, vt studiosi adolescentes ex aliena laudatione, alta & sublimia ingenia mirari affuecant, & ea, quæ mirantur, omni cura ac diligentia nitantur emulari, nemo est vitæ tam ignarus, qui non id planè intelligat. Quid? quod ne exemplo quidem res huiusmodi caret? Nam quid per Deum Panegyrica illæ actiones apud maiores sibi voluerunt, quibus magnorum principum, deorumque laudes continebantur: an aliud, quām vt mortales tali laudatione accensi, ad splendorem virtutis & nominis immortalitatem niterentur? Quia igitur opera p̄cium est, id facere: & vos, vt video nihil passuri estis ex hoc meo instituto deperire: requirebam nuper animo, quid potissimum sequeret, de quo hodiernus mihi instituendus esset sermo: quod nec inutile esset relatu: effetque sua magnitudine & nouitate non ingratis auditui: succurrebat interim animo, nihil ferè eorum esse, quibus latè diffusum est corpus eloquentia: de quo non ex hoc loco verba fecerim: sic à me laudata Poetice est, sic Oratoria facultas, sic Historia, sic Latinæ lingua, maiestas, & amplitudo defensia. Apparebat igitur ex ijs, quæ dicenda restant, (restant enim adhuc non pauca, quis & non ita sunt rei accommodata, sunt tamen relatu non indigna) nihil esse eorum, de quo commodius in præsenti dici possit, quām de augustinis verbis Romæ origine: vnde Liuius, quem quod mihi & vobis feliciter vertat, sum hoc anno enarratus, sum aut p̄cipatisimè orditus historiam. Quibus aut p̄cipijs fuerit ea vrbis condita, quia inde adoleuerit, quibus adulta viribus stererit, quia demum virtute propagauerit in omnes gentes imperium. Verum quia res nimium multis nota est, atque ita graphicè à Liuio pertractata, vt nemo eius libros legerit, cui non tota rei series sit notissima, acta agam, vt prouerbio fertur. Ipse potius author nobis erit materia ad dicendum, de quo omnis noster hodie futurus est sermo: qui vt breuior sit, vt dilucidior de ijs, que in reliqua condenda historia illi feliciter euenerint, primò dicam, apparatus operis & dignitatem explicabit oratio. Sed vos patres, & viri humanissimi, pro perpetuo veltro in me studio, meaque in vos benevolentia, attentas oro, vt si quando alias, hodie mihi adhibete aures: nam quod ad rem attinet, certò scio ita futurum, vt eorum, quæ dicenda sunt, alterum vel ampleriter miraturi sis: alterum, quod vestrum est iudicium, singularisque eruditio, non mediocriter probatur: ea est huminorum rerum conditio, patres, & viri præstantissimi, vt satis sit felix in hac vita in constantia iudicandus is, cum quo ita fortuna decidit, vt meritò infelix dici non possit omnis autem de felicitate sermo, haud multum ab eo diuersus videtur, quem Plato, vir summus, de bono tripliciter instituit, vt pars una sit posita in ipsius rei scientia, quæ dicitur Graeca voce dicitur, altera in possessione, quæ dicitur, et reliqua est, quæ ad vsum refertur: vsum hunc author ille summus adeò præcatoris probauit, vt auri monibus, & huic arti, si qua ars inueniri posset, que immortalitate hominem afficeret, non dubitauerit anteponere. Nunc cùm totam Liuij vitam in p̄ficio, omnia illi affuisse videntur, quæ ad felicitatem consequendam pertinere creduntur: celebris patria, populare nomen, temporum felicitas, maturitas studiorum, sublimis ad scribendum materia, summi principis favor, & in studiofosis beneficentia, vt benignior natura larga manu tot & tanta in unum contulerit, quod aut quanta in alium eorum, qui historiam scriperunt, quod sciam, neminem. In quibus percipiendis, ornandis, disponendis, non solum illi non sibi defuit, sed quod est omnium iudicium, ipseque studiorum exitus demonstrat, longè etiam superfluit. Nunc quod ad patriam attinet, quid secundum Romanam fuit olim tota Italia Patauii clarissimus cuius vrbis, si originem queras, ab illo est: si aurorem originis, Antenor condidit, Troianorum post Priamum celebrissimum: si opes, centum & amplius hominum millia olim misit ad bellum,cccc.equestris ordinis ex suo corpore cœsir: si eruditio, omnium bonarum artium est hodie domicilium, & apud omnium maximum est, maximeque conspicuum, cum per hæc satis esset nobilis clarissimo partu, multò facta est nobilior. Ab illo est Patauium, ex Patauiio inclite Venetia præcipuum hodie mari terrarumque decus, Christiani nominis, ne orbis dicam, specimen, cuius stupendus situs alternis naturæ vicibus, neficias, commodior sit colentibus, an salubrior, an ab omni externa iniuria tutior. Transeō magnificentissimum vrbis apparatus, templorum, areas, pontes, porticus, conciliabula, & edificia sumptuosiora publica & priuata, sacra & profana: quibus plus penè auri inest quām tectorij. Transeō omnium gentium commercia, ciuiuin grecum, statum, alloquium, virorum & mulierum cultum, ingeniorum præstantiam, morum sanctitatem: vt plane affirmare audeam, authanc vrbem esse in toto orbe præstantissimam: aut nullam aliam inteniri, quæ illi cultura, virtute, & opibus præferri posset. Nec modica felicitatis duxerim, aliquem in præclarâ ciuitate nasci: Plato, cuius authoritatē sequor libentissimè, vel quia sapientissimus fuit, vt inter omnes constat, vel quod veritatis amicissimus, inter pauca, quibus est naturæ gratulatus, eo nomine illi gratias egisse fertur, quod Athenis potius quām alibi natus esset. Et Liuio talis contigit patria, quali neque maior, neque illustrior, nisi Roma natus esset, in Italia contingere ea tempestate potuisse. Age vero, quod nomen tota Quintum ciuitate fuit Liuij appellatione popularius? id Tribunus nomen tulit, qui Romanæ plebis, totiusque Italie causam amplexus, inimicorum fraude perire, id consul, qui Carthaginem opes ad Metatrum fregit: sed nihil eodem amabilius, quām cùm id Liuia Augusta tulit, vt meritò suplicari possis, non minus gentile nomen Liuio profuisse ad Augusti gratiam ineundam, quām aut stylī dignitatem, aut vita elegantiā. Age rursus eequando scripторum cuiquam tanta contigit temporum felicitas, vt difficile sit dictu: maiorne illi materia an favor fuerit ab initio comparatus, quanto dij boni satius fuit ea tempestate floruisse, qua maximè res Romana floruit, bonæ artes & disciplinae in precio fuisse, quām si eius ortus in Romanorum regum tempora incidisset: quibus præterquam quod nullus fuit in noua ciuitate literarum vīsus, nulla materia adscribendum parata: salutem cuiam fuit quibuidam prudē-

MARCI ANTONII SABELLICI

riam dissimilare: aut si in tribunitios motus, & procellas, quum cibulis otii turbatoribus forsan & rostra, non oratoribus sonarent: aut in Punicis tempora, quum acie calendarum fuit, aut in armis senescendum: aut in ciuilia bella, quum bis fuit eloquentia proscripta: aut in ea tempora, quae Augustum secuta sunt, quibus vel unum verbum imprudenter possum, multis exitio fuit: vt haud quispiam facile statuat, temporum felicitate, an ingenio magis Liuius proficerit: studio, & eruditione, an principis praesentia & favore. Sequitur studiorum maturitas, quae tanta illi affuit, vt nulla maior adesse potuerit. Iam satis constat, nullas latinas ab initio literas in usu fuisse, ac si quae fuerunt, ad Senonicum bellum usque in infantilibus crepundis iacerent: inde ad excidium Carthaginis pueracere coperirent, adoleserunt cum M. Tullio, cum eoque maturerunt in delicijs fuerunt sub Augusto, quo extincto, tacito quodammodo visu sicut senescere, vt quicunque post illum scripsissent, et si multe alioqui in his fuerent virtutes, Romanum sonum, perspicuitatemque praecipuum, in sermone veritatem, parum ita integrè custodierint, potuerint re inclinata semel temporum vitio amplius in integrum restitu nequierint, haud quisquam, ytarbitror, facile dixerit. Profuit maturitas hec non parum, sed multo plus materia dignitas, qua nulla maior, sublimior, yberior contigit cuiquam, nisi forte Afrycorum rex, ynde Trogus suam exortis est historiam: foedissimasque Semiramidis libidines cum Sabinarum pudicitia, cum Lucretia, Martia, & Sulpitia castitate compares. Aut Sardanapali plumas, & caterorum regum ocium & inertiam, cum Romuli solertia, Numæ religione, pugnacissima Hostili indole, Martij prudentia, Prisci consilio, Seruij popularitate, Superbi acrimoniam: aut Afyagis & Medorum sordidiam, cum Bruti calliditate, Cincinnati prudentia, Cainilli felicitate: aut fugaciissimos Persarum exercitus, cum Romanarum legionum robore, & constancia: aut Thebanorum superbiam, sautiam Lacedemoniorum, Atheniensium imbelliam, cum Romani populi mansuetudine, clementia & fortitudine, Carthaginemus peruria, cum faciali iure civitatis, solemniisque bellorum ceremonia: aut Alexandri domesticas caedes, & intemperiuas ebrietates, cum Scipionis in suos cives studio, & Cæsaris sobrietate: aut gentes, quas Macedones bello vicerunt, cum Latinorum robore, qui toties sunt à Romanis vieti, cum Samnitium pertinacia: rebellionibus Ligurum, Gallorum ferocia, & brevi, si omnium gentium gesta in unum conferas, haud tanti sint, vt cum ijs, quae virus populus Romanus gesit, aut virtute aut felicitate comparari possint: nec si totus orbis terrarum hoc, in quo nuncius, templo continetur, verendum mihi sit, ne non hanc meam de populo Romano prædicacionem tam aquo animo latus est, quo eiusdem populi tulicimus imperium. Nisi forte Hispani id audeant insicari, de quibus sapientius propemodum Romæ triumpfatum est, quam cum ipsa sit gente bellatum: aut Baleares Hispanis propinquæ, quæ cum multis gentibus Metellorum familiæ cognomen tulere: aut Galli, qui Roma, qui tota Italia, qui sua ipsorum in terra sepe ad internectionem confidunt: aut Britanni toties vestigia facti: aut Germani, cuius gentis cognomen plerique Rom. Cæsarum, quia eos vicissent, gesse: Quid Daci, Ceta, Sarmatae, Pannones, & Macedones, an non ab his sunt Daci, Getici, Sarmatici, Pannonicæ & Macedonici, partim Romanorum ducum, partim Cæsarum cognomina? quid Achaia, Creta & Ilauria, unde Ilauricus & Achaicus. Accedit Bithinici appellatio, & quæ omnium quas diximus longè clarissima fortasse visa est, Asiatici. Cæterum Pompeius, qui de Ponto, Colchide, Hiberia, Albania, Armenia, Cilicia, Capadoccia, Pamphilia, Iudea, & toto ferre Oriente uno die triuphavit: Magni, quod plus fuit, quam si unius terre tulisset cognomen, ferre maluit. Quid quod Parthi & Persæ, et si serò, dedere tamen id decus Romanis Cæsaribus: Alexandria cum tota Aegypto non solum triumphata est, sed, sublato Ptolemeorum regno, in prouincie formam redacta. Iam vero Cyrenenses, Hammonij, Nasamones, & Garamantes triumphandi materiam Cornelio Balbo prebuerunt: sed quid clarius Romæ auditum, aut quid longius illustratum, quam Africanorum nomina: quorū hic Carthaginem Romani Imperij æmulam fregit, ille tractam sustulit? quid Cætulici appellatio? quid Numidici? quid alia mille præclara nomina? quæ plane arguunt, Rom. pop. non solum gloria, imperijque magnitudine præfittile ceteris gentibus, sed virtute etiam bellica superaſſe. Et ne non in plenum prædicatio hec valereret, Scythæ & Indi, ad quos Romanorum arma non peruererant: non quia non vinciri potuerint, sed quia longissime omnium repoti esent: hi ad Aquilonem, illi ad orientem solem ad Augustum Cæarem legatos misere, cius amicitiam & societatem petentes: quo contigit, vt hoc principe tantum Rom. pop. patuerit, quantum nunquam alias, quod proditum sit memoria. Auxit hanc felicitatem ope ratissimum principis genius, qui haud dici potest, maioren pietate ingenia sui temporis fouerit, an honoribus & premijs extulerit, an præconio ampliarit: quo contigit, vt paucis annis tantum proprie Romanalingua creuerit, quantum ab irbe condita ipsum creuerat imperium. Teneris, credo, viri & adolescentes studiosissimi, quibus felicitatis gradibus sit Liuius immortale nomen adeptus: nunc accipere, quæquo, quo scribile in scribendo usus consilio, & quibus in viuierum eius historiæ redundet virtutibus. Nam hoc illud erat, de quo me altero loco dictum promiseram, vos adhuc queso paululum vestras mihi aures accommodate, & viri & adolescentes optimi: tantisper, inquam, dum hoc quicquid est, quod restat, multò breuius dicam, quam ab ylo dici posse videatur. Zeuxis ille Heracleotes, qui in variarum figuratione adeo est naturam æmulatus, vt volucres sint earum, vt proditum est memoria, aspectu decepit etabulam Agrigentinis figuraturus, in Laciniq; lunonis templo dedicandam, publice perijse dicuntur, vt aliquor ingenitus puellas, detracit velibus, per oculi expectare licet, vt quod in singulis eximium & elegans esset, yna reprezentaretur imagine: ingeniose quidem & novo fortassis exemplo. Sic Liuius nobilissima scripturæ historiam, cum se totum ad imitationem contulisset, visitus est mihi effingere sibi copiam Thucydidi, Herodotis candorem, Polybij diligentiam, & in nostris grauitatem Trogii imitatus est, Catonis verutatem, breuitatem Crispī. Etenim vt conuerso dicam ordine, quis eo brevior quam cum urbis Romæ originem, & origini proxima paucis verbis explicat? quis veruitor quam cum faciele & auerruncare usurpat, & alia à Faunorum & Aboriginum seculo repetit? aut quis grauior, quam quum aut Senatorum sententias scribit, aut Ducum Strategemata: aut diligenter, quam quum Fabij, Cincij, Pisonijs, Quadrigarij, & aliorum scripta comparat: aut candidor, quam quum autem temporum momenta, aut locorum situs demonstrat? Quis de omnibus copiosior, quam quum rerum consilio, successus & eventu latè exequitur? Quis praterea in magnis sublimior? aut quis in partuis propior? cui maior fides in dubijs constitit? aut in obscuris significantia? quanta rursus verborum copia? quantum sententiarum pondus? quid hypotyposis illa, quæ efficit, vt ea, quæ scribuntur, non scribi, sed geri videantur? Taceo figuratum varietatem, et si nemo fuit in translationibus magis sobrius, nemo in verborum nouitatibus verecundior, creber in sententijs, in affectibus crebrior: & vt breuiter dicam, nulli maior materia contigit: nullus maior facultas ad scribendum accessit, vt dubium sit, utrum stylus materia, an vero materia stylo plus contulerit: tantum affirmare possum ex omnibus historiæ virtutibus.

PROLEGOMENA IN T. LIVIUM.

virtutibus, quas Cicero præclarè colligit, quum sit eadem & virtus magistra, nullam aliam fuisse vinquam: neque, ut arbitror, futura est historia, quæ melius vitam possit in omnes ciuiiles disciplinas instruere, quam hæc quam Livius scripsit: quæ præter quam quod omnis ciuilis regiminis explicat formas, regiam, popularem, tyrannicam, paucorum & optimum potentiam: nullum est virtutis exemplum, quod in tam longa rerum serie non plane eluceat. Nam si iustitia speceles, quid Bruto, Posthumio, Torquato, fuit iustus? qui virtute & leges tuerentur, ne filijs quidem parsum spuerunt: si fortitudinem, quid Scæuola, Coelitæ, Curtio, duobus Decijs fortius? quorum hi legiones & exercitus, illi urbem suis corporibus texere. Quid ad hæc, Catonibus, Lælio, Rutilio, & Scæuola prudentius? quid Fabritio & Menenio frugalius? quid Numa sanctius? quid Metello & Vestalibus religiosius? cui Coriolanus pietatis exemplo non meritò preferatur? cui non puerilla, quæ matrem in carcere vberibus aluit? cuius rei monumentum sicut ad posteros pietatem templum publicè constitutum. Sed quod ego pro uehor? quod me fermonis impetus rapit? quasi fando quiquam breuiter complecti poset, quod Liuius immensis voluntinibus vix portat, quin inhibeo habenas, Fabij contentus testimonio, qui tantum Romanos ait exemplo valuisse, quantum omnis Græcia valuit præceptis. Quum talis igitur sit Liuij historia, ut & ad dicendum multum, & ad benè beatèque viuendum prædestinatur, hoc exemplorum authoritas præstare potest, illud stylus ornat, & elegans: posetque hæc lectio ita in omnes disciplinas lectorum instruere, vir domi, foris, in curia, in foro, publicè & priuacim sibi & suis vtilis sit futurus, huic date operam ingenui adolescentes. Nam ad vos hæc attinet adhortatio: omnem curam, studium, & cogitationem vestram in viuis Liuij lectione defigite: hunc legite, voluite, perdiscite: vnum hunc eloquentia, & virtus moderatorem vobis proponite. Quod si, ut spero, feceritis, satis fore confido, ut vobis vñi sitis, parentibus honori, amicis emolumento: patriæ, quæ vos genuit, aluit, instituit, cui post Deum omnia deberis officia, decori & ornamento. Operam & industriam meam ad optatum rei prædictum desiderabit nemo.

DIXI.

PHILIPPI BEROALDI ORATIO,
HABITA IN ENARRATIONE TITI LIVII AC
SILII ITALICI, CONTINENS HISTORIAE
LAUDATIONEM.

FELICIVM est boni Professoris, viri præstantissimi, id velle profiteri, quod auditoribus vtilitatem cum voluptate maxima allaturum sit, quod Scholasticorum auribus satisfacturum, quod temporibus sit futurum accommodatum. Hoc ego semper omni studio ac diligentia superioribus annis efficerem costringi, & in præsentiarum me effecturum esse confido. Cum duos celeberrimi nominis scriptores ex omnibus delegerim, quos in hoc augustinissimo gymnasio profiterer, quorum lectio & prodelle & delectare plurimum posset, atque his temporibus sit futura maximè continenens. Nam cùm omnium disciplinarum cognitione vtilis ac lucunda mortalibus sit, historia cognitionem mediis fiduciis vñissimam iucundissimamque esse censeo, ex quo cùm multum omnibus scriptoribus debeamus, qui non solum sibi, sed etiam posteris vixisse creduntur, plurimum profectò historicis debere nos, non possumus insificari, quorum labore ac industria effectum est, ut omnium ætatum, omnium gentium, omnium populorum res gestæ, omnia præclaræ facinora scirentur, à nobis intelligerentur, cognoscerentur, ut cuncta cunctorum illustrissimorum virorum dicta, facta memorata digna contrueri, edificare, recordari liceret, qua quidem re nihil pulchrius, nihil iucundius, nihil magnificientius excogitari posse contendemus. Etenim ut à Cicerone scriptum est diuinus, nihil earum rerum scire, quæ antequam nauceris, factæ sunt, hoc est, semper esse puerum. Cognoscere verò res gestas memoria veteris, ordinem teneri antiquitatis, exemplorumque omnium habere notitiam, decorum, laudabile ac propè diuinum est. Senibus ideo maior authoritas est, quoniam ob longam ætatem res plurimas nosse ac videlicet creduntur. Ad hoc iuuenibus cognitione historiarum præstat, ut etiam præteritis seculis vixisse videantur, & illi mehercule adolescentes, qui historias habeant ad manum, & exempla illustrium virorum in promptu, tantò senibus sunt anteponendi, quanto plura negotia complectitur historia multorum seculorum, quam faciat hominis vita longissima. Huc adde, quod qui bonus orator esse concupiscit, in primis abundare debet exemplorum copia, & nosse quam plurima. Nam cùm sit historia testis temporum, lux veritatis, magistra virtutis, nuncia vetustatis, nihil ambigitur, quin Orator optimus esse non posset, nisi fuerit antiquitatis exemplorumque cognitione instrutissimus, nisi historias perinde ac vngues suos habuerit exploratissimas, quoniam (ut inquit Quintilianus) historia alere potest orationem molli quodam ac iucundo succo. Est præterea operæ premium in voluminibus historicorum omnis exempli documenta velut in illustri monumento posita intueri, ynde, quæ imitanda sunt, depromere ac nobis proponere ad imitandum, quæ fugienda, fugere possimus. Pulchrum est (ut inquit verissime Diodorus) ex aliorum erratis in melius instituere vitam nostram, & quid appetendum fugientium sit, ex aliorum exemplis posse cognoscere. Vnde haud immiterò Demetrius Phalereus Ptolemæum regem subinde admonebat, ut libros lecitaret, quoniam quæ amici non audent principibus demonstrare, ea omnia in libris scripta reperiuntur. Hoc est, in cognitionerum salubrare, que frugiferum scire, quibus artibus, qua disciplina, quibus moribus maxima imperie orta sint, maximi Imperatores nomen sibi immortale pepererint, & è contrario, qua vitiorum labe infecta amplissima regna corruerint, & ex summo in imum precipitauerint. Ad summam historiam ad id, quod honestum est capessendum inflammat. Detestatur virtus, probos extollens, improbos deprimes. Historia (ut inquit Viceruuius) per se tenet lectors, quum habent nouarum rerum varias expectationes. Utinam nobis Deus eam ingenij memoriamque diuinam vim con-donasset, quia Portius Latro declamator egregius fuerae decoratus, qui cùm omnes historias vnu omnium

PHILIPPI BEROALDI

notissimas haberet, iubebat aliquem ducem nominari, & e vestigio omnia acta cursim diligenterque commemorabat. Ceterum cum omnes Historici legendi, adeundi, edendi scriptores, potissimum Latini, rerumque Italicarum ac maximè Romanarum enarratores (sicut mihi videtur) sunt adorandi, colendi, lectitandi, nec vnumquam è manibus dimittendi, idque duabus de causis potissimum faciendum videtur, quoniam & rerum nostratum cognitione magis ad nos, quam exteriarum pertinere existimatur, & quod historici Latini sanctiores, verioresque Græcis scriptoribus fuisse creduntur. Pugnat enim inter se omnes ferè Græcorum scriptores, & alterius mendacia refellere conatur. Ita Ephorus Hellanicum, Timeus Ephorum, Philinum Polybius, Herodotum quam plurimi tanquam fabulatorum reprehendunt. Hinc à Satyrico Poëta dictum esse credimus, quicquid Græcia mendax audet in historia. Discrepantia autem illorum causa hæc potissimum, fuisse traditur, quod nullam vnam Græci curam populi adhibuerunt, vt præclara facinora scriberentur ac publicarentur, ideoque magna in scriptoribus mentiendi licentia fuit, qui cum partim res gestas ignorarent, partim affectionibus ducerentur, non historiam conscriperunt, sed mera mendacia. Contra, apud Romanos, ut omnia, prout gesta fuerint, incorrupta, integra, atque fideliter conscripta haberentur, pontifices maximi res omnes singulorum annorum literis mandabant, effecabantque in album tabula domini proposita, vt esset populo potestas cuncta cognoscendi, & hi annales maximi appellabantur. Hanc autem similitudinem scribendi secuti sunt Piso, Fabius Pictor, & ille Cato Portius, omnium bonarum artium magister à Plinio nuncupatus, qui sine vllis ornamentis, fine pigmentorum coloribus, sine fucato nitore monumenta rerum gestarum reliquerunt nuda, recta atque simplicia, primam illam in primis obseruantes historiæ legem, que præcipit, ne quid falsi dicatur. Etenim dempta ex historia veritate, ita narratio omnis inutilis, ac penitus manca efficitur, sicut corpus animantis inutile fit oculo effossis, vt luculentè scriptum est à Polyblio. Deinde cùm ingenia, eruditio iam seculo, indies imagis excellerentur, & facundia vberior, politiorque profueret, eloquentissimi apud Romanos ad scribendam historiam se applicauerunt, qui non, vt superiores, tantummodo narratores fuere, sed etiam exornatores atque illustratores maximi extiterunt, qui, vt pote diuino ingenio præstantes viri historias affectionibus omnibus casuum varietate mirabili, egressionibus iucundis resperferunt, & quibusdam flosculis quasi prætum distinetam, variegatamque decorarunt. Qui cùm omnes sint excellentissimi, quum omnium lectio iucundissima ac vtilissima futura sit, quum omnes haud dubie sufficiendos ac lectorum esse censem. Titus Luivius in primis enarratione dignissimus milii visus est, & iucunditatis utilitatisque inter alios referriimus, cuius lectio omnium scholasticorum auribus, animisque satissimam facta sit. Est enim dulcis, candidus & effusus, & eo nullus historicorum melius commendauit mitiores affectus, apud quem omnia tum rebus tum personis sunt accommodatissima. Qui in narrando mira est iucunditas, clarissimi que candoris, qui (vt verissimum dixit Quintilianus) in concionibus, supra quam narrari potest, est eloquentissimus. Cuius lactea vbertas lectorum detinet, auocat, pacit, omnibusque affectionibus validissime commouet, & quo vult, maximè impellit, cuius diuina facundia nihil addi potest, cuius orationi si quid demas, ex elegancia detraxeris, quemadmodum de Platoni oratione Phantinus dicere solebat. Idem grandiloquus est, & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, idem copiosissimus, nec tamen longus. Nam (vt inquit egregie Martialis) Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis. Non igitur immerrito Diuus Hieronymus testatur, quodam exylitum Hispaniaz, Galliarumque finibus viros illustres Roman venisse, vel ob hoc solum, vt Titum Luivium lacteo eloquentie fonte manantem contulerent, qui (vt Plinius in epistolis inquit) posteaquam hominem videre, statim in patriam repedarunt. O te felicem, & te beatum Tite Luivius, cuius vniuersi videndi causa viri nobiles tot millia pauciū confecerunt, ex penitissimis regionibus proficentes tot montes incultos, tot inuia loca superarunt. Illa profectio illa diuina virtus est existimanda, quæ in uno homine tantum polluit, tantum effulgit, vt ad eum viendum tanquam ingens celebrandum que miraculū Galli, Hispaniique sollicitarentur, merito Quintilianus Luivium inter ceteros scriptores legendum esse præcipit in scholis, quoniam scilicet candidissimus est, & maximus author historiæ. Merito & nos Luivium ex omnibus vnum delegisse videmur, quem publice hoc anno profiteremur, cuius libri omnes cùm lectorum sint, & in manibus quotidie habendi. Nōnne hac decas Luiviana, quam Dijus bene a pincaribus ordinatur, enarrare reliquis decadibus est anteponenda? Nōnne hac in primis volumina à Luivo diuinitus scripta fuisse censendum est? Et hæc profecto decas, (hoc enim nomine Luiviani libri à numero denario nuncupantur) quanto bella, que continet, ceteris bellis maiora fuerunt, tanto reliquias decades antecellit. Laudat Originem Adamantium Hieronymus, quod cùi in ceteris voluminibus omnes superauerit, in Cantico cantoricum ipse se vicerit. Laudatur à Cicerone Crassus orator, quem cùm in agendis causis consensu omnium cunctos semper exuperauerit, in extrema actione à semetipso superatum esse testatur. Praxiteles inter statuarios à Plinio celebratur, perinde ac marmoris gloria superauerit etiam feme, hoc idem & nos hodierno die de Luivo merito dicere possumus, qui cùm in ceteris decadibus ceteros antecelluerit, in hac semetipsum vicit. Et me Hercules, vt dicam, viri clarissimi, quod sentio eodem animo Luivius bella scriptavit, quo Romani gesserunt, eodem ingenij fulmine stylum exercuit, quo Romanus populus arma tractauit, eadem vigilantia incubuit chartis, qua Romani milites disciplina militari incubuerunt, & mediis fidius videtur populus Romanus, vel ob hoc unum tam memoranda facinora gerere voluisse, vtrilla tam à luculentio scriptore describerentur, qui res haud dubiè luculentas, verbis luculentis, equauit, quem quoriecumque in manus sumo, non legere videor bella, sed tractare. Et (vt inquit Hieronymus de Paulo) non audire verba, sed tonitrua. In Luivianis voluminibus videre videor Imperatores concionabundos, militesque suos exhortantes ad pralia alacri animo capessenda. Senatum de rebus dubijs consultantem, hostes hinc formidolosos trepidare, Romanos hinc furibundos inuadere. Denique apud Luivium omnis rei militaris disciplina contractetur, omnia stragemata, omnes callidates imperatoria demonstrantur. Leges Senatus, populique decreta, omnes denique artes, quibus dormi forisque viutur, conspicuntur. Sed pro dolor quantum iacturam passi sunt omnes literarum studiosi ex centum & deceni voluminibus Luivianis desperditis, qui omnia, qui vnam Romani per sepringentes annos gellarunt preclara facinora, veluti in vnum redactos corpus, noscere potuerint. Quanto dispendio affectus est Romanus populus, cenus tot ac tantarum rerum gestarum memoria cum libris Luivij pariter interjet. Quantum vera famæ detrimentum illustissimi Imperatores subierunt, quorum nomina fuisse sempiterna, & gesta memorarentur, si Luivianis volumina non intercidissent, quod si defunctis vllis est sensus, profecto Luivianos manes ingemiscere credendum est, tot labores incallum fibi fuisse suscepitos, totne quicquam vigilatas noctes, tot frustra conscripta volumina, que si extarent omnia, nihil præterea nobis foret desiderandum, haberemus in quo ocium, in quo

PROLEGOMENA IN TITVM LIVIVM.

quo tempus benè collocare possemus, & tamen nobis vtpotè somniculosis vix artas suppeteret ad legendum, quæ illi diuina quadam benignitate prædicto suppeditauit ad scribendum, qui etiam dialogos (vt inquit Seneca) Philosophorum more conscripsit, sed querebant ab exordio nostro narrationis procul absint, nihil nec nobis, nec ipsi Livio profutura. Ceterum cum sapientia sit fertu're temporibus, nos quoque temporibus hinc seruiamus, quibus cùm arma vigeat, bella horrida perstrepant, cùm omnis Italia bellicis tumultibus seruat, clasica personent, quum Mauors telum suum quatiat, Bellona dominetur, idoneū esse viderur, vt scriptores eos potissimum legamus, qui bella describunt. Hæc ergo sit nostra militia, alij bella gerent, nos legamus, alij sub dio in campis patentib. intuti pugnabit, nos pugnas confectas in umbra in scholis tuta recensibimus. Hinc caures nostras Liuuius personabit, inde Sylius. Ambo eadem bella facundissime narrantes, ille soluta oratione, hic versu'heroico, qui nō minus minùs historicus, quam poëta est iudicandus, qui stylo cothurnato, & charactere grandiloquo tonare ac fulmina-re videtur, qui bella non scribere, sed bellare. Cui optimè conuenit illud Horatianum: Audire magnos iam vi-deor duces, non indecoro piluere fardidos. Ardens est, concitus, erectus, idem candidus, copiosus, atque sub-limis, multum habet neruorum, plurimum lacertorum, torus bellicis rebus accommodatus, qui non minus eruditioris afferre posit, quam iucunditatis, mira est in Sylio rerum reconditarum copia, varia ac multiplex locorum, & maximè Italcarum vrbium descriptio, multa historiarum cognitione. Et cum Vergilium illa felicitas ingenij soluta oratione reliquerit, quum Ciceronem facundia illa genuina in carminibus distinxerit, Sylio contigit id, quod paucissimis Dij dederunt, vt idem esset & maximus poëta, & summus orator, qui vtrunque & Maronis & Ciceronis opus felicissimè impleuerit, quod epigrammaticus poëta elegantissimè demonstrat his versibus, cùm de Sylio loqueretur:

*Sacra cothurnatinon attigit ante Maronis,
Impluit magni quam Ciceronis opus.*

Idem alium Sylium musarum decus appellat. Sed quid plura? Linij & Sylij facundia, vires, ingenium, eruditio, ceteraque virtutes eximiæ sese nobis quotidiana enarratione exhibebunt, sese offerent, ostentabunt claris sole fulgentes. Ego verò omni diligentia, studio, vigilancia elaborabo, enitar, atque contendam ita singulos nodos enodare, ita implicita explicita explicare, vt quemadmodum vos mihi ornamento maximo futuri estis, ita ego vobis sim non minimo emolumento, hoc mihi in animo est velle prodefesse, vobis sit velle proficere. Dij faxint vtrunque propositum implere possumus.

PRÆFATIO STEPHANI NIGRI IN TITVM LIVIVM.

SED maximo semper cultu, maximaque omnium veneratione poetarum nomen extitisse legimus candidissimi auditores, quorum poemata non solum in manibus *στοιχείων* quotidie habentur, verum etiam memoria theatro a fiduciè commendantur. Nec me hercule iniuria, cùm præser-tim princeps ingenij & doctrinæ Plato ipos poetas nunc deorum filios, nunc prophetas nuncu-pare haudquaque dubitaverit, primoq; de situ orbis libro scriptum reliquerit Strabo, veteres *τόποι των πολιών* quandam esse Philosopham perhibuisse, quippe quæ à teneris nos vnguiculis ad viuendi rationes perducat, mores atque effectus edoceat, quæque gerenda, declinanda sunt, quadam cantus suavitatem præcipiat. Inter quos omnium eruditiorum testimonio principatum suo iure perpetuo obtinuisse diuinus dicitur Homerus, qui egregium illud opus, quo prudentissimi ac sapientissimi Vlyssis eximias virtutes posteritatē commendatas voluit, ita graphicè exorsus est:

*Ανέβη μανίαντε μέσα στολήσαστον, δε μάλα πολλά.
Πλάγχθη, οπέ τρόπις λεόντην πολεμεῖσαν επερεσ,
Πολλάν δ' αὐθόπτων ιστενεῖσα γεράσαντα.*

Quibus utique verbis omnium præstantissimus poëta posteris id de industria innuisse videtur, neminent scilicet ciuilis prudentia satis vñquam peritum fore, atque eruditum, quin & multorum hominum mores, atque instituta cognoverit, & quam plurimas quandoque optimasque perflustrauerit ciuitates. Nam vt incertis continuo vagari sedibus, quod *άνεστο*, peregraque viuentes, facere consueverunt, infelicissimum ac miserrimum habetur: ita perpetuò *άνευρη*, nec patrios vñquam transgredi fines, turpisimum, atque ignauissimum ab omnibus iudicatur, ijs præcipue viris, qui, ne sibi soli nati videantur, Reipublice & administranda curam suscipere, ei-qué optime pro virili parte consulere, ac proficere debent. Quod enim proverbi vice vulgo iactatur, *ἄνοι πάνεται τὸν γελῶντας δι' αἰδημονα*, id est, domi manendum est, cuncta cuiusvis prospera: priuatis demum & à Republica ad ministranda procul degentibus dictum videri potest, qui publica negotia, & ad communem totius ciuitatis commodum spectatia penitus negligant, atque contemnant, suisque ipsorum tantum commodi studeant. Nam qui fieri potest, vt quispiam optima ac saluberrima sua propiciat patriæ, pesimamque ac pestifera ab eadem propellat atque amoneat, cùm & nihil omnino prater solum patrum cognoverit, & omni denique rerum vñu atque experientia careat? Quin imò perinde est, huiusmodi viri consilii Reipublica salutem committere, ac si homini nautice rei penitus ignaro, natus vndique procellis in altissimo mari agitate gubernacula crederes. Quod cùm Spartanus ille Lycurgus, qui Lacedæmoniorum Rempublicam temperauit, non ignoraret, omessa (vt Aristoteles libro *πολιτεία* secundo refert) Charilli regis tutela, peregrè profectus est, diuque apud Cretenes, vtpore Lacedæmoniorum colonos, commoratus, ea ad Rempublicam recte administrandam præcepit, que suis tradita ciuibus in causa fuere, vt Lacedæmonij vnius, nec vñquam mutatis legibus diutissimè vixerint. Hippodamus Milesius, qui (vt idem Aristoteles authore est) omnium primus ciuitatum *διάρεια* hoc est, divisionem ex-cogitauit: multis prius adiuit vrbes, multarum gentium mores, institutaque perspexit, quam *αὐτοὶ τεττάντες* quicquem

S T E P H A N I N I G R I

quicquam scribere aggressus sit. Quid de Solone Atheniensi, Zeleuco Locro, Chartunda Cataneo, Philolaos Corinthio, multisque præterea alijs legumlatoribus dicemus? Nonne omnes quām plurimas antē perlustrat se ciuitates, multaque passos incommoda, maximos subiisse labores, credendum est, quām ciuitibus tum suis, tum alienis vt legibus à se institutis obsequerentur, valuerint persuaderet? Minos ille Cretensis, qui omnium primus legum seriem composuit, ut homines illis facilis ac libenter obtemperarent, earum inuentionem ad Iouem retulit, vt Lycurgus apud Lacedæmonios in Apollinem, Minos apud Ægyptios ad Mercurium, Samolensis apud Getas ad Vestam, Moses apud Iudeos ad Iacobum Deum, Numa Pompilius apud Romanos ad Egeriam. Quare vt in Reipublicæ administratione quispiam cum multifariam peritiam, tum vel maximè auctoritatem consequatur, multi sunt prius labores sustinendi, multæ ciuitates adeundæ, multarum gentium portuaria perspectiæ. Permutum enim interest, eius præsertim viri, qui in Reipublicæ negotijs versaturus sit, quicque & sibi & patriæ sit optimè consulturus, quid in quaue Republica, vel recte vel perperam institutum fuerit non ignorare. Tunc enim quid suæ sit patriæ suadendum, quid contraria dissuadendum, quām pulcherrimè teneret. Ceterū cùm Mediolanensis Reipublica optimis ac saluberrimis innitatur legibus atque institutis, id vnum tantum reliquum effevideatur, vt adolescentes ingenui perpetua gloriae cupidi, eos demum studeant æmulari, qui in rebus agendis ad eum præclaræ ac prudenter gesserunt, vt & maximam sibi posterisque suis laudem comparauerint, & suæ ipsorum Reipublicæ salutem ac felicitatem præstiterint. Quod vt facilius vobis, tuiusque facere licet, Liuianum opus nobis propinquum interpretandum. Cognitio enim, vt Siculus tradit Diodorus, ex aliorum tum secundis, tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet omnium periculorum expertem. Pulchrum est præterea ex aliorum erratis in melius instituere vitam nostram, & non quid alij egerint querere, sed quid optimè actum sit nobis proponere ad imitandum. Hinc est quod Δημόσιος πράξεις ταπείνωσι ταῖς δέσμοις ταῦτα, καὶ ἀπαθήτης πάντας γεγενέντων. Et Tibullus: Felix quicunque dolore Alterius dices posse carere tuo.

Optima est præterea & saluberrima illa Græcorum sententia: Βλέπων πετάλιδημα τὸ τῆς ἔλλων γένος, id est, aliena spectans doctus euasi mala. Plautus: Feliciter sapit, qui aeno periculo sapit. Quod si Liuianæ lectioni assiduam operam dederitis, non dubito me hercule fore, quin optimè ac pulcherrimè vitam veram instituatis, eaque ex ipsa historia percipiatis, qua haud secus vobis, ac Reipublicæ vestre quām plurimum sint profutura. Nam Titus Liuius eam scribenda historiæ materiam delegit, qua & maximè inter ceteras excellat, & legentibus vtriusque fortuna exemplis mirum in modum conferat. Tantam præterea, vt oppido quām luculentam conscriberet historiam, atsiduo labore, longaque exercitatione dicendi facultatem, atque inde famam consecutus est, vt Gaditanus quidam Titi Liuji nomine, gloriaque commotus advi-sendum eum ab ultimo terrarum orbe venerit, statimque vt viderat, discesserit. Eo enim labitur perpetuo eloquentiae flumine, tanto vbiique vtitur verborum pondere, ac tentiarum grauitate, vt eximium illud Romani nominis decus orationis maiestate æquasse videatur, & quod Alexander ille Magnus de fortissimo Achille, ac facundissimo Homero dixisse perhibetur, in principem populi Romani eloquentissimumque Liuium meritò transferri possit: O fortunatissime popule Romane, qui rerum à te gestarum præconem historicorum præstantissimum Titum Liuium habueris, cuius miram in narrando iucunditatem, clarissimumque candorem, & supra quām dici potest, in concionibus eloquentiam cùm rebus, tum personis accommodatam, quis vñquam satis dignis prosequi laudibus posset? Nam ad eius in dicendo multiplices virtutes, pro meritis ac dignitate laudandas, diuina procul dubio opus esset oratione. Quare ne sterilem aut inanem sumpsisse operam videar, eosque æmulatus, qui πλάνην πλάνην, καὶ αἰσχρὸν αἴσχρον conantur, à Liuianæ facundia laudatione, ad hitoria ipsius interpretationem me totum conuertam, si tamen prius quid historia sit, quid hitorico conueniat, in medium protulero. Naturalis historia est, vt Plato refert, causas intelligere, per quas singula quæque siant, atque pereant, & qua finitratione. Duplex certe genus, priuatum ac publicum, Publicum est, quod temporum continet varietatem, vt Liuianum opus exemplo est. Prinatum quod nulla temporum varietate, titulo canticum gaudeat, vt Jugurtha, & Catilina. Quidam duplicum etiam modum posuere, intersectitum, quale est illud Suetonij. Continuum, quale est illud Plutarchi persingula virorum gesta. Item Appiani, qui Lybi cum Parthicum, Mithridaticum, bellaque ciuilia compositus. Est autem historia (vt Ciceronis verbis utr.) temporum testis, lux veritatis, vita memoria, magistra vite, nuncia veteristarum. Definiturque à Quintiliano, geste rei expositione, cùm fabula atque argumentum, quæ & ipsæ narrationum species, longè locus desiniantur. Nam fabula non à veritate modis, sed à veritatis forma remota est, quarum alia Sybaritica, alia Cypria, alia Cilicia, alia Æsopica, ab inuentoribus accepto nomine appellantur. Argumentum falso est, ed verisimile, quo comedie vntuntur. Annales præterea ita ab hitoria separant, vt annales tunc dicantur, cùm res gestæ plurium annorum, obseruato cuiusque anni ordine componuntur, sicut Ephemeris, quod diarium latine dicitur, cùm non per annos, sed per dies singulos res gestæ prescribuntur. Historia vero sic earum rerum propria narratio, quibus is interfuit, qui eas narrat, licet generali historiæ vocabulo tam annales, quām diarium comprehendantur. Dicta autem est historia, οὐ γένος, quod vt Græci scribunt Grammatici, significat, τὸ πολὺν πόπον διέρχεται, καὶ τὸ παλαιὸν πορθύματα διηγεῖται, καὶ τὸ επόμενον. Quod poëticum est, vt apud Sophoclem: Ιστορία τοι φίλον. Quæ quidem ad eum maximè spectant, qui sit historiam quām diligentissimè composturus. Historicum poëma (vt Eustathius inquit) constat ē πολὺν χρονικόν, πραγματικόν, καὶ φυσιογνωμικόν. Tritones cum buccina fastigio Saturni adis superponebantur, inquit Macrobius: quotiani ab eius commemoratione ad nostram ætatem hitoria elata, & quasi vocalis facta sit, cùm antè muta & obscura & incognita fuerit, quod restantur cauda Tritonum humi inertis, & abscondite. Cadmus Milesius (vt naturalis hitorie libro quinto refert Plinius) omnium primus profacit orationem condere instituit. Hecatæus & ipse Milesius Egæandri filius, qui circa tempora Darrij post Cambyses imperantis floruit, primus historiam, vt Suidas scribit, pedestri edidit oratione, vt Pherecydes πορφυρὸν, nulla tamen adhibit verborum ac tentiarum exornatione. Nam vt apud nos Cato, Piso, Iambius Pictor sine vallis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum, gellarumque rerum reliquerunt, sic apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, Acephalus, quibus rebus exornari posset oratio, penitus ignorarunt. Ad grandiorum dicendi characterem se euexit Celius Antipater, nec tamen historiam locorum varieta-te distinxit, nec verborum collatione, tractuque orationis leui, atque æquabili perpoluit, licet vicerit superiores. Herodotus hoc scribendi genus primus quām pulcherrimè ac suauissimè exornauit. Hunc fecetus Thucydides, qui ceteros omnes dicendi artificio facile superauit, qui ita est verbis aptus, & pressus, vt nescias vtrum

res ora-

PROLEGOMENA IN T. LIVIUM.

res oratione an verba sententij illustrentur. Hunc Philistus Syracusanus imitatus est, qui apud Dionysium Tyrannum oculum suum in scribenda historia consumpit. Postea Theopompus, & Ephorus praeceptoris impulsu se ad historiam contulerunt. Denique Socratus ille Xenophon historiam ad exemplum magis, quam ad veritatem complexus est. Callisthenes quoque Aristotelis & discipulus & affinis, Alexandri comes, historiam conscripsit, & hic quidem Rhetorico penè more, Xenophon vero leuiore quodam sonofus est. Horum omnium natu minimus Timæus, & rerum copia & sententiarum varietate abundantissimus, & ipsa verborum compositione perquam politus, Thebanorum gesta eruditissimè posteritati tradidit. Romanorum gesta, (vt Halicarnasseus Dionysius autor est) Portius Cato, Fabius Maximus, Valerius Antias, Silenus, Polybius, Macerellus, Cellius, Calphurnius, multiq[ue] præterea alii literarum monumenta profecti sunt, sed nemo dubitat Liuium ac Salustium ceteris præferendos, quorum alterum Thucydidi, alterum Herodoto, qui in dicendo furem mirabilis, componere Quintilianus haudquaque dubitauit, quorum in diuersa dicendi via, vter sit præstantior, inter plurimos queritur, nemini tamen est dubium, quin immortalem illam Salustij velocitatem diuersis virtutibus sit Liuium consequitur. Quare Seruilius ille Novatianus non iniuria dixisse videri potest, pareis esse eos magis, quam similes. Historicus appellatur (vt Plutarchus refert) qui gesta narrat, omnis autem narrationis argumenta sunt ægri eton, ærato, rōaθ, ξενθ, ὁρθ, ανα, περιξ, πάθ, ηρθ. In summo autem historico hac duo in primis esse oportet, οὐδετερος τε πολιπολω, καὶ διώχει εἰρηνα τυπω. hoc est, prudentiam ciuilem, vimque (vt ita dicam) interpretatiuam, quorum alterum natura insitum sit, necesse est, alterum vero multa exercitatione, aſiduo labore, veterumque amulatione, comparatur. Sit præterea historicus intrepidus, incorruptus, liber in dicendo, acverus, non amicitæ, non odij causa, falsa præterea confingen. Quæ omnia, utique in Tito Liuio adeo exæcte fuerunt, vt eorum nihil penitus desideretur. Ceterum cum nonnulli sint, qui licet has quidem ferè omnes historicas virtutes complexi fuerint, in multis tamen errores, à perfectissimo historico quam remotissimos, sincidentur. Age eorum aliquot enumeremus, ut an in eos Liuius hic noſter imprudenter incident dignoſcamus. Errant historici, qui à Deorum inuocatione exordiuntur, qui diuitiis in locorum descriptione immorantur, qui proœmii longè prolixioribus, quam ipsius historiæ corpus exigat, utluntur, qui cum mitioribus ac notioribus vt verbis liceat, aperitatem in nominibus, difficultatemque sequuntur, quod quidem pretermodum à Plutarcho fecisse dicitur Herodotus, qui vtque adeo in scribenda historia ην τεκνοδεια, id est, malignitatem fecit, vt cum producenda historia, tum alicuius infelicitatem notandi cauia, citra propositum quoque multa quam sapissimè historiæ infixerit. Quo factum est, vt maledictio oblectatus à nonnullis creditur, qui cum laudibus addit criminis ac vituperationis, mortalium hinc inde colligens calamitates, nonne in tragam incidit καὶ τέλαι, hoc est, exercitatem, τὸ γὰρ ἀπεριθύμως ἐπαντὸν φύγοντες οὐτε πενθέσησαν, οὐδὲ τοῦ μὴ θεοποιοῦσαν καὶ χειρο. Et vt Phaoninus Philo dicere conſueverat: Turpis est exiguae, atque frigidæ laudari, quam insectanter & grauitervituperari. Duobus igitur plurib[us] de eadem re oblati sermonibus, deteriori plerunque adhæret, quod Sophistis tantum luci nonnunquam, gloria interdum causa, permititur, vt sci- licet deteriorem λόγον exornent. At historicus, cui nihil mentis perimitur, quecumque vera esse cognoverit, eadem literarum monumentis mandare debet. Deijs vero, quæ sibi haudquaque certa, compertaque sunt, meliora multò verius, quam deteriora dici videntur. Sunt contraria quæ laudes nonnullas vituperijs, conuicijsque adiificant, vt in Socratem Aristoxenus, qui cum επί τον ἀμαρτιῶν, καὶ ἀκριτασον, hoc est, indoctum ac minimè modelatum cum dixisset, intulit: οὐδεις δέ τε μεγάν, id est, iniquitas autem non inherat. Nonnunquam etiam historica narratio malignitatem crimen incurere non iniuria videtur, cum facta ipsa longè alio, quam gesta sint, modo percurrit, vt si Philippum Macedoniam multò plura pecunia exi, quam virtute acrei militaris peritia fecisse quispiam scriperit, & eius filius Alexander tot ciuitates gentesque, ac nationes perquam facile, nulloque labore subegisse dicatur. Et dux Atheniensium Timotheus, nulla prudentia, nulloque conſilio, sed fortunatantum adminiculo tot victorias assecutus, tot vrbes domuisse narretur, cuius eximia gloriæ, vt plurimum detrahent inimici, rete quoddam illo dormiente subeunte pingebant ciuitates. Quæ quidem omnia rerum gestarum magnitudinem, sublimitatem, καὶ τολλαθ, id est, pulchritudinem vehementer imminuant, cum de negotiis labore, de periculis fortitudinem, de agendis rebus industriam, de conficiendis celeritatem, de prouidendis consilium subtrahunt, cunctaque furtuæ temeritati ascribunt. Nonnulli etiam ex historicis inuidiam quandam, malignitatemque præfe ferre videntur, cum alicuius egregij facinoris falsam, & ab actoris mente, atque animo quam maximè alienam causam reddunt, vt qui Catonom sibi præterea manum consciuisse ferunt, ne in Cæsaris potestate veniret, atque ab eo supplicio afficeretur. Maximo præterea tunc historici dicuntur errore, cum omnia rerum gestarum narratione in laudandis imperatoribus ac militibus tempus conterunt. Suos quidem, suprà, quam cuique credibile sit, laudibus extollentes, hosteis vero præter modum deprimentes, quod solis Poëtis, vt pote numine afflatis Phœbœ permisum est. Quæ quidem historicorum vita, atque errores, quam cautè ac diligenter Liuius hic noſter declinauerit, ijs oppido quam facile datur intelligi, qui totum eius opus accuratè perlegunt. Cum autem res sint dicendi charæcteres, θηλ, ιχν, καὶ μάθ, hoc est sublimis, tenuis, & medijs. Sublime puto suo sibi ingenio ac tantorum bellorum materia maxime accommodatum fecit. Multa sunt præterea, quæ de ipsis historiæ, deque historicorum virtutibus, atque erroribus dici in præsentia possent.

Ceterum ne hic vos diuitiis detineam, huic meæ orationi finem imponam, si tamen prius etiam inclyto duci noſtro, quod honestissimum hunc locum nobis designauerit: & vobis, quod summa attentione me dicentem audiueritis, gratias ego immortales, quorum alterum quidem de laudibus ipsius composita, atque in lucem edita oratione: alteris vero, hoc est, vobis aſiduo labore, multisq[ue] vigilijs, modò nostra opera vt non dedignemini, fatis pro viribus facere conabimur. Nam siue Græcæ quipiam, siue Latinæ, seu in vtraque literatura voluerit erudiri, dabimus euidem operam, vt breui, aut in alterutra, aut in vtraque plurimum proficiat: cum deinceps vtriusque Lingua probatissimos, ac prætantissimos simus authores publicè interpretaturi. Tresimachus Chalcidensis, & Leontinus Gorgias omnium primi orationem numeris adstrinxere: contentiones celerius currere, narrationes tardius ferri debent. Tarditatem oratione, atque grauitatem Spondeus in primis assert, celeritatem Peon, qui tribus breuib[us], & longa, vel in principio, vel in fine, posita constat. Daedalus vtrique generi est accommodatus. Iambus & Anapestus demislo atque humili sermoni aptissimi sunt, prætereaque ipsis Comici maxime utuntur. Principia


STEPHANI NIGRI IN T. LIVIVM PROLEGOMENA.

pia à longis ut plurimum syllabis facienda sunt. Cauendum est tamen, ne hexametri versus principium initio dicendi, aut scribendi faciamus, quale dicitur reliquissime Livius: Facturus ne opere preicum sim. Quod qui emendare voluerunt, Facturus ne sim, postea scriperunt, sicut etiam finis hexametri aut pentametri in clausula virtutis est. In quem Asinius & Brutus incidere, ut Catoni placuit. Et Diuinus Hieronymus in translatione Genesios ait: Da mihi animas, cetera tollerib. FINIS.

DE HISTORIA T. LIVII, QVOD IN LIBROS AB AVTHORE DIVISA FVERIT, NON IN DECADES, CONTRA ALIORVM OPINIONEM, T V M Q VI-
bus id authoribus comprobetur, Petrus Grinitus Cap. XII. Lib. VII.
De honesta disciplina.

AL SO receptum est, ac doctioribus etiam persuasum, fuisse in Decades diuisum T. Livio sum opus de Romanorum gestis, quæ singulæ decem voluminibus explicantur, quod ipsum de authore Livio neutiquam apud veteres comperias. Nam & Priscianus vir diligens, alijque Grammatici, scicubi Livium citant, librorum numerum adscribunt, neque Decades nominant. Itaque & x. vi. librum, & xxxii. & c xvi. videmus aduocari ab antiquis authoribus. Cui sententia & Franc. Petrarcha adstipulatur, ut qui afferat in epistola ad Ioannem Boccatum, ignavia legentium contigilie, ut Liviana historia sit in Decades distributa. In partes (inquit) quas Decades vocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosi legentium desidia diuisit. Sed & L. Florus libros cxl. eiusdem authoris recenset, sublato penitus nomine Decadum, cum vniuersam historiam in Epitomen, vel (ut latine loquar) in breuiarium contraxit. Id & Politianus olim ita libere nobis concedebat, ut nostram quoque diligentiam magnoperè commendaret in perquirendis atque examinandis veterum monumentis.

POMPONII



POMPONII LAETI DE ANTIQUITATIBVS VRBIS ROMÆ LIBELLVS.

AMPHITHEATRVM.

IM media vrbe Amphitheatrum: inchoatum à Vespasiano, perfectum à Domitiano cum incrustatione intrinsecus, & extrinsecus cum signis. Et in singulis superioribus arcubus erant statuae marmoreæ. Ibi siebant ludi: sub tanto ædificio sunt cloace, adeò ut pars ædificij sit stineatur à cloacis. Ab latere ædificij, versus Septentrionem & Orientem, erat Via publica, strata lapidibus quadratis magnis. Amphitheatrum nunc appellatur Colosseum, ab Coloso qui ibi erat. Est autem Colossum magna statua, quando siebant ludi, ædificium cooperiebatur lineis.

Buſta Gallica.

Post Capitolium inter Septentrionem & Orientem, est locus appellatus Buſta Gallica, ybi Galli in magna copia à Camilo interfecti fuerunt, & ibi habet sepulchra, locus nunc dicitur Pórtio Gallo.

Templum Eſculapij & templum Concordiae.

In horto sanctæ Mariae nouæ, est vestigium templi Eſculapij, & templum concordiae.

Arcus Triumphalis Constantini.

In radicibus montis Palatini versus Colosseum, est arcus Constantini principis cum victorijs allatis post profligatum Maxentium filium Maximiani.

Septizonium Seueri.

In templo sanctæ Luciae, sub colle sancti Gregorij, est Septizonium Seueri, ornatum columnis, dictum à se ptem Zonis.

Suburra.

Suburra inde ybi est Colosseum incipit, & producitur usque ad superiores Exquiliæ.

Fragmenum.

Fragmentum minimè rotundatis prope Colosseum, cinctum erat marmoribus, supra erat Iouis simulachrum.

Circus Maximus. Templum Iouæ Statoris. Domus M. T. Ciceronis.

In ea parte Palatini montis quæ aspicit Circus maximum, templum fuit Iouis Statoris, propè quod templum fuit domus M. Ciceronis.

Templum Pacis.

Post Palatium statim versus Septentrionem, sunt ruine templi Pacis, quod templum Vespasianus post bella ciuilia ædificauit.

XII. columnæ Domitianæ in signum sui triumphi.

Inter Capitolium & Palatum, ybi remanserunt tantummodo tres columnæ altæ, erant XIII. satis ornatae, supra has columnas erat statua equestris, Domitianæ Augusti, & sub pedibus erat Rhenus fluvius Germaniæ. Triumphauit enim de Germania.

Apertura Curtij.

In eodem loco fuit olim illa apertura terra, in quam se demisit Curtius armatus vñ cum equo: terra tunc statim coiuit, & pestis evanuit. Ille locus est in parte fori Romani, circum quod fuerunt multa tēpula & ornamenta: inter quæ templū Vulcani, ante quod templum pendebat scyphus, qui tenuit Remum & Romulum.

Porticus Antonini & Faustinae.

Prope forum, ybi nunc hospitale est aromatariorum, fuit porticus Antonini Imperatoris & Faustinae.

Templum Saturni & Opis, ararium pop. Rom.

Sub Capitolio est parua ecclesia diruta, quæ imminet hospitali S. Mariæ de portico, ibi fuit templū Saturni & Opis eius vxoris, in quo templo fuit ararium pop. Rom. Arcus triumphalis Seueri. Templum Iunonis Monete.

In radicibus Capitoli, versus Aquilonem & Zephyrum ad ortum est iuueni, est arcus triumphalis Seueri Im-

peratoris. Propè fuit templū Iunonis Monete, & templū Concordiae. & inde fuere multi gradus ad Capitolium.

Tullianum.

In radicibus Capitoli, supra forum Romanum, versus Septentrionem, est carcer, nunc dicitur sancti Petri, olim fuit illa pars carceris, quam construxit Tullus Hostilius, & appellabatur Tullianum.

Carcer. Theatrum Marcelli.

Ex altera parte Capitoli, versus Meridiē, ybi est ecclesia sancti Nicolai in carcere, fuit pōlt ædificatus carcer ab Claudio Decemviro, appellauit carcerem urbis Romanae, prope est Theatru Marcelli, nūc domus Sabellorum.

Velia domus Catilinae.

Illa pars móris Palatini quæ videt forum Romanum, appellatur Velia, quia ibi antiqui pastores ante tōfūram ouium, vellebant lanam ex ouibus, eadem pars habuit domum Catilinae & Catuli.

Ædificium Nerue Imperatoris.

Inter Capitolium & Esquilinas, versus Arcton, adhuc sunt magna vestigia, cū inscriptione Nerue Imperatoris.

Forum Traianum, & ampliæ porticus.

Inter Capitolum & Quirinalem montem seu collem ab ædificio Nerue usque ad columnam Coclidem, & radices Capitoli, fuit forum Traiani, circum quod erant ornamenti innumerabilia, huc fuerant ornamenta adiecta ex toto orbe terrarum.

versus occasum porticus cū amplis & excelsis columnis, & cum magnis epistiliis, adeò mirabile opus fuit, vt qui intuerentur, non poterant adduci ad credendum, vt illa essent facta manibus hominum, sed gigantum: pars tota quæ vergit ad Occidentem quia mons Quirinalis impidebat, illa pars montis tota excisa fuit, & solo æquata, ne forum spacio fraudaretur.

Sepulchrum Auguſtorum.

Locus ille qui videtur esse mons, supra flumen eundo ad populum, sepulchrum fuit quorūdam Auguſtorum.

Columna Traiani.

Colūna quæ in foro Traiani, ercta est à po. Rom. in honorem Traiani post victoriā de Dacis, facta est columna, & ipse Traianus columnam non vidit, concessit enim ad Indicam expeditionem. Hæc columna ab radice, sive à pede usque ad verticem imaginibus egregiè ornata fuit, vt hodie partim apparat.

Pantheon.

Vbi nunc est ecclesia sanctæ Mariæ Rotundæ, ibi fuit Pantheon, dedicatum Ioui Vtori, cuius cognomen fuit ex laminis argenteis, illas laminas sustulit Constans nepos Heraclij veniens ad yrbum.

Antipantheon.

Antipantheon appellatur Prothyron, locus ante portam templi M. Agrippa fecit illud.

Templum Conf. templum Herculis.

Antiqui ingrediebantur templo per gradus ascendo, in unum tantum descendebant, quod fuit ædificatum in honorem dei Consi, qui erat deus consiliorum, quod templū erat prope templū Herculis in Circo maximo.

Templum boni Euentus.

Prope supra dictum Pantheon, erat templum boni Euentus.

Ruina M. Agrippæ.

Ædificia prope Pantheon, sunt ruine M. Agrippæ: & extenduntur usque ad domum quæ fuit Cardinalis Spolletani.

Therme Neronis.

Ædificia quæ sunt in sancto Euſtachio, fuerunt Therme Neronis, postea inſtaurata ab Alexandro Imperatore, dicitur sunt Alexandrinae.

Campus Martini. Horologium.

Vbi est ecclesia sancti Laurentij in Lucina cum hortis,

A ibi fuit

Ibi fuit Campus Martius, in quo habebant comitia. Et ibi est dominus noua facta, que est Capellanorum cuiusdam capelle sancti Laurentij, ibi fuit basis horologij non nominatisimi.

Horologium effosum.

In campo Martio vbi est epithaphium capellanorum ibi fuit effosum horologium, quod habebat septem gradus circum, & lineas distinctas metallo inaurato.

Solum campi erat ex lapide amplio quadrato, & habebat lineas eadem, & in angulis quatuorventi, cum inscriptione, ut Boreas spirat ex opere misino.

Collis Hortulorum.

Collis ille qui surgit a dextris, cuncto ad ecclesiam beatam Mariam de populo, vocatur Collis hortulorum, in quo sepulta fuerit ossa Neronis. Pars quae subiacet plana, vergens ad austrum, & libyn, habebat hortos, & est tota humida.

Porta Collina.

Antiqui cogitauerunt a porta Collina protegere moenia urbis, & que ad Pontem Milium, propter securitatem iusti planicie, sed aruspices veruerunt, quia non liberabat intra urbem comitia facere, & legere milites pro exercitu.

Pintius.

Collis Hortulorum, nunc appellatur Pintius, a quodam ciue.

Candidati.

Ex colle Hortulorum descendi debant candidati, albis vestibus, qui erant petitorum magistratum.

Pila Tiburtina. Domus Marialis.

Inter collem Quirinalem, & Hortulorum, est locus depresso vbi nunc est vinea, qui appellatur Pila Tiburtina, prope quam Pilam fuit domus Marialis: unde ait: Sed Tiburtinæ sum proximus accola Pilæ, ista pila nunc vocatur Tibur vetus.

Dua statua equorum.

Exeundo a domo Pomponij, per dorsum montis Quirinalis versus Septentrionem, sunt equi cum statuis marimoreis, furentur in iusta a Mithridate rege Armeniæ ad Neronem Imp.

Tres statuae marmoreæ.

Sunt tres statuae marmoreæ Constantini.

Dua statuae marmoreæ.

Sunt dua statuae marmoreæ tenentes Cornucopias, fistula manu, haec sunt statuae fluminum Deorum, significanterum copiam.

Cybele.

Cybele sedens super duobus leonibus turrita, quia praedita turribus & caltris.

Floralia. Mons Clare, & Apollinis.

Eundo a sinistris est vallis inclusa parietibus, vbi sicut floralia: & mons a sinistris habens domum Cardinalis Neapolitanæ, & est pars Quirinalis montis, & vocatur mons Clare & Apollinis.

Capitolium vetus.

Mons a dextris vocatur Capitolium vetus, & est pars Quirinalis, vbi fuit templum Iouis, quod templum antiquius est quam templum Capitolinum.

Templum Herculis. Templum Quirini.

In medio ferè dorso a sinistris fuit templum Herculis. A dextris templum Quirini.

Spoliatio templi.

Quidam Otto Mediolanensis senator urbis expoliavit templum: & ex ornamentiis facti sunt gradus in Ara coeli, & gradus quibus ascenditur in edificium Capitoli.

Vicus Mamuri.

Aduce per dorsum Quirinalis, vbi est templum sancte Susanna, a sinistris, ibi fuit vicus Mamuri, & ibi erat eius statua.

Forum Salustij.

Post templum vbi fuit ecclesia sancti Gabini, ibi fuit Salustij forum.

Mamuri Auxilia.

Fuit autem iste Mamurius faber ærarius, qui fecit auxilia Numæ Pompilij. Est autem breve scutum, longius quam latum sit, dictum quasi ambecitum.

Porta Collina.

In ipso colle Quirinali est porta Collina, quæ olim fuit ultima pars urbis, & moenia non multo spacio extendebantur versus Occasum & erat finis.

Antrum Vestalium impudicatum.

A sinistra intrinsecus excentibus, est locus editus & elevatus, vbi erat antrum ex artificio factum, testudinatum cum exiguo foramine, unde demittebantur vestales, id est, moniales, que conserferant scelus impudicitiae: & ne perirent fame, in antro erant excavatae duas parvae nefaste. In altera erat lucerna accensæ, in altera lac & aqua. Postea populus mitrebatteram, quouique terra ad summitem perueniret foraminis, ita moriebantur.

Ruina sacerdotum circa hoc.

Illic sacerdotes cum vestibus sacerdotali bus, priusquam hoc fieret intrinsecus ante portam auferebant sacra monialibus, & postea egrediebantur portam, sed non poterant revertere caput. Deinde non licet exire sacerdorem per illam portam per unum annum, & totus populus eadie in luctu erat.

Via Salaria.

Via extrinsecus Salaria, qua Sabini ferebant saltem ex urbe.

Horti Salustiani.

Intrinsecus à porta Salaria à sinistris, est vallis longa, vbi fuerunt horti Salustiani versus ventrum Libyn, circumdati pulcherrimis edificijs, qui fuerunt non modo pomorum, sed etiam propter sumptum, & ornametum adficiorū fatis amoeni. Aquæ subterraneæ manu factæ irrigabant hortos.

Pro porta Viminalem, quæ proxima est porta Collina, coniunguntur duo colles Viminalis, & Quirinalis.

Via Nomentana.

Ex eisdem portis Viminalem incipit via, quæ vocatur Nomentana, vbi Viminalis collis à Ioue Viminæ dictus, & Exquilia confunduntur, qui sunt duo montes urbis.

Exquilia.

Exquilia ab excubandis, id est, excubando, quasi excubia, quia Seruus Tullius Rex in urbe Rom. in eo colle habuit vigilias, propter prædones & alios.

Therme Diocletiani, Therme Maximiani.

Vbi sunt Therme Diocletiani, & Maximiani quæ non fuerunt inchoatae ab ipsis, sed à veteribus, inter ipsas Thermae a Septentrione fuit templum Quirini.

Alta semita.

Dorsum Quirinalis montis, appellatur alta semita.

Balnea L. Pauli.

In descentu Quirinalis montis versus Meridiem, vbi nunc est domus de comitibus, & turris militare, fuerunt Balnea L. Pauli.

Therme Constantini.

In ipso colle Quirinali, erant Therme Constantini Imp. quæ extendunturque ad domum de Columna.

Vallis Quirinalis.

Inter Viminalem & Quirinalem, vallis est, Quirinalis dicta, ibi templum est sancti Vitalis, vbi Romulus ante lucem apparuit Proculo, cum alcederet in colum, ibi fuit domus Pomponij Attici.

Puteus Domine Probae.

In eo Quirinali templum est sanctæ Agathæ, & in ipsa valle, non longe à templo sancti Vitalis, est puteus qui dicitur Puteus Domine Probae, nam Proba virgo fecit.

Lauacrum Agrippinæ.

In ascensiū Viminali collis, versus Septentrionem, est templum sancti Laurentij panis perne. Vbi lauacrum est Agrippinæ matris Neronis, quod lauacrum adornauit postea magna impensa Adrianus Cæsar, vbi nunc sunt moniales.

Turris Mæcenatis.

In via quæ est post Thermas inter Orientem & aquilonem, vbi est ascensus, in illa parte eminentiore fuit turris Mæcenatis. Vnde Nero Imp. dicitur confixus in eundem urbis.

Campi ubi comburebantur cadaveræ mortuorum horti Mæcenatis.

Sub illa turri, versus Septentrionem, est campus Esquininus

linus, vbi olim comburebantur cadaveria mortuorum: cuius rei nidor multum yrbi nocebat. Augustus qui studebat emendare aërem, cōfensi pop. Rom. & senatus consensit campum Meccenati, vbi faceret pulcherrimos horotos, nunc appellant campum illum Viuarium, quod ibi postea detinebant animalia.

Porta Esquilina & Tyburtina.

In hoc campo sunt duas portas urbis, altera Esquilina, quae est clausa, inde & Tyburtina.

Porta Interaggera.

Inter hanc portam, & portam Viminalem, erat porta que vocabatur porta Interaggeres, quae nunc est clausa, vbi via erat satis munita.

Arcus Gordiani Imp.

Intrinsecus è regione huius portæ erat Arcus Gordiani Imp.

Puticuli.

Extra portam Esquilineam erat locus, qui dicebatur Puticuli, vbi erant frequentes putei, in quibus condebantur ossa combutorum cadaverum.

Castrum Custodiae.

Castrum custodia extra portam erat Interaggeres. Porta sancti Laurentii est in aqueductu, & est arcus, & non porta.

Ad vrsum pileatum.

Iuxta portam sancti Laurentii ad dextram euntibus, est templum sancte Bimanae, & sex militum martyrum, qui locus vocabatur antiquitus ad Vrsum pileatum, quod ibi fuit imago viri habentis pileum in capite.

Duo trophaea.

Post ecclesiam sancti Iosephi, est pars adificij diruti, vbi sunt duo Trophaea, id est, spolia hostium, alterum habet thoracem cum ornamentis & clypeis, & ante imaginem Victoriae. Alterum habet instrumenta omnia ad pugnandum, & clypeos, & habet vestes.

Propterea trium vnam ad sanctum Ioannem. Aliam ad sanctam crucem, aliam ad sanctam Mariam.

Vbi est Ecclesia sancti Viti, est arcus dirutus cum monumento Galieni Imp.

*Templum sancte Mariae Maioris est in Esquiliis.**Ruina Thermarum Titi.*

Post Ecclesiam sancti Martini versus Orientem, sunt ruina Thermarum Titi & Vespasiani.

Caput.

Cisternæ Thermarum Titi, vocantur nunc Capotæ, id est, capaces aquarum.

Thermæ Philippi Imp.

Post Thermas Titi inter Aquilonem & Eurum, sunt Thermæ Philippi Imp. post est vallis inter Esquiliis & Cœlium montem, quæ ducit ad portam sanctæ crucis, quae est pars aqueductus.

Esquilia.

Esquilia incipiunt ab templo sancti Petri ad Vincula, & protenduntur usque ad ecclesiam sanctæ crucis. Inde ad Thermas Diocletiani, illi cœli usque circumundo, includit ecclesiam sanctæ Mariæ Maioris, prope quam erat Basilica strenuæ Romanæ Siciñini, & sanctæ Praxedis, vñque ad sanctum Petrum ad vincula.

Cœlius mons, Ioannes Lateranensis.

Cœlius mons incipit ab ecclesia sancti Ioannis Lateranensis: dicitur autem à familia Lateranorum ciuitum Romanorum.

Porta Cœlimontana.

Porta sub S. Ioanne appellatur porta Cœlimontana.

Via Campana.

Via Campana extra portam est.

Latitude Cœlii montis.

Finit mons Cœlius vbi est ecclesia sancti Gregorij, & est magni ambitus, & includit ecclesias quatuor Coronatorum, sancti templi rotundi, sancti Ioannis & Pauli, S. Petri, Marcellini in radibus montis Cœlii, qui mons à quodam Cœlio Vibeno, qui prestiterit auxilium Romanis, dictus est: supra est quadruuim inter Cœlium & Esquiliis. Post templum sancte Mariæ in dominica, sive in nativitate, vbi est naevia marmorea propè est ecclesia sancti Thomæ, sancti Stephani rotundi: sunt istæ tres

ecclesie in Cœlio monte, ducta via à sancto Ioanne Lateranensi versus aqueductum.

Porta Metrodori. Cœliculus.

Inter portam Cœlimontanam & portam in via Latina, est porta quæ appellatur Metrodori, clausa nunc: & ille mons parui ambitus qui est post Cœlium montem ad Orientem, appellatur Cœlius minor, id est, Cœliculus, eius meminit Martialis.

Regio portæ Capene.

Regio portæ Capene, est post Cœlium montem & Auentinum usque ad radices, & ascensus usque ad sanctum Ioannem.

Porta Capena. Via Appia.

Porta sancti Sebastiani vocatur porta Capena, & extrinsecus via, vocatur Appia, quæ est regina alliarum viarum, dicit usque Brundifum.

Vianoua. Thermæ Antonini.

Ista via priusquam pertenes ad ecclesiam sanctorum Nerei & Achillei & Xisti, vocatur Via noua, quæ ducebat ad Thermas Antoninianas, quæ fuerunt Antonini Caracallæ, quæ Thermæ sunt à dextris, post ecclesiam sancti Nerei & Achillei.

Fluviola.

Fluviolus qui oritur longius ab urbe XII. millia passuum in agro Mariano, rigat radices montis Auentini, & ingreditur Tyberim.

Aventinus.

Auentinus ab aubus dictus est, & incipit à flumine, magnum habet ambitum, & extenditur usque ad moenia, vbi est porta sancti Pauli.

Ambitus Auentini.

Mons Auentinus, est longior & latior, habet ecclesias multas, ad Occidentem, supra Tyberim habet ecclesiam sancte Sabinae, Alexiae, Mariae in medio, sancte Priscæ, ad Orientem prope finem longitudinis, sanctæ Barbinae.

Pyramis Cœlii epulonis.

Prope portam sancti Pauli, extra quam via est, & appellatur Hostiensis, est Pyramis quadrata, sepulchrum cuiusdam Caii Cestij epulonis.

Curus equorum.

Campus cis portam sancti Pauli, post Auentinum, est campus ubi hodie sit cursus equorum.

Mons reffurum.

In medio surgit collis, vbi fuerunt figuli, & ipse collis factus ex fragmentis vasorum fictilium. Aliæ figlinæ erant extra portam Viminalem à dextris, vbi surgit collis cuiusdam materiæ.

Horræ pop. Rom.

Post Auentinum motem, versus meridiem supra Tyberim, planicies magna, vbi erant CXL. horrea, quæ seruabant triticum Romanæ pop. & erant longæ, & magna.

Pons Subtilius, postea Pons Amylianus ditius.

Sub Auentino monte est pons, qui olim appellabatur Subtilius, erat enim ligneus quia subligeo intelliguntur magnæ arbores, postea ab Æmilio pretore factus est lapideus, & appellatus Æmilius.

Templum Matutæ Leucothoeæ.

Partia ecclesia rotunda supra Tyberim, dicitur sancti Stephani, olim fuit Matutæ Leucothoeæ, id est, alba dea, hoc est, dea matutini temporis.

Templum Herculis.

Post muros ædificiorum schola Græca, statim non longe fuit templum Herculis in foro Boario rotundum, cum multis antiquitatum vestigijs, & dirutum tempore Xisti III.

Circus maximus, Ara maxima.

Non longe ab hoc templo versus Auentinum montem, fuit altum templum, appellatum Ara maxima: supra hoc templo ad Orientem, circus est Maximus, circundatus columnis cum epistolijs aureis, id est, columnis & statuis.

Duo obelisci magni.

Pavimentū Circi fuit ex chrysocolla. Est autem chrysocolla dura materies quæ natatur postquam aurum est.

fossum est, ex auro retinet colorem, in cætero est lapis. In hoc circa siebant ludi: vbi erant duo magni obelisci, quorum alter maximus omnium, qui sunt in toto orbe. Est autem hic circus inter Palatinum montem & Auentinum.

Mons Palatinus.

Mons Palatinus habet in circuitu mille passus: & fuit prima sedes pop. Rom. & primus locus habitatus, & sedes Imp. ibi constituta (propterea quod Hercules in eo morte hospitio fuit exceptus ab Euadro regé) ferebatur.

Palatum.

Palatum appellatur à Palanto vrbe Arcadiæ, vnde Rex Etianus venit.

In eo monte fuit sedes Imp. pop. Rom. propter quam causam, vbi cunque est sedes magni principis, Palatum appellatur, sed malum omen est Imp. Rom. quod propria sedes est inhabitata.

Duo Iani.

In foro Boario duo Iani, id est, logiæ vbi recipiuntur mercatores, & habent in se quadruum ynus Ianus qui extat, hæret ecclesia sancti Georgij.

Velabrum.

Non longe hinc inter Auentinum fuit Velabrum, ita dictum, quod cum locus esset paludinosus, homines qui volebant transire in Auentinum, ferebantur cymbula, & soluebant stipem. Pecunia autem que soluitur nautis, velatura appellatur, vnde Velabrum.

Sinus Tyberis.

Sub Capitolio Tyberis inferebatur sinus, qui pertinebat radices Palati, vbi nunc est ecclesia sancti Theodori.

Romulus ex Remus expositi.

In eo spatio prope fuit templum, & ibi expositus Romulus & Remus in alveolo, id est, scypho ligneo, ibi fuit fucus Ruminalis, nominata à rume Lupa, est autem rumma mamma.

Lupercal.

Supra in Palatio è regione istorum locorum fuit Lupercal, hoc est, mansio Lupæ, quæ nutrit Romulum & Remum. Erat autem Lupercal antrum prope tres columnas.

Templum Castoris ex Pollucis.

In fine fori Romani fuit templum Castoris & Pollucis, prope quandam parvulum fontem.

Mons Tarpeius.

Tarpeius mons dividitur in colles duos, in Capitolium & Arcem. In medio erat vallis, in qua fuit Asylum, ad quod confugientes tui erant.

Asylum.

Est autem Asylum templum inviolabile, & ibi fuit templum Vatouis.

Templum Iouis magni.

In Capitolio fuit templum Iouis magni Capitolini, quod erat quadratum quoquo versus pedes c. altitudine CL.

F I N I S.

IO. BARTHOLOMAEI MARLIANI PATRICII MEDIOLA- NENSIS, DE ANTIQVAE ROMÆ TOPOGRAPHIA EPITOME.

LIBER PRIMVS.

DE SITV VRBIS. CAP. I.

RIUS QVAM ad ædificiorum virbis declinationem aggrediamur, pauca quadam de situ ipsius attingenda sunt. Ab ipso igitur deorum immortalium domicilio (à quo rum iuocatione ordiri poëta in reardua & difficili constiueret) aufsicabimur.

Capitolinus mons qua parte latissimus est, 800. non excedit pedes: longitudo autem occasum æstiuum versus. 1500. Haberat autem vtrunque cornu in hemicycli formam, & in orbem 7. ferme stadia continent.

Ab hoc secundum longitudinem, conuale eiusdem, vel pulù amplioris latitudinis determinatur Palatinus mons, quadrangulum constitutus 1200. passuum, laterum inaequalium: quippe quorum uno 60. pedum, Capitolino imminet: secundo 700. pedum in ortum æstiuum vorsit: tercio duplì propæ longitudine, hyemalem ortum Cœliumque montem respicit: quarto cæteris omnibus maiore, circum Maximum continent, eque regione Auentinum spectat. Ad secundum eius latus planicies à capite fori Romani ad extremam collis Quirinalis partem, in Suburram vergentum 500. pedum est. Longitudo autem propæ mille passibus, ab utraque fronte inter Capitolium, forum Neræ, Cœlium montem, itemque ab eundem Cœlio & Palatino, Subura & Esquilinis, ad sancti Marcellini usque ad eadem constat. Altera planicies ad alterum Capitolij cornu, apud Marcelli theatrum, ab ipso monte ad Tyberim in 500. pedes extenditur, moxque è regione conuallis, ex obliquo fluuij cursu, Auentinum.

niq[ue] à Palatino recessu, latius diffusa, inter eosdem deinde montes coarctatur, usque ad Cœliolum & portam Capenam ipsam, tantum via Auentino à Cœliolo direpto: mille quoque passuum longitudo est, à dextra Tyberim & Auentinum, à sinistra Capitolium, Palatinum, & Cœlium habens.

Sequitur Cœlius à Palatino distans planicie, pyramidis formam ita constitente, ut basi 500. pedum prope Amphitheatum sit: ab eodem verò etiam via Appia disternatur, apud circu[m] Maximum, quæ ad portam Capenam tendens, à sinistra vallum relinquit latitudine 600. pedum, inter Cœlium & Cœliolum, longitudine ad stadia quatuor extensa, moxque ad stadium menia, quæ in Asinariam usque portam cum Cœlio iunguntur. Hic igitur inde ad quatuor stadia secundum virbis muros in ortum æstiuum fertur. Hinc muri occurunt à fronte ad stadia duo, ad portam Neniam usque, unde redeuntibus in occasum æstiuum Labicana via ab Esquilinis dispartitur: mox à fronte apud sanctum Marcellinum sive offens, ad Amphitheatum usque progreditur: nulla denique certa forma 2500. passuum ambitu constat. Cœlius porrèa qua diximus valle, viaque Appia, & ab ortu æstiuo achyemali, in eis ambibus virbis clauditur. 1000. propæ passuum ambitu.

Auentinus, duos mōtes complecti videtur: cuius pars ad Tyberim latior, parique forma secundum longitudinem à Tyberi ad menia, mox prope portam Holtensem scandit obliqua via ad circi Maximi & Cœlii montis angulum.

angulum ducente: alteramque eius partem, à dextra diuinam à Caelio via Appia vique ad Capenam portam relinquente. Ambitus fuit stadiorum 18. Dionys quoque attestante, ab Occasu hyberno campū habuit amplissimum, quatuor laterum in aequalium meridiem versus stadiorum fermè sex in occiduum quinque paulo minori in orum spacio: quatuor autem stadijs Tyberim respicentes.

Esquilus à meridie via Labicana, ab occasu aëtnio, valle inter Cælium, Palatinum, & ipsas Esquilinas posita, separantur à Septentrione Suburra, à Viminali colle Patrius vicus vique ad thermas Diocleriani dirimunt, ambitu quidem circiter 4000. passuum, nulla certa fama, vt non ab re Varro & duos esse montes putet, & in plures partes diuidat.

Viminalis ab occasu Quirinalem respicit, interiacente circa stadium Suburra plana: à septentrione vallem habet Quirinalern, inter eodem colles, 4. iugera latitudo, stadiorum vero duorum cum dimidio longitudine. Mox cum Quirinali & Esquilis, vique ad menia continue fornicum frequentia, aquatis montibus iungitur, ambitu 2500. passuum oblonga forma latitudine varia.

Quirinalis à sinistra, recta à turri Militiarum ad stadia quatuor, planam urbem ad occasum pertinente despicit, dextravt ex iam dictis liquet, Viminali exposita. Tertio latere Septentrionem versus, stadij sex ad Hortulorum collem. Interiacet vallis latitudine quatuor iugera, ad portam Salariam propè extensa. ambitum habet passuum ferè 3000.

Proximus est Hortulorum collis, quāquam extra antiquum urbis pomerium situs: valli autem Martia, inter se & Tyberim iacenti, ad tria stadia in meridiem extensus, fluminis adiacet: reliqua eius parte muris clausa, ad quinque stadij.

Porrò supra Vaticanum campum, eiusdem nominis collis, duo cornua porrigit, ad Ianiculum alterum, alterum aquilonem versus, arcu maximè intenso, cuius conuexum mille passus complectitur.

Iam planiciem percurremus, qua à Capitolio inchoans ad portam Flaminiam nunc terminatur ab ortu astri, seu Septentrione, octo propè stadiorum curriculo Quirinali Hortulorumque colle septa: ab Occasu spacio propter ripas maiori paulo, Tyberi alluitur. Ceterum recta linea à colle Hortulorum, qua Domitianus Nauma chia imminet, ad ripam Tyberis, è regione molis Hadriani, duobus stadijs deducta, quatuor laterum in aquilum, 3000. passuum amplius capax: quadrangulus constituetur: relicta etiam extrà valle Martia, quanta est in ter Hortulorum collem, menia urbis, & Tyberis, arcta ac tenui subinde magis magisque ad Flamineam portam latitudine.

Superest Transtiberina regio, qua vñ cum Ianiculo ambit passi, circiter 3000. Ex ipsis autem Tyberis cursu facilius observabitur, qui urbem ingrediens ad dextram porte Flaminiae per Martiam vallem defertur, moxque sensim à Septentrione in occiduum conuerlus, hemicycli formam constitutus, cuius conuexu Vaticanus, concavu Martius campus existit, infra autem Hadriani molem ad pristinum cursum reuersus, ad primas Auentini radices vsque: in meridiem obliquo cursu, haud longè à Portuensi porta urbem egreditur.

Hactenus de urbis, regionisque eius situ & forma, vt que adeò mutatis hodie, vt vetustæ illius vix reperire vestigium licet.

De urbis Romæ conditoribus, Regibus, atque cultoribus.

Cap. II.

VRBE ROMAM in occidente ad Tyberim cōditam, centum & viginti stadij à mari distante, Siculos primū inhabitauisse constat. Aborigines deinde, Arca-

diam deferentes, duce Oenetrio Lycaonis filio, in hanc plagam deuenire, locis fertilitate allechi, Siculis expulsi, locum occupauere. Postea Pelagi, Græci cum Thefas Aborigibus aduersus finitos auxilium ferentes, in his sedibus ipsis quoque (volentibus Aborigibus) permanerunt, ad bellum vique Trojanum: feruata tamen Aborigine, vñ qui priores regnum armis occupassent, appellacione. Lōgo post tempore Saturnus Creata à loue filio expulsus, in Italiā fugit. Ibi Ianum Aborigine regem, vinearum ac falcis vñum docēs, partem regni ob hoc beneficium à Iano dono accepit: defuncto Iano solus regno potitus est. Arcades deinde Palantio vrbē relicta, Euadō ductore, alias sedes, patriæ perteti, quæ rentes, in locum vbi nunc Roma est, delati, à Fauno rege Aborigine portionem agri accipientes, castellum in colle haud procul à Tyberi edificant, Palantiumque, ob patria vrbis à se relicta memoriam, nominant. Post hoc Peloponenses, Phanei, Epij, vultata prius Elide eorum patria ab Hercule, ab eodem abducti in Italiā, in monte Saturnino sedem posuerunt: vixerunt hi aliquandiu suis legibus, moribusque, donec vieti ab Aborigibus, ab iisdem in ciuitatem communem accipiuntur. Latinus deinde Fauni filius regnauit: Donec Æneas Anchise filius, post Iliu deuastationem cum socijs Trojanis in Italiā varia fortuna vexatus, fatis volentibus ad Latinum venit, eiusque filia Launia vxore accepta, in societatem regni à Latino adoptatur. Inscitis igitur Aborigibus Trojanisque, cōmuni nomine Latinos vocavit. Æneas à Turno, quod Launiam sibi prius promissam vxorē duxisset, bello prouocatus, Æneas victor singulare certamine Turnum occidit. Quo tempore etiam Latinus. Æneas genero regni herede relicta, obiit. Æneas à Mezetto Herrulcorū rege aliquot annis post interfecitus, Afranius filius eius regno succedit. Hic Launio Albaq; oppidis extructis, evnius decedēs, Sylvio fratri regnum dedit. Post hunc sequuntur sunt reges, Æneas Sylvius, Latinus Sylvius, Alba, Atys, Capys, Capetus, Tyberinus, Agrippa, Romulus, Aventinus, Procas, Amulius. Hic regnum quod Numitoris fratri propter atratem debebatur, fraude occipauit. Et ne vindex regni ex fratribus genere oriretur ac ipse regno ejiceretur: Rhæam filiā Numitoris Veſte ſacerdotem confeuerit. Hac perpetua virginitati deuota, à Marte grauida facta, geminos procreauit pueros: Romulum cīlicet ac Remum. Amulius igitur hac recognita pueros exponi iubet. Hic à Faustulo pastore in ripa fluminis Tyberis reperti, inter pastores ab ipsis vixore nutririuntur. Remus vbi aetatem virilem est adeptus, caput a prædonib; perductusque ad Amulii patruum regē, accusatur, vt qui Numitoris greges abigere solitus fit. Itaque Numitor traditur, vt ipse de eo pro arbitrio perierit. Verum Remus multis sermonib; viciſſim habitus, & signis cognitis, nepos Numitoris ex filia agnitus est. Supertenit & Romulus cum Faustulo, auxiliū fratri Remo laturi. Coniuratione igitur facta, ex inopinato Amulium obruunt atque obtruncant, regnumque patruo Numitoris refitunt. Anno Numitoris regno secundo, Romulus & Remus urbem Romanam in eo loco vbi expoiti fuerant (anno à capto Ilio quadragesimo trigesimo secundo, ad xii. Cal. Maias) condiderunt. Exerto polte a bello inter Rorulum ac Remum de imperio, Remus occiditur, Romulus ciuitati ac ciuib; Romanis nomen dedit.

De forma ac magnitudine urbis Romuli.

Cap. III.

Romulus urbem quadratam designauit, vt autore est Plutarchus: Vnde Quadrata à quibusdam appellata est. Alij formam & ambitum incertum & ob verutatem hodie incognitum affirmant. Palatinus mons primū à Rumulo, quod in eo educatus fore, munitus fuit. Ad huius radices pomerium institutum. Postea Capitolum, & Romanum forum additum.

Vrbs designata cepta est à foro Boario: inde certis spaciis interiecti lapides, per ima montis Palatini, ad aram Conf. mox ad Curias veteres: tum ad facellum Larium,

*De Portis Romae antiquis quo hodie non extant
& quæ extant. Cap. VII.*

forumque Reptinum mēta ducta, moenij locus, & vrbis spaciū designatum fuit.

T. Tatius à saxo Carmentali, ad viam quæ non longè abest à Tyberi: inde in meridiem, usque ad circi Maximi partem extremam: hinc in ortum astrium, ad forum Nerua murum duxit: & tandem coniunxit cum altero cornu Capitolij, Capitolium ipsum & Palatinum inclut. Addidit postrem ad vrbis magnitudinem etiam montes Quirinalem, & Cœlium.

De Portis vrbis Romuli. Cap. III.

R Omnis vrbem Romam post se reliquit tribus portis parentem, Carmentali, Romana, & Pandana: Alij quartam addunt Ianualem.

Carmentalis à Carmenta Euandri matre, cuius fanum Carmentale ante portam fuit, nomen accepit. Hæc sub Capitolio à dextra, inter faxum Tarpeium & Tyberim, èrunt: tunc ad d. Cartharinæ, versus circum Flaminium sita fuit. Huic postea Scelerata nomen fuit, quod extra portam hanc in æde Iani, s. c. de mittendis trecentis Fabiis ad Cremeram factum sit. Qui per hanc portæ egressi, omnes ad Cremeram sunt interfecti.

Romana à Romulo sic dicta: adificata est in hortis ad d. Mariæ nouæ, non procul ab angulo Palatini, in intimo cliuo Victoriae. Hanc postea Mugoniam, à boum magitu appellatam alij affirmant: alij Trigoniam à tribus angulis nominant.

Pandana, sic vocata, quod rebus in vrbem inferendis parcat. Idem Libera & Romulida nomen fuit. Locum illi dedero vbi Saturnia veteris & dirutæ vrbis Saturnia porta stetit.

Ianialis à Iani fano, quod haud longè distat, nomen traxit. Constituta ad radices collis Viminalis.

De via vrbis vrbis. Cap. V.

CVm Romani finitimi Italiae populus subinde bellum inferrent, ab illis illatum à se depellerent. Vnde plerisque bello superiores, vicitos in dictione suam redigentes, ciuitatem tandem donabant, accedit ut vrbis à Romulo condita, tantam multitudinem non caperet. Tullius igitur Sabini Albaniisque deuidit, Cœlium montem, & Esquilinas vrbis addidit, & ciuitatem ampliavit. Pollio rō deinde capto, & multitudo Romana traducta, Anconis ēcūdū ciuitatem auxit, montem Auentinum novā multitudini concessit. Veteres itaque Romani Palatum, Sabini Capitolium, Albani Cœlium, nouā multitudine Auentinum inhabebant. Postquam & Latini in ciuitatem sunt accepti, Iani cultum quoque (traiecto Tyberi ponte Sublitio) vrbis adiunxere, Quiricum fossa vrbis planioribus locis circumducta. Sic regio Traustyberina vrbis coniuncta, ciuitatem fecit ampliore, augustinore, que. Postremò Ser. Tullius collēm Viminalem & Quirinalem supradictis quinque collibus addens ciuitatem ampliavit. Tarquinius Superbus, ciuitatem prius ruderibus, vilibusque structuris munitam, muro ex lapidibus primus inclusit. Atque ijdē muri qui hodie quoque sunt, à posteris in antiquorum fundamentis sunt reconstructi. Verum antiqua vrbis dum florerer maximè longè ampliores terminos habuit. Nam Plinij tempore, totus ambitus muro comprehensus, passus continebat circa mille xx. Nostro tempore vix xiiii. millia pass. complebitur. Totius vero ciuitatis id est, omnium adiutorium, quæ etiam circa murum extrinsecus erant latè diffusa, quæ tacere sub ciuitatis nomine comprehensa, ambitus Plinij tempore erat mille pass. L.

De vrbis pomerio. Cap. VI.

Spacium quod intra extraq; mētia neque arari, neque habitari fas est, pomerium dicitur. Aliquando etiam pro totius vrbis ambitu ponitur. Pomerium sēpè à Romanis imperatoribus propagatum, atque mutatum est. Neque cuiquam id concedebatur, nisi qui Imperio Roma no aliquid adiecisset, aut ciuitatem ingenti aliquo beneficio adiecisset, vt Claudio Imp. & alij cōplices. Quemadmodū vero Imperij certos limites Rom. non habuerunt, sic nec ciuitatis, nec pomerij certifines erant constituti.

Quemadmodum vrbis & pomerij termini sēpè sunt mutati, ita porta quoque alia dum muri extenduntur intra vrbem relicta, nomēque amiserunt: alia omniō vetustate collapsæ, nomine manente, locus ignoratur: alia nouā facta, nomen quoque nouum sunt adeptæ, aliquæ nomen retinuerunt: aliquæ locum mutarunt, antiquo etiam nomine retento, alia duo habuerunt nomina, alia plura. Fuerunt autem hæc ferè portarum nomina: Flumentana, siue Flaminia.

Quirinalis, siue Agonensis, vel Collina.

Numentana, siue Viminalis.

Ianualis, siue Sabina, quæ in Sabinos ducebat.

Esquilina, siue Taurina.

Nauia, siue Labicana.

Capena, siue Appia.

Cœlimontana, siue Asinaria.

Tergemina, siue Hostiensis.

Portuenensis, siue Naulis.

Ratumena, siue Vientana.

Triumphalis, siue Vaticana.

Carmentalis, Mugonia, Pandana, Querquetulana, Raduscula, Saginalis, Sanculais, Collatina, Interaggeres,

Tybutina, Gabiusa, Latina, Aurelia, Catularia, Laurentia, Fontinalis, Lauernalis, Ferentina, Minutia, Salutaris, Mutia, Piacularis, Prænestina, Libitinensis, Valeria, Tarpeia, & Ferentina.

Flumentana porta dicta est à flumine Tyberi, nam in ripa eius fluminis hand procul à pôte Xysti principio est constituta in fine viæ Late, ad principium viæ Flaminiae postea in eum locum vbi nunc est translata. Flaminia deinde à via Flaminij appellata. Nunc Populi porta dicatur. Sita est autem in colle Hortulorum.

Collatina, à Collatia oppido, quod haud longè à Roma distat, habet nomen. Nunc Pinciana, à Pincio senato re quodam nomen seruat. Hac quoque in colle Hortulorum est. Dicit autem à Flumentana passus mille.

Quirinalis à Quirini facello nomen traxit: aut quod olim cūtibus in collem Quirinalem hæc iter fuerit. Hæc & Agonensis, quasi *à vīos*, id est, sine angulo dici videatur: Deinde Collina: Postremò Salaria, quod sāl per eam in vrbem ferretur, est vocitata. Hoc nomen etiam nūm retinet. Abest hæc à Collatia stadijs sex.

Viminalis à Quirinali recedit quinque stadijs: sic nūcupatam ferunt, à viminum sylva qua olim isthic suisce creditur. Vel, à fano Iouis Viminei. Hæc & Iculensis à figlinis que extra ipsam siebant est dicta. Nunc S. Agnitis & Numentanam vocant.

Interaggeres, sita in campo Viminali inter portam Vi minalem & Esquilinam, à Tarquinij aggeribus, inter quos adificata, nomen sortita est.

Tiburtina, inter Esquilinam & Numentanam, ita ut duodecim stadijs distaret ab Esquilina constituta, in campo Esquiline, in aqueductu aquæ Maria.

Esquilina, ab Esquilinis denominata. Fadē olim Taurina ab antiquis capite tauri illuc inuenito dicta. Fuit nanque longo post tempore caput tauri in fortispicio interiori depictum. Hodie porta S. Laurentij vocatur.

Nauia à propinquis nemoribus nomen traxit. Olim etiam Labicana, nunc Major appellatur. Fuit & arcus eodem nomine, & eodem loco a veteribus Romanis instrutus.

Cœlimontana à Nauia octo stadijs distans, à Cœlio mōte, in cuius margine est facta, sic cognominata nomis ratio probat. Hæc & Asinaria ab Asinis dicta est: qui per eam Neapolim mitri consueuerunt: Hoc tempore portam S. Joannis vocant.

Gabiusa, ad Cœlium montem extructa, versus ortum hyemalem, à Gabiorum ciuitate, versus quam spectat, nomen esse inditum est verisimile.

Metrodij à metra nomen accepit: distat à Cœlimontana stadijs circiter quinque.

Latina à Gabiusa abest quinque stadijs. Sit a nō procul ab æde

ab aede S. Iohannis Baptista. Ita vero dicta, quod Latium verius euntibus praebat iter.

Capena à Capenatisbus populis Latinis ad quos spectabat eo nomine appellatur. Hec etiam Camena, à luco & Camenarum ēde, ante eam portam edificata, nomen recinet. Et Appia, à via Appia vocatur. Hanc viam munit Appius censor, à quo etiam nomen accepit. Triumphale in quoque nominant: quod triumphates per eam pompam ducāt. Fontinalis etiam à quibusdam dicitur: a fonte unibetare. Hodie porta S. Sebastiani vocatur.

Tergemina à vetusta porta eodem nomine, sibi idem adaptauit. Per hanc contra hostem egressi Tergemini, qui & porta nomen primū dederunt. Huius porta quedam adhuc vestigia iuxta Salinas cernuntur.

Hostiensis, quod ad Hostium ciuitatem mittat, ita non minare placuit antiquiti. Nunc portam S. Pauli vocat. Distat à Capena stadijs fermē octo.

Portuens: Transyberina porta est, à flumine Tyb. di midio distans stadio. Ideo sic dicta, quia ad Hostensem portum ducit. Hodie portam Ripa vocant.

Aurelia Ianiculum versus est. Distat à precedentī stadijs fermē septem. Hac erat S. Pancratij portā appellat. Elia ab Ellio Hadriano edificata, ab eodem nomen sumpsi.

Sepimiana à Septimio Imperatore denominata. Hec quia Ianiculum subiacebat, Subtus Ianū hodie vocatur. Quidam Fontan. Iem hanc esse allerunt, quia ē monte, qui Aurēus dicitur, fontes scatent: huic monti porta hēc coniungitur. Distat ab Aurelia stadijs quatuor, à Tyberi flumine iugiteribus septem.

Hactenus de portis Romanæ vrbis, & eorum etymologia.

Turres murorum tercentum & sexaginta numerabātur olim: harum quedam collapsæ, alia restituta, multe iam olim ruinam minantur.

Tempus nunc & rerum ordo exigere videtur, vt reliktis turribus ac portis, intra mœnia nes conferamus, & adiutoriorum quæ intra muros in montana planaque urbe ab antiquis exadificata sunt, originem & locum comonstremus. Ac primū quidem à dignissimo deorum omnium terrestri domicilio, nempe Capitolio auspiciabimur.

DE VARIIS NOMINIBVS CAPITOLII, LIBER SECUNDVS.

CAP. I.

 **A**PITO LIVM à veteribus Romanis Saturninus mons vocabatur, à ciuitate quæ sub ipso monte Saturnia nomine in eolo co vbi nunc Roma stat, fuit adificata. Aut quod Saturnus olim in illo monte habita uerit: Siue, ut alij volunt, quod in Saturni tutela mons pse fuerit. Hic deinde Tarpeia virgine (de qua Liuinus) Tarpeius mons est dictus. Postrem Tarquinius Priscus in eo monte Ioui templum edificatus, cū fundamenta aperiret, caput hominis est in imo repertum, hinc Capitolinum vocarunt. Vnde augures super ea re consul ti, quid capit inuentio significaret? Responderunt: Arcem hanc, locum fore Imperii, & caput mundi totius. Dividunt autem montem hunc in Arcem & Capitolium: Arcemque aquilonē versus, tanquam firmiorem locum edificant Capitolium verò ad Tyberim locum natura munitum extrinxerunt.

Capitolij fundamenta quis primū iecerit, quis absolverit, quoties incensum, & à quibus refaturatum. Cap. II.

Tarquinius Priscus bello Sabino Capitolium edifica turum se voluit: at cōfecto bello postquam iecit fundamētum obiit. Posthunc Tarquinius Superbus ex spolijs captiæ Pomeria adiūcium ex quadratis lapidibus absolvit. Hoc Roma ob tyrannidem expulso, Horatius Pulilli cos. Capitolium Ioui consecravit. Stetit itaq; in columnæ quadringentis & quindecim annis, donec bellis Marianis, Scipione & Narbone Costigne consumptū

est. Restituit Sylla, Q. Catulus verò consecravit, durauitque ad Vicellianum bellū, hoc bello secundò incensum, clausis foribus indefensum, indireptumque conflagravit. Restituit Vespasianus, eo quæ adhuc viuente tertio igne absumptrum, cum ipso Capitolio Vespasianus quoq; mortem obiit. Domitianus deinde magnificentius quā antea vñ quam suillet, suprā duodecim millibus talentis in sumptu, restituit. Capitolij turre, statuas, ac imagines fulmine tactas sep̄ eminere authores.

De templis Iouis Feretriji, Iouis Opt. Max. Junonis et Minervae. Cap. III.

Capitolium Deorum domicilium à Cicerone nimirum eam ob causam appellatum, quod omnium sermè Deorum templo, statuas, acque simulachra contineret. Temporum verò omnium primum Romæ à Romulo in bello Cenetenorum vortu, Iouis Feretriji fuit. Peracto igitur bello, victoria Romam reportata, Templum in vertice Capitolini montis extruit. Feretrium autem Iouem, hinc à Romulo vocatum volunt, quod ei in hoste feriendo, vbi templum votum, Iupiterulerit auxilium: Aut quod per eius sceptrum & filicem iurantes Romanis, pacem referre sint foliti. Tecta huius templi ob vetustatem & Romanorum negligentiam collapſa, restituit Augustus. Ampliavit postea Ancus Martius.

Iouis Opt. Max. templum celeberrimū maximumque ceteris fuit: Hoc alio nomine Capitolinum vocabant. Vomit Tarquinius Priscus. Post eum Tarquinius Superbus libris quadraginta millibus argenti in fundamento impensis, antequam absolveret, regno ob tyrannidem effectus, imperfectum Romanis ab oluendū reliquit. Dedicauit Horatius Publicola. Extractum fuit aere in Capitolini montis crepidine, Tyberim versus, quemadmodum etiam iuprā indicatum est. De forma, magnitudine, & pulchritudine huius templi vide Dionylium, & ceteros paſsim authores qui res Romanas, ipsamque Romæ scriptis celebrant. In vestigio erat fictilis Summanus deus: huius de celo tactum caput decidit in Tyberim. Habebat præterea cellam, quam ingredi prophano non concedebatur. In ipsa cella corona aurea erant duæ alteram Galli Ioui Opt. Max. consecravit: alteram Carthaginenses, ob partē victoriæ in Samnites congratulationem, Roman Ioui miserunt. Erant in superficie in eodem templo tria, scilicet Iouis Opt. Max. in medio, & ad extra Mineru, & sinistra Junonis. Et quia Mineru numerorum inuentio à veteribus tribuebatur, lex erat scripta, vt qui maximus Pratorum esset, clauum iuxta eiusdem simulachrum pangeret, vnde annorum numerus cognoscetur. Conflagravit autem simul totum hoc tam preciosum adiūcium bello Vitellino. Nunc locus vbi stetit prophanus est: Cernuntur tamen vestigia etiamnum, & fundamenta, sed inulta, atque omnia disīpata.

De Saturni templo, Iouis Tonantis, &c. Iouis Caffodis, Fortune, Veiius, Mifernordis, Iunonis Monetæ, &c. Iani templo, Orefis, sepulcro, Aerario publico, Domus Manili, fanog, Carmen. Cap. III.

Postquam Iouis Deorum Régis templum quo loco situm, & à quo constitutum, descripsimus, par est deinceps aliorum quoque qui sua domicilia in Capitolio habuerunt, meminisse, ac primò quidem de Iouis patre Saturno.

Saturnus antiquitus aram qua iurit ex foro in Capitolium secundū viam habuit, ab Hercule in eum locum, vt nonnulli volunt, cōstitutam. Sunt qui ab Herculis cōtibus, Saturno templum edificatum volunt: alii Tatium conditorē dicunt. Verū huius authōrū variæ sententiae hac poterit esse ratio, quod duo tēpla Saturno sacra fuissent quidam, sed diuersis locis atque temporibus excusat confirmant, alterum ad Saxum Carruentæ ante clium Capitolinum. (Quo erant ossa Orestis ab Aritia allata condita fuerunt: alterū in eoloco vbi nunc sancti Salvatoris facellū est, extructū fuit: vbi adhuc hodie turris apparet, quam vocant in Aerario, & illuc omnium primum fuit grārium publicum Rom. In templo Saturni Catulo

A. p. Lucta-

Luctatio dicitur, Ianus quadrifrons erat hic quatuor anni tempora significabat, unde etiam Ianuario primo mensi iomen est impostrum.

Iouis Tonantis templum ad clivum Capitolinum ad oitem brumalem edificauit primus Augustus. Hic dum noctu in expeditione Cantabrica lecticam latus, fulgor lecticam perfrinxit, & seruus dux interiit. Hinc Ioui Tonanti hoc templum vovit & absolvit.

Fortunae quoque templum haud procul inde edificatum fuit.

Veneris templum inter arcem & Capitolium fuit, hac parte ybi hodie Conservatorum aedes extant. Veneriem autem veteres ideò vocabant, ut cui iuuandi potestas adempta esset: Et capraria sacrificabant. Hic cum sagittas teneret, plerique Apollinem esse opinati sunt.

Aylum, id est, Misericordiae templum in Capitolio fuit, ad lucum opacum, medium inter Capitolium & Arcem, in yalle constitutum. Vocatur autem templum inter montium duorum queretur. Hoc Romulus constituit, ut quicunque reus illuc configisset, liber esset. Ti beritus postea hunc malefaciendi ansam ratus, irritum fecit. Aylum autem omnium primum Herculis nepotes constituisse dicuntur.

Templum atque Officina Iunonis Monetæ in area ybi olim Manlii domus stetit. Hanc eadem alij L. Furium, alij Cicereum pretorem: Ouidius à Camillo votum referat. Moneta autem à monedo dicta, quod ex eo loco ybi postea aedes constituta, vox Iunonis de clade à Senonibus futura monentis sit auditus. Hoc loco nunc Senatoris Romanii dominus est.

Iani Custodis arcis Capitoline, templum eo loco, ybi hac estate facinorosorum custodie sunt & carcer, versus occasum hyemalem, è regione fori Romani fuit. Ianum autem in Capitolio bifrontem Romulus & Tatius, quasi duorum populorum imaginem effinxerunt. Alij propter soleritatem prouidentiamque bifrontem pictum volunt, hic enim primus coronam, rates, nauigandi artem, & æneum numnum, altaque multa reporti. Ab eundo Ianus dictus, quod hic cœlum & terraque omnia vertat. Id est & Virtus/mnis eadē de causa vocatus est. Veteres ynum, posteritas plures credidit fuisse Ianos.

Iouis Custodis templum Domitianus regno accepto exedificauit, tè que in ipsius dei sinu constituit. Fuit in eo loco ybi hodie Salinae sunt, prope Iani templum.

De templis deorum incertam sedem nunc habentibus in Capitolio. Cap. V.

In terdeos quibus in Capitolio certus locus ibi fuerit designatus ignoratur, primus est Terminus, ut cui in toto orbis terrarum nullus sit locus proprius constitutus. Erat autem Terminus lapis rufus atque informis. Huic Tatius templum primus vovit: alij Numam volunt dedicauisse: ycunque sit, antiquum admodum fuisse, ut in sequentibus facile colligitur, dubium non est. Cur vero in Capitolio veteribus deus fuerit existimatus, haec causa fuit: Cum Tarquinius Superbus Ioui templum edificare decreuisset, consultuit Augures de loco, ne quid inauspicato ordiretur, Indicant Tarpeium. At hic locus iam ante a diis occupatus, quorum illic scella erant sacra. His igitur ut Ioui cederent sacrificijs euocandi, & in alium locum transferendi: Dij omnes libenter Ioui deorum regi loco cesserunt, solus Terminus locum dare recusauit: itaque remansit. Templum ybi absolvit, prima tecti pars qua lapide spectabat, nuda apertaque relicta, ut qui deus includi nec debeat nec possit. Augures igitur ea de re consulti, quia Terminus omnibus abeuntibus fols cum Ioui mansisset? Respondent, eternum cum religione imperium significari. Huic non nisi sibi dios sacrificabatur, & publice, ut qui finium deus custosque esset. D. Augustinus, Martem quoque & Iuuentutem cū Termino Ioui cedere noluisse testatur, quod Imperium Romanum nullos haberet terminos, neque ylla labefactaretur senecciture.

Menti, & Veneri Erycinæ Attilius, & Q. Fabius Maxi-

mus duumiri ades in Capitolio, unico canali ditissimas dedicauerunt.

Iunoni Reginae bello Ligurtino Cn. Flaminius templum in Capitolio vovit.

Opi verò Tatius Rex templum consecravit, quod hęc terra dicatur, que quidem terra mater rerum omnium est, quum omnia procreet, in seque resumat. Eadem Ops etiam Maia, Fauna, & Bona dea vocatur. Hoc templum de celo tactum scripsit Liuius.

Marti Vltori templum extruxit in Capitolio Augustus in colle Saturnino.

Fidei in eodem Attilius Colatinus templum dedicauit.

Saluti, Concordia, Libertati, Victoriae templa in Capitolio extruxerunt. Licet Concordia etiam in ybre multa templa fuerint.

Fortunæ Primigeniæ, & Obsequenti, Tullus templū dicauit.

Veneri Caltu in Capitolio templū posuerunt in memoriam matronarum Romanarum & laudem sempiternam, ut que capillos ystro dederint ut tormenta exillis bello Gallico contra hostem conficerentur.

Ioui Sponsori adem posuit Tarquinius Superbus, dedicauit Sp. Posthumius.

Ioui Pistori item in Capitolio templum antiqui consecrarent Romanii.

De statu que in Capitolio olim fuisse, vel etiamnum sunt.

Cap. VI.

Stattuarum priscis temporibus varia erant genera, & ex varia materia conflata, aliae namque marmoreæ, aliæ argenteæ, aureæ aliae. Harum plurimæ in Capitolio, varias ob causas & in genus humanum beneficia diis immortalibus sunt erectæ, longoq[ue] tempore culte atque obseruatae. Viris item claris & benè de Repu. meritis mos fuit antiquis statuas in templis, quæ alijs ad virtutem stimulum adderent, constituere.

Ioui in Capitolio statuam Sp. Caruilius, deuictis Samnitibus, sumpta magnitudine effigieque à statua Iouis Latianij in templo posuit. Hanc à fulmine tactam meminit Florus. Idem & Ioui Tonanti statuam erexit.

Victoriae in templo Iouis Op. Max. & Fidei statuas sinugulas posuerunt prisci Romani.

Nemesi in Capitolio statua constituta, quod hęc dea superbos, & perfidos ylciscatur. Eadem à Rhamnute vico Attico, in quo colebatur, Rhamnusa: Et Adraste ab Adrasto, qui primus ei templum extruxit, est dīcta.

Herculi ob insignes res gestas plurimas in Capitolio statuas exererunt. Vnam P. Sulpicius, & P. Sempronius. Aliam Q. Fabius Maximus attulit à Tarentini deuictis.

Fuentus boni, & Fortunæ honæ statuæ Praxitelis opera in Capitolio fuisse.

Apollinem diadematum, cinctumque Colossum, cùbitorum triginta, centum & quadraginta talentis in eo insimpris, Lucullus ex Apollonia Ponti in Capitolium transtulit.

Iani simulachrum in' Capitolio trecentorum in dextra, sexaginta quinque numeros, qui anni dies significant, in sinistra, tenens.

Castoris & Pollucis statuæ aureæ duæ à D. Claudio in templo Iouis sunt dicatae.

Nili & Tigris fluminum seminuda sunt simulachra ante Conservatorum aedes collocata: Alterum Sphinx, alterum tygriderum animalia humeris habent: Vtrunque cornucopiae in sinistra, quod rerum affluentiam significat, tener.

Herculis

Herculis simulachrum nudum, æneum, auro perfusum, imberbe, dextra clavam, sinistra Hesperidum aurea mala habens, prope scholam Graciam, & forum Boarium in ruinâ aræ maximæ est repertum.

Sunt etiam simulachra quadam parietibus inclusa, ex æde sanctæ Martinæ triumpho Partico Dacioque sublata.

Statue Viris illustribus in Capitolo constituta.

Cap. VII.

Sципioni statuam chlamyde & crepundijs induitam, ob Antiochum viçtū, in perpetuam rerum gestarum memoriam, in Capitolo exeretur.

Sylla pedestris statua in Capitolo constituta.

Æmilio Lepido adhuc puer, quia hostem in acie visceret, ciuemque liberasset, statua est à populo Rom. exstructa.

Metellum verò idèo quod Palladium ex gæde Vesta incensa eripuit, hoc honore ut superiores afferunt.

Corneliae Gracchorum matr., quod in anno non caritate frumentum asibus præstissem, statua posita beneficium repperunt. Sic & Trebio Ædili.

Fabius Maximus sibi conslauit statuam & iuxta Herculis eam erexit.

Bruto Romani, qui à Tarquinij tyrannide Romam liberasset, inter regum statuas medium ipsi posuerunt.

Domitianus non tulit villam sibi erigi statuam nisi ex auro argenteo certi ponderis conflata esset.

Commodus Imperator statua quam in Capitolo habuit, caput quod ex Neronis colosso auilis, sine impo- fuit: huius colossus in Conservatorum ædibus fractus cernitur.

Lupa æneum simulachrum in ædibus Cōseruatorum extat: ex cuius vberibus conditores vrbis Romulus & Remus pendere cernuntur.

Romuli & Remi forma iuuenili simulachra in Capitolo remanserunt: alterius stantis, & seruili habitu induiti: alterius sedentis, pastori haud absimile, curvato corpore, è planta pedis suppurrati spinam euelliit.

Statuae innumerabiles fuere in Capitolo, præsertim deorum, aliunde Remam allatae, hinc exterarum nationum templis spoliatis, sua ornarunt, atque ditarunt Romanis.

De Clivo Capitolini, Tarpeia Rupe, Saxo Carmentali, & Porta Stercoraria. Cap. VIII.

Cliuum Capitolinum vocabant antiqui, Iocum, & viam quam in Capitolium ascenderatur. Verum is locus ubi fuerit olim, varie sunt opiniones. Alij ad eam arcis partem quæ Aquentinum respicit, ubi nunc sancti Gregorij templum in Velabro est, fuisse affirmant: Alij inter Sauri & Concordiæ tempora, prope Seueri arcum, ad Senatoris stabula. Arcus autem Seueri ad radices Capitolij in fori Rom. capite excitatus: sub quo transeunte triumphanturi Capitolium ascenderant. Fuit ergo Clivus Capitolinus ad forum Romanum silice à Censoribus stratus, porticum ab æde Saturni in Capitolium ad lénaculum, & super id curiam constituerunt. Cornelius Tacitus Capitolium priscis temporibus variis habuisse adiutus scribit, & hinc tam variae de Capitolino clivo natae sunt opiniones. In clivo autem Capitolino olim Floralia festa celebrata: cuius rei quedam in eodem adhuc extant signa. Domum etiam Milonis scutis referat & armis, in eo fuisse, authore est Cicero.

Tarpeia rupes locus is dicitur ex quo fontes præcipitati olim, etiam hodie in eo loco puniuntur, supra forum Romanum.

Saxum Carmentæ Tyberim respicit, è regione pontis Senatorum.

Stercoraria porta in clivo Capitolino constituta: ad eam fortes, è Vesta templo expurgata abijciebantur, mox in Tyberim transversenda.

De tabulis, columnis &c. & anseriæ argenteis.

Cap. IX.

TAbularum genera duo in Capitolio fuere: alterum quod fortium virorum res gestas continebat depictingas, aut pugnas, ciuitatumque oppugnationes. Fuere enim alii ita laudis cupidi, vt non esset illis sat, statuas in Capitolio erectas cernere, nisi etiam gesta sua tabulis descripta depictingaque, & in publico positis, gloriam suam etiam posteris celebrandam relinquerent. Alterum tabularum genus leges antiquissimas, vt Romuli, Numæ & aliorum regum: item posteriorum legislatorum statuta, acta publica, feedera, ritus sacros, & antiqua monimenta in tabulis æneis incisa continebat: quarum adhuc hodie quædam extant, quædam vetustate, bello, incendio, negligencia perire. His antiquitus custodes terri constituti, ne quid fraudis in re tam ardua fieret, erant ordinati.

Columnæ quoque æneæ in Capitolio à Domitiano sunt posite, quas Augustus Ægypti dominus, ex multis rostris æneis in quatuor columnas ingentes conflavit, Romamque aduexit. Sylla etiam ex Iouis templo Athenis columnas æneas Romam perduxit, & in Capitolio Ioui cohercrauit.

Anseris argenteum simulachrum in arce à Romanis, ob perpetuam memoriam, quod anser, clamore custodibus arcis hostium aduentum significasse, Capitolium quæ seruasset, constitutum fuit. Hanc ob causam Romæ etiam longo post tempore è publico anserbis cibus dabatur. Sunt item alia complures antiquitates in Capitolio tabulis æneis & marmoreis incise, vt epithaphia, alia que quæ hic breuitatis causa omittuntur.

De quibusdam edificijs in Capitolio, alijsq; rebus in genere.

Cap. X.

Postquam de statuis, tabulis, & columnis quæ notanda videbatur, indicauimus, de edificijs vetustis quædam obiter hoc in loco notanda.

Calabram Curiam Romulus in Capitollo edificaram, culmis texit. Ad hanc Senatus populusque Romanus, à rege Sacrificulo, vtrudorum, & sacrificiorum diem ex ipso dificerent, calabatur, id est, vocabatur.

Non procurà dicta cura diftabat casa Romuli.

In eodem fermè loco stetit Porticus Metelli & Constantini. Bibliotheca item Maiorum, columnis marmoreis artificiosissime extructa. Atrium præterea publicum.

Erat & locus in Capitolio facer, unde verbena ad coronas sacrificialibus & Patrici patrotus, quibus foedera pacemque facerent, aut bellum indicitum coronabantur.

Silex quoque lapis isthinc reperiatur: hunc iurari per Iouem in manu tenebant, hæc verba sonantes: Si sciens fallo, tum me Dies piter, salua vrb'e, & arce, bonis, vredo hunc lapidem, eiiciat.

Habebat Capitolium cellas quædam cisternis sumis, in quas quæ veruitate erant inutilia coniiciebantur. Seiuges quoque illic à Cn. Cornelio positi coniiciebantur. Clypei item duodecim aurati, hi facti ex pecunia, qua Ædiles frumentarios, qui annonam comprehenserant, condemnarunt. Clypeus Martis Alaudralis, imagine insignis: & Columna Rostrata, de qua Li- lius, isthinc reperiatur. In templo Iouis Capitolini pallium breue, purpureum, lanellum fuit, ad quod alii purpureæ velles admotæ, cineris, diuinæ fulgoris colorum trahebant. Hoc munus Periarum Rex ab extremis Indis allatum, Aureliano dedisse perhibetur. Lamina ipsius Capitoli, ænea sunt fabricata. Tegulas quoque areas, Q. Catulus inaurauit. Locus ubi auguria à Numina siebant, in Capitolio fuit: à Tatio in arce, ubi olim Manlii domus stetit, polteca Moneta Iunoni ædes extructa: Li-

Eta: Libri Sybillini in templo Iotis Capitolini, sub terra in arca lapidea custodibus decem conservantur. Tot praeeret ad officia, tanta Capitolij pulchritudo, divitiae tangentes, tot ornamenti & deorum delubra artificiosè extructa fuere, ut merito deorum & Iotis domicilium terrestre ab antiquis sit dictum. Ita namque extructum & ornatum fuisse, satis adhuc Rom. rebus seruntur ut quantum diuina terrenis, tantum hoc ad officium omnia totius mundi superauit, que vocant mirabilia, ut à diis potius, cum humana supereret ingenia, ad officium videatur. Hodie omnia nuda relataque cernuntur.

*De Concordia & Iouis Statori: templo: denig. quid sit
Curia. Cap. XI.*

Intra Capitolium & Palatinum montem, vallis est (de qua superioris) huius templorum, & officiorum, & loca post Capitolium describere ordo requirit. In ea igitur valle primus locus merito Concordia templo debetur, ut que à corde congruentia dicta: sola quicquid in orbe est angeat atque conservet.

Concordia igitur templum Camillus, si plebem patri bus reconciliasset votuit. Populo itaque in gratiam lenatus reducto, adem Concordia supra Comitium in forū viisque produxit. Huius porticus adhuc ad radices Capitolij extant. Ab hoc templo centrum gradibus ad Monetum adem ascenderunt. Concordie templum vetustate collapsum, à Senatu postea restitutum fuit. In eo sepè Senatus congregatus, & conciones ad populum sunt habitate. In hoc eriam cella fuit, in qua dum conciones dimitterentur, sepe latrones, armati, & sicarii tanquam in carcere inclusi reserabantur. Habit & multis artificiosas statuas & imagines: ut statua Junonis, Apollinis, Latona Apollinensis & Diana in fontes sustinentis. Ita, Esculapij & Hygiei à Nicerato fabrefactas. Iouis statuam, Cereis, Mineru, & matronarum lachrymantium & adorantium statuas à Scene factas. Martis & Mercurii Pisicratis opera. Maris ligati à Zeuxide factam. Liber pater & Caſandra à Theodoro pieta. Victoria ipsa in pronao fulminea ita videtur.

Iotti Statori Romulus in bello Sabino, vt fugam Romanorum susteret, templum votuit. Vnde & Stator Reip. Romanum dicitur est. Parta ergo Victoria, templum in radice Palatini montis, è regione adis Concordia, vbi hodie spondae murorum altissimae adificavit. In hoc quoque, sicut & in Concordia templo, Senatus conuocabatur & ap. Item in alijs tēplis. Curia in quibus Senatus habebatur tempora erant, & illic siebant S. C. at in officiis sacris neque Senatus conueniebat, neque conciones ad populum siebant. Templum Statori Neronis incendio exstum fuit, neque deinceps restitutum.

*De templo acuto Veste, & templo Fidei, atque Romuli,
Cap. XII.*

Vestrum deo templum inter Capitolium & Palatinum montem, nō procul à foro Romano, vbi hodie Maria Gratiarum templum conspicitur, à Romulo conditum fuit. Prope hanc adem Numæ Regia extructa. Pontifices Romanii consultaturi de rebus magnis ad religionem pertinentibus, in Vestrum atrio conueniebant. Quoadmodum Senatus populisque Rom. de rebus maximis in Fidei templo consultabant. Fuit autem Fidei templum antiquissimum in Palatio à Romulo, vel ut alii volunt, à Numæ extructum.

Vestelucus item erat sacer, qui à Palatiū radice, in Novam viam usque pertinebat. Ex eo luco ante urbem capram, vox andita, futurum ut caperetur, nisi muri portę que reficerentur.

Romuli templum ad radices Palatini, in medio eius lateris quod Capitolium respicit situm fuit, eo in loco ubi nunc D. Theodori templum est. In templo Romuli lupæ simulachrum vetustissimum est, quæ conditoribus urbis vbera lactanda præbet.

De Lupercali, seu Ruminali. Cap. XIII.

Lupercal spelunca in radicibus Palatini montis fuit, arbustis tecta, fontesque sub petra profundi. In intimo antri loco ara Panis sacra fuit. Verū de nominis ipsius etymologia varie sunt, sicut de situ quoque opiniones: ut nanque focus erat latebris & in cultus olim, sicut iam vnde dñe habitatur, vt ne vestigium quidem appareat vbi fuerit Lupercal: maior tamen authorum pars in ea urbis parte fuisse affirmat, vbi hodie S. Theodori templū conspicitur: in hunc locum namque ad forum Romanū aliquando Tyberis sinu facto alluebat, & proximum erat vbi pueri exponerentur. Igitur in Lupercali Romulū & Remum expostos constanter autores quidam affirmant, & in locum qui postea Ruminalis dicitur delati, sub fico à lupa nutriti sunt. Hæc in antro Lupercali suam mansionem habebat, & ex eo ad ripam sub fictum Rumi nalem ad pueros lactandos decurrebat, ipsique spelunca nomen dedit, vt sit Lupercal lupa manū & latebra. Sur qui Euandrus spelunca nomen dedisse volunt. Hic enim (vt superius demōstratum) ex Arcadia natus qui Panem deum pastorem antiquissimo ritu ornatissem coluit. Cui etiam mons in Arcadia sacer Lycaeus dicitur, quod ab his, id est, lupos ab omnibus prohibeat, gregemque conferuet. Euander itaque in Italiam veniens, in his partibus consistens, lucum hunc & speluncam Panis consecravit: eum patrio ritu coluit. Ara itaque in ea spelunca extructa, caper in ea sacrificabatur, vt deo custodiq; gregis: & quin lupos à gregibus arceat: locus in quo colabatur Lupercal est dicitus. Lupercalia atitem festa à Romulo & Remo instituta, hi enim à Numinore loco extra iudea ciuitati impetrato in eo loco vbi exposti fuerant, sacerdotium ad cunctum lati adiuvant. Sacrificantes cibo refecti, vbi largius bibissent, iocantes per libellus immolatarum caprarum felē induunt & saltando gestiunt. Inde posteri eius rei celebrantes memoriam, Lupercalia festa egerunt. Lupercalia autem à loco vbi primum cepta sunt agi, nomen retinuerunt. De his vide plura apud Val. Maximum, Seruū, & Plutarchum in Antonij vita.

Ficus autē Ruminalis à Tyberi flumine qui Ruminalis dicitur, nomen habet. Alij à Romulo nomine habere volunt. Quidam à lacte infantibus dato: pars enim guttulas, quo lac attrahitur, rumam dicitur. Fuit autem locus is ē regione adis DD. Cosma & Damiani, ad latus Palatini motis: circa Maximo oppositum. Romulus & Remus in Lupercali exposti, & in hunc locum delati, in Comitio sub Ruminali fico sunt educati. Huius arboris vestigia ad Augusti usque tempora perdurasse, testis est Ovidius.

De via Noua, vico Iugario, & Thufio vico. Cap. XIV.

Via Noua è regione templi Iouis Statori, per vallem inter Capitolii & Palacium ducta, foro Romi coniungitur. Hæc tametsi dicatur Noua, antiquissimam esse constat, & diversa est ab ea quam Caracalla sub thermis suis restituit.

Jugarius vicus, qui alio nomine etiam Thurarius dicitur, à porta Carmentali per Capitolij radices ad forū Romanū dicitur. In eo vico Junonis Iugæ, q̄ matrimonia iungere putabantur, ara fuit, & hæc vico Jugari nomine dedit.

Thufius vicus à foro incipit, & per Palatinis radices in Velabrum iter præbet. Nominis etymon hoc est. Thufi aduersus Aritios pugnantes, superantur ab illis. Multis itaque in bello occisis, pauci Romæ cōfugiunt. Hi igitur urbis amoenitate, & loci commoditate secum persuasiū lic manere decreuerunt. Itaque à Senatu illis loco inter Capitolium & Palatium ad quatuor stadia cōcessō, cum inhabitarent. Hinc Thufius vicus ab illis dicitur, nomen hoc nultis post seculis retinetur. In hoc vico lenones, aliqui eius generis homines postea habitarunt, unde ignobilis factus, nomen quoque amisit.

De arcibus Romuli, seu studio & curia domo. Cap. XV.

Arcis veteres (quos Romulum quidam extruxisse patiant) lateritiij longo tempore mansere, neque passi sunt Romani vt qui quam marmoreos faceret, vt conditoris urbis memoria mentibus hominum tenacius remaneret. Verū lōgo tempore post vetustate collapsi, in loco urbis,

Vrbis, vbi nūc templum S. Mariæ de gratia est, nunquam restaurati.

Senatum vocabant Rom. eum locum qui inter Capitolum & forū fuit, in quo Senatores consultandi gratia consistebant.

Ouidij domū sub Capitolio sitam fuisse Ouidius ipse testatur, vbi hodie templum D. Mariæ de Consolatione.

Hactenus de Capitolij & vallis adiacētis ædificijs. Sequitur mons Palatinus.

DE VARIA PALATII ETYMOLOGIA LIBER TERTIVS,
CAP. I.



VANQVAM Palatinus mons longo tempore ante yrbum conditā inhabitatus fuit, vtrà Valentia Itali filia: & postea ab Euandro: qui & arce in eo constituit: Successerunt huic post yrbum conditam Reges & Imperatores, adeò vt Romè vix alias locus, scriptis māgis celebratus sit hoc monte, tamen nominis, cur ita vocatus sit, ratio cora, quam tuò sequearis inueni vix potest. Volunt alij hinc dicitur, quod Arcades cum Euandro palantes, nullo ordine in eum locum, & Palatini ex agro & heatino, qui etiam Palatum appellatur, venerint, & montem huc occuparint. Alij à Palante Euandri proauo. Littius à Palanteo Arcadiꝝ yrbe primum Palatum postea palatiū, vocari censuit. Sunt præterea qui à Palatia Larini vxore nominis originē ducant. Vel à Palatho Hyperborei filia, que ex Hercule Latinum suscepit, & montem hunc incoluit. Vel à Palantia Euandri filia, que in hoc monte sepulta fuit. Aut à Palante qui & ipse illic sepultus. Quidam à pecorum balatu, que olim ante quam incoleretur, illuc pascebantur sic dictum autuunt, aut quod palare, id est, errare illic soleant greges. Atque hinc Nānius Balantium nominauit. Tremellius Romuleum montem vocat, a statua Romulei que in ipsis montis pede inuenta fuit. Hæc de nominis etymologia dixisse sat est.

De Victoria, Cereris, Iunonis Sospitae, Matris déam, & Libertatis templo, & eiusdem porticus de Caſi domo. Cap. II.

P Ost Palatini nominis declarationem eiudem montis templo atque edificia, quemadmodum in Capitoli montis descriptione factum est, persequemur.

Cum Romani multa feliciter armis gefissent, victoriamque ab hostibus sapè retulissent, ne dijs, quibus preclarè gesta accepta ferebantigrati arguerentur, ac deinceps minus prosperis successibus vterentur, Victoria deg templum in Palatio in ea parte que Mariæ Nouæ hortos spectat, in infimo clivo ad Portam Romanā confreueit. L. Posthumius Aëdilis Curulis ex multaritia pecunia extriendum curauit, absolutum Victoria deg dedicauit.

Prope hoc fuit & ædicula Victoriae virginis sacra, quam Portius Cato votum.

Præterea Iunonis Sospitæ templum in eodē loco fuit. Arcades qui ad Palatum cum Euandro venerat, Victoriae templum, sed à superiori diuersum, & multo anti quis in Palatio extruxerūt, & annua sacra in honorem deitatis.

Iudem & Cereris in Palatio templum ædificarunt.

In libris Sibyllinis carmē erat: Pelli Italia alienigenā hostem posse, si Mater Deum Romanum allata esset. Lapis verò erat quem incolæ sic appellabant. Mihi ergo in Afam Pessinunte Phrygiæ oppidum legati, Magnam deum matrem mari in Italiam aduexerunt: P. Cornelius deinde à mari in Palatum portauit, & in Victoriae templo, tantisper dum & illi edificaretur collocauit. M. Liuius & C. Claudius Censores Matri Magnæ deum ædem faciem statuus, columnis & paumentis, ex varijs lapidibus preciosam locauerunt. Dedicauit autem Iunius Brutus. Ludi quoque, que Megalæfia vocant, ob dedicationem insti tuti de quibus Cicero.

Liberati autem templum & porticum struxit P. Clodius, in parte domus Caſi prope Iouis Statoris templum.

De Fano & ara Febrin, Aede Larum, & Viriplace facello, templo Fidei, & Ioui Victoriae aede. Cap. III.

NOn ijs solū dijs, qui generi mortalium benefacerent tempora cōsacraverunt Romani, sed etiam ijs qui nociebant, ut minus noceret, ac mitius punirent, facella stauerunt. Sic Febrin in Palatio templum & statam consecrata fuisse certum est. Sic & Nemeſi, de qua lib. 2. &c.

Larum ædem præterea in Palatio extruxerunt.

Deinde item Viriplacę facellum in Palatio lācrum fuit. In quod si maritus cum uxore etiā discordes venissem, concordes, cōpositis animis mutuò simul domum redibant.

Fidei templum, postquam Aeneas cum Ascanio & Roma filia in Italiā venit, exædificarunt in Palatio: Quod tamen filia nomini dicatum, & in frontispicio templi in scriptum. Multis ergo post annis, cū Romulus & Remus de nomine yrbi imponendo contendenter, s. p. q. r. nomen Aeneæ filie in templi frontispicio legentes, ab ea ciuitatem Romanam nominare placuit.

Ioui Victoriae Q. Fabius bello Sabino ædem votum, & postea in Palatio monte construxit, dedicauitque.

De Heliogabali, Apollini, & Penatiū templo, de eade Orci, loco Palladij, & templo Augusti. Cap. III.

Antonius Heliogabalus, deum Heliogabulum in Palatio consecravit, & templū in eo loco vbi prius Orci fuerat extruxit. Verum vt huic nouo, & fictiō deo, nomen autoritatē faceret, magna veneratione typū Magnæ dēfīm̄ matris, Vesta ignem, Palladium, ancyliā, & omnia quæ insigniter Romani colebant, in suum templo transferre contendit. Christianorum quoque & Iudaorum religionem assimilans, vt nemo esset eui nō in huius templi & dei veneratione praetextum facere queat, quo minus salua conscientia hunc colereret.

Apollinis præterea templum verutissimū in Palatio extructum fuit. Hoc fulmine deiectum, cum desiderari à deo aruspices dicerent, Augustus, addito portico ad illius ruinas, & templum quod prius fletorū, nouum exci tauit. In quo templo Augustus iam senio confectus, aperte Senatum habuit, & decurias iudicium recognovit. In eis item lychni arboris instar erant, quo probati poëta sua scriptare reponebant. Huius templi vestigia quedam, sed obscura extare videntur prope Fedra vineam, vbi Tibertia domus fletorū. Huic iudei Apollinares instituti, de qua lege Ciceronem.

Penatiū deorum templum in Palatiū ea parte quæ Boream spectat, in Veliā haud procul a foro stetit. In hoc deorum Troianorum imagines erant. Sunt in eodē adoleſcentes duo sedentes & pilam in manu habent. Littius item ferrei atque ærei: præterea vas Troianum sc̄ifile. Apollo quoque & Neptunus in eo compiciebantur.

Velut de templo cum cōflagrasset, Palladium erexit, in Veliā trāslatum, templo D. Andreæ, quod in eo loco consitit, Pallare nomen dedit.

D. Augusto quidam templum à filia sua Liuia extructum in Palatio fuisse memorant.

De domib⁹ Palatinis, & Saliorum Curia. Cap. V.

Quod Romulus & Remus olim pastores in his locis fuerint, tabernæ & casæ, quæ longo post tempore lignis & harundinib⁹ testæ sunt inueniæ testificatur, quas pastores si quæ vetustate corruiſſent, ex eadem materiæ, ad pristinam formam reficiebant, vt perpetua Romuli & Remi urbis conditorum, qui olim fuissent, & quas dominus habitaissent, ad posteros manaret memoria. In angulo Palatiū qui in circumducit, Casæ quæ in Romali vocarunt, multis feculsi stetit.

Tullus Hostilius, antequā Curiam edificasset, Veliā, in eo loco, vbi postea Penatum templū fuit inhabitauit.

Non longo ab eo loco, in ea Palatiū parte que forū versus respicit, Catilinæ domus ædificata fuisse dicitur.

M. Scauri verò domus paruo transiit à Catilinæ ædibus separatur.

Ciceronis domus à L. Crasso empta, supra ædem Iouis Statoris, prope Palatiū in montis Palatini loco celebrimmo fuit.

Crasſi

Craſſi oratoris & Viturbij domus in Palatio olim ceteras, author est Plinius.

Vani ducis domus quoque in Palatio fuit.

Tiberij item, de qua etiam capite precedentem.

Augustus natus in Palati regio ad capita Bubula, ubi post eius obitum Sacrum illi constituerunt, primū iuxta forum Romanum supra scalas Annularias, in domo quæ Calui oratoris fuerat, habitauit. Postea Palatiū ex suis impensis adificatum, Reipub. donavit, ipseque in Palatio parvas Hortensianas ades inhabitauit.

Saliortam curia in Palatio adificata conflagravit, & in eius cineribus Romuli lictus illæsus inventus.

Publicola foro imminentem domum Subueliam nominatam inhabitauit.

Tarquinij Prisci domus ad Ioui Statoris fuisse, facile ex Liuio probatur.

De summa Velia, Status palatinus, alijsq. rebus in genere. Cap. VI.

VELIA Summa fuit in Palati parte altiori quæ in ortu astriū spectat, vbi nunc Maria noua templum est. Velia autem dicta est, quod olim ante otium tonsuram inuentum, pastores illi clanam vellere consueverint.

Augustus in Palatio Latinam Grecamque bibliothecam ex Apollinis Thuscianici Colosi ere nobilissimo instituit atque exornauit. Addidit & Porticum quam Palatinam vocarunt. In hac a Senatu Numeriano Imperatori & Oratori insignis statua constituta fuit. In eadem Porti cu M. Varro adhuc viuente statua à Rom. est instituta.

Auguratorium, id est, augurijs captandis locus in Palatio fuit.

Apollo item Palatinus Scopæ opus in Palatio erat. Latora eodem loco collocata fuit.

Britanicus Titus Imperator statuam auream in Palatio posuit.

Arbor præterea exhausta Romuli nata in Palatio erat. Is enim post auguria in Auentino monte capta, haftam in Palatinum iecit, quæ fixa in terra, fronduit, & in arborem crevit.

Laurus item in Palatio eodem die quo Augustus natus, cum eo enaçens subito apparuit. Ex hac lauro trium phaturi coroniari solebant.

Balneæ Palatini, quorum Cic. pro Rofcio meminit, in eodem Palatio fuere, & quedam adhuc vestigia supra circum. Manutum non multum à vinea Fedre extant.

In eodem monte etiā locus qui Sicilia dicebatur fuit. Item Iouis cernatio.

Pluteus Antonianus pulcherrimus, axis Lacedemonijs, & porphyreticis strate in Palatio fuere.

Vicus Padi & Fortuna quoque in Palatio extabant. Ludi ibidem celebrabantur, quos Palatual vocabant.

De Palatio nunc maiori. Atrio, & veteri ipsius Palati portæ. Cap. VII.

QUANTUM spatiū olim Palatiū occuparit, quām splendide fuerit adificatiū, quām opulentum, & quām frequenter inhabitatum, ruinas ingentes, picturae, statuae, columneque preciosissime illic inuenire facile demonstrant. Nullus enim in ynam quam scriptum reliquit, quis tanta edificia primū instruxerit: deinde auxerit, & in tam insigni loco domicilia constituerit. Paulatim & tanquam ignorantibus antiquitatum authoribus, in tantū fastigii crevit, nec quicquid yno tempore sumul factū, quod memoria dignum videretur fuit. Solē enim rerum scriptores ea solum posteris tradere, quæ admiratione digna videbunt, & rara. Palatinus hodie Palatium maius vocatur, & præter S. Andreæ adem, vix ynam aut alterā domum, quæ inhabitetur habet. Reliqua vinetijs, & pascuis apta loca, ouibus, caballis, caprisque graminæ & victum prebent, vt rectius Balantium à pecori clamore, quām Palatum dici videatur. Et idem de Palatio Vaticano, quod etiam ipsum deférunt est, dici iure possit.

Atrium Palatiū augurato olim conditū, Senatus consultebatur in eo, quia Senatum, nisi in augurato loco habere non licebat. In quoc etiam ones sacrificabantur.

Porta Palatiū vetus, propè Rostra, è regione D. Lauren-

ti in Miranda fuit. Hanc quidam Romuli portam olim dictam volunt.

De templo Iani, Augusti, & Faustinae. Cap. VIII.

PAlatij templis edificijsque, quæ tertia pars urbis erat, descriptis. Sequitur quarta: forum scilicet Romanū. In eo Iani templum (à Iano enim, qui rerū omnium ianuahabetur, incipere ritè videmur.) amplissimum, quatuor portarum: Nam Ianus ipse, qui in eo colebatur, quædrifrons, ex Faliscis Thufici ciuitate captis in Forū Transtorium Roman translatus erat. Templum autem in ea parte fori, quæ forum Rom. spectabat, prope Pauli Basiliacum, extructum fuit. Procopius sua etate in medio foro, ex aduerso Capitolij, paulo supra eum locum, quem Romani tres Parcas vocabant, adificatum fuisse memorat. Fuerunt & alia Iani templa, vt in Capitolio ad Marcelli theatrum Iani bisfrontis, quod totum æneum erat, portis duabus æneis: quæ pacis tempore clausæ, bello vero ingruente aperiebantur.

Augusti templum in foro Rom. positum fuit. Hoc Tiberio imperante adhuc imperfectum, Caligula absoluīt, ponteque super ipsum transmisso, Capitolium Palatio coniunxit.

Faustinae templi quedam adhuc vestigia extare videntur. Hoc illi maritus eius Hadrianus sub Tauri radicibus, vt diuinis afficeretur honoribus, fundauit. Id postea filius eius Antonius Heliogabalus, sibi, vel Ioui Syrio, vel Soli templum esse voluit. Hodie templum S. Laurentij in Miranda est.

De Castoris & Pollucis templo & Rostris. Cap. IX.

CAstoris & Pollucis templum in foro Rom. ante Rostra, apud Faustinæ templum olim fuisse nemini dubium est. Hanc quidam dedicauit A. Posthumius Dictator. L. Metellus deinde ex Dalmaticis manubij restaurauit. In hac, vt in alijs multis Senatus est habitus, & conciones ad populum factæ. Cecilius Metellus hanc statuus, columnas & nobili pictura exornauit, & Flora simulachrum insigni pulchritudine in ea posuit. Tabula quoque, quæ ciuitatis equitibus Campanis donata monimenta continet. Huius templi gradus deinde auulst Cladius, vt testis est Cicero.

Rostra, templum, ad Palatiū radices fuerunt, è regione Castoris & Pollucis templi, vbi nunc parvum S. Mariæ ad Inferno facillum est. Ex rostris autem sententiae, & S. C. ad populum referebantur.

De Cesari, Veneris genitricis, & Martis Vtoris templo, & Atrio Veneris. Cap. X.

DIUS Cesār prope forum suum ad viam Sacrū, post Faustinæ adem templum habuit. In eo ab Augusto Victoria, & Castor dījunt positi.

In eodem Cesari foro, fuit etiam Veneris Genitricis post Faustinæ templum. Hoc Cesār bello Pharalico votum edificauit.

Post victoriam contra Pompeium, Cesār Veneris templum Atrio inclusit, quod Hadrianus deinde restaurauit.

Marti Vtori Augustus in bello Philippensi templum vovit, quod postea in suo foro extruxit. In quo scyphifer Marti dicati, & Alexandri Magni tabernaculum suscepientis statua dua. Hoc templum quod hodie D. Marti vocant, fuisse putatur.

De Vulcani, Concordia, Paucis, Romuli, ac Veneris Clavicin. templo. Cap. XI.

VOLCANI templum supra Comitium & forū Rom. ad radices Palatini posuit Romulus. Tatius autē Volcani, sicut & Solis, Luna, Saturni, Rhei, Vestæ, Diana, & Quirini dedicauit. In templo Volcani Romuli æneus currus quo secundo triumphauit, Volcano fuit dicatus. In quo & Coelis statua erecta manebat. Conciones sèpè in hoc templo ad populum sun habita.

In area Volcani templi, Concordia adem Fulvius libertino patre natus, 303. annis post Capitolij extructio- ne, si populo ordinē Senatoriū, & equitatem reconciliat, vovit. Extructum deinde, ex condemnatorum scena ratorum

ratorum multatia pecunia, in Palatinis radicibus. Optimus Cos postea restituit. In eadem ara biduo sanguine pluisse, testis est Plinius.

Livia Drusilla in Porticu sua ob suam & mariti mutantem benevolentiam, Concordiae templum erexit. Quod postea Tyberius dedicauit.

In quo loco Drusilla prius Concordiae posuit, Vespasianus deinde Pacis templum a Claudiiano ante inchoatum mira celeritate post bella ciuilia absoluunt. Fuit admodum amplum hoc, & quadratum, maximis pulcher imisque columnis exornatum, templorum omnium locupletissimum. In hoc vas & ornamenta templi Hierosolymitanae a Tito triumpho allata imposita Vespasianus. Habebat & Ganimedes statuam, & alia innumera-bilia ornamenta, quibus decoratum fuit. Hoc templum igne accensum, subito rotum exhaustum est, neque unquam cognitum unde iste ignis acciderit, nisi quod quidam putat, in terramotu, qui eadem hora fuerat, ex lapidum attritu ignem fuisse excussum.

Ara Pacis ab Augusto primùm excitata, quo in loco, posteris incognitum. Hanc postea auxit & exornauit Agrippa. Inter Pacis & Faustine extat adhuc templum antiquissimum, & eiusdem porticus columnæ due, quod nunc DD. Cosm. & Damiano dicatum est. Hoc Romuli & Remi fuisse putant, nempe quod Caruilius Cos. viatis Samnitibus dedicauit, & ex spolijs, quæ innumerabilia erant exornauit.

Veneris Cloacinae templum prope viam Sacram constitutum fuisse, testis est Ovidius. Cloacina autem simulachrum in Cloaca maxima repertum, consécrauit Tacitus. Et quia, cuius effigie efficitur ignorabatur, ex loco ubi invenientum fuerat, itomen illi est inditum.

De Tellure, Salute, Victoria, Soli & Lune templi, de domo Caesari, deq; armamentario. Cap. XII.

Telluris ædis locum alij incercum, alij non longè ab Esguilijs, prope clivum quod ad D. Petri in vinculis ædem cecidit, fuisse putant, vbi nunc sancti Pantaleonis templum est. Vouithoc Sempronius: Qui dum ad Asculum Picetinorum caput cù hoste pugnat, terra tremuit. Ut igitur deam Tellurem, quam iratam putabat, placaret, templum hoc illi vovit. Ædificatum est autem in area vbi domus Sp. Caisij regnum affectatis euerfa est. Prope hoc templum Telluris Armamentarium fuit, cuius in quadam loco etiam Cicero meminit.

In eodem hoc ambitu Saluti ædem bello Samnitico vovit C. Iunius Bibaculus Cos. Hac ab eodem Censore locata, & Dictatore dicata fuit.

Victoriæ ædem prope forum Rom. L. Volumnius Ädilis ex pecunia multatia faciandam curauit.

In hoc loco etiam Apollinis ara fuit.

Concordiae & Aesculapij in hortis D. Mariae Nouæ fuisse, versus Amphitheatrum quidam volunt.

Mercurij templum quoque in foro fuit.

Iidis & Serapidis templa in Emporio fuere. Hac quidam Soli & Lunæ à Tacio dicata fuisse pertant.

De foro Traiani, deq; ijs que in eo sunt, vel olim fuere. Cap. XIII.

Hactenus de templis, locis sacris, & quæ ad religiōnem notanda videbantur, prescripta sunt breuiter, deinceps de ijs pauca, quæ ad hominum memoriam & laudem pertinere videbuntur dicemus: & ab optimo principe Traiano auspicabimur.

Traiani forum inter Nervæ forum, Capitolij & collegi Quirinalem ab Appoldoro mita industria extructum fuit. Idem architectus, Traiani iusli Metodeum, & Gymnasium ædificauit. Fori tectum ancum, intus undique circum simulachra equorum, & signorum militarium aurata tegebat. Simulachra autem hæc publico sumptu, in eorum, qui bene de rep. meriti, aut alioqui ob facinus insigne, memoriam ponebantur.

Arcus item triumphalis, & alia multa in Traiani laudem extructa, forum ciuis exornabant.

Fori porticus amplissimus excelsisque columnis & ma-

gnis epistylis imposta, tantam præbebat intuētibus admirationem, ut Gigantum potius quam hominū opera crederentur. In hanc summorum virorum statuas pulcher rimas Alexander Seuerus in Traiani honorem traxit.

Equis item Traiani in medio altus columnis impositus stebat. In numis statu etiam Traiani cum hac inscriptione reperitur s. p. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Verum de his multa Lampridius.

Idem Palatiū varijs marmoribus, intus picturis & statu exornasse fertur.

In medio foro columnæ Traiani Cochlidis structura stebat. Hæc circumquaer rerum gestarum à Traiano summarum, mira arte cœlata habebat, in primis vero Daci cum bellum. Intus 185 gradibus ad summum fastigium, quadraginta fenestris lucem admittentibus præbet ascensum. Alta pedum 120. Vel ut Europius scribit 140. In summo Traiani ossa in pila aurea condita seruabantur. Hanc columnam Trajanus ipse non vidit. Nam dum hic contra Parthos bellum gereret, Senatus hanc illic absenti dedicauit. Qui dum è Peris redit, in itinere apud Seleuciam Syriæ urbem, fluxu sanguinis è vita decepsit. Cadaver vero Romam perlatum, solus hic, teste Europio, inter Imperatores in urbe sepultus fuit. Quod autem in columna ossa seruatur, ea ratio est. Maioribus mos fuit, Principes nobilesque sub montibus sepeliri. At cū montes sepulchris excitandis ybi non sufficerent, accidit ut pyramides altaeque columnæ super cadavera collocaarentur.

De foro, Palatio, & Portico Nervæ. Cap. XIII.

Nervæ forū post sancti Hadriani ædem occurrit. In medio huius columnæ gneingenti magnitudine, tecta ex laminis aurichalci, intrinsecus lumine ambiguo stetit. Forum varijs statu & columnis, quæ Nervæ gestorum ordinem continebant, exornatum fuit. Hoc postea Transitorium forum, quod inde in Augusti & Romanum forum iretur, vocatum est.

Porticus ipsius fori pars quedam adhuc apparet. Hæc incendio consumpta, obscura quedam, quod in eo loco Nervæ forum fuerit, vestigia reliquit.

Palatiū quoque Nervæ pars ex quadratis lapidibus, & columnæ adhuc inter Comitium, & Militiæ turrim cum sancti Blasij æde inclusa sunt.

De foro Romano, Comitio, Carceri Tulliano, & Marforij simulachro. Cap. XV.

Romanum forum, quod etiam Latium vocatur, à radicibus Capitolij secundum longitudinem usque ad templum sancte Marie Nouæ, quæ in Velia est perducebatur. Verum ab initio fines multò angustiores habuit. Nam ab eo quod dictum est initio, non ultra primas radices Palatini progrediebatur. Multos deinde post annos ampliavit Augustus.

Comitium foro coniunctum, immo pars fori fuit, incipit namque à Palatiū porta & finitur ad templum D. Mariae Nouæ.

In radice Capitolij, versus ortum brumalem, Ancus Marcius carcerem, in quem rei includeretur ædificauit. Addidit deinde Tullius Rex eam partem quæ sub terra est, & carceri, ut Tullianum vocetur, nomen dedit. Fuit autem ex ingentibus saxis, angustis & oblongis foraminibus, lucis symbram recipientibus factum. Camera intus lapideis forniciis, inculta tenebris, odore tetro ac fetido. Carcer hic in duas partes, Cameram superiorem & inferiorem distribuitur. Vocatus est autem carcer à coërcendo: is enim inclusos, ne exeat, eo ercit.

Ante hunc carcerem ingens simulachru marmoreum iacet, quod Marforium appellant. Hanc alij Pistori dei, alij Iouis Panarij, quod tumores panum intar vndique prominant, effigiem esse putant. Nam Romani olim in Capitolio à Gallis obfensi, moniti sunt à Ioue in somnis, ut ex omni frumento quod reliquum erat, panem facerent, & in caltra hostium projicerent. Quo facto, Galli, in opia subiij posse Romanos, deperantibus, ab obfessione defluerunt. Romani igitur ioui Pistori aram & statuam ob perpetuam beneficij memoriam erexerunt.

B. Petatur.

Putatur & hæc effigies Rheni fluuij Germaniæ esse, cum in scopulo sit erectum. Cur autem Marforium datur, nisi ea sit causa quod in Augusti foro constituum test, ignoratur.

*De Secretario pop. Rom. Arcu Septimijs, templo Saturni: ac de Era-
rio, et officina cuendendi pecuniam. Cap. XVI.*

Post Marforij simulachrum, à regione arcus Septimijs, templum D. Martinæ est. Hinc olim pop. Rom. Secretarius in marmore incisus fuit.

Ex aduerso Martinæ ædis, ad Tarpeiae rupis radices arcus Septimijs, in ytreoque frontispicio eius Imperatoris terra marique gesta continet.

Sequitur mox rectâ, nunc D. Hadriani, quod aliquando Saturni templum fuit. Saturni autem templum anti quisissimum fuit. Conditorem referunt quidam L. Lar-
gius, alij L. Larquinum, tametsi Largium dedicauisse ratio sit verisimilior. Liuius, A. Sempronio, & M. Minu-
tio Coss. dedicatum. Numantium Plancum restaurasse scribit. Ærarium publicum pop. Rom. ex Capitolio in
hoc templum translatum fuisse nemo scriptorum negat.
Verum quare in Saturni æde ærarium esse voluerint veteres, varie sunt opiniones: Quidam ideo hoc factum voluit, quod Saturni temporibus furtum nullum commis-
sum sit: Sub illo enim omnium omnia communia erat, neque quisque avarus, aut improbus proximo struebat
infidias, sed iusticia, fide, charitate administrabatur omnia. Cyrianius hanc referit causam, qui a Saturnus pri-
mus nummum signari in Italia instituerit. Seruabatur aut in æario promulgata publica. Libri Elephatini, in quibus xxxv. tribus pop. Rom. continebantur. Omnia publicarum rationum libri. Tabula item ærarii veteres, & debitorum. Præterea militaria signa. Denique que Pro-
vinciis subiugatis, ab Imperatoribus ducebantur per tri-
umphos adserabantur. Postremo, quecumque Reip. com-
muniter reseruare ex vñ erat: Vt leges, literas, & alia que ciuitatis sunt communia. Censores ipsi in Saturni quoque iusfrandum subire cogebantur.

Inter templum quod nunc D. Hadriani, olim Caftoris & Pollucis, cuendendi pecuniam, priscis temporibus stabat officia.

De Miliario Aureo, Ponte Caligule, et de Rostris ac Curia. Cap. XVII.

Miliarium Aureum in capite fori Rom. sub Saturni æde, prope arcum Septimijs olim fuit. Columna au-
tem fuit qua ita dicebatur, in qua omnes Italiæ viæ inci-
se finerent, & à qua ad singulas portas mensura regio-
num currerent.

Caligula per forum Rom. à colle Palatino ad Capito-
lium poutem marmoreum duxit: quo ædificio nihil in
totâ urbe ambitiosius ynam extitit, nam pôs octogin-
ta ingentibus ex marmore candidissimo columnis susten-
tabatur: quarum tres adhuc ad huius montis radices, to-
tidemque ad illius, ut olim à Caligula sunt constitute, cer-
nuntur. Ad ipsum pontem, in medio foro, è contrario D. Hadriani templo columnâ stat, hæc yna ex illis fuisse cre-
ditur, que equum Domitiani aneū & inauratum sustinuit. Ad pedes equi huius, Rheni fluminis Germaniæ simulacrum erat, quod de hac prouincia Imperator Domitia-
nus triumphasset. Et hoc est simulachrum quod postea Marforium appellarunt: de quo plura capite precedet.

Ex namum Antiarii rostris, suggestum in foro Rom. ad Palati radices extructa à Romanis, quod Rostra tem-
plum vocabant, ut in ijs s.c. fierent. Rostra autem dupli-
cia, Nota, quæ, ut diectum est, ad Palati radices, & Vetera quæ apud Curiam in Comitio fuerunt. In Rostris leges fer-
ebantur, agebantur causa, habebantur conciones. In ijs de-
viris clarissimis statuas erigere mos fuit. In loco præclaro fori Rom. pro Rostris in leone lapideo, in statua Faustu-
li Romuli & Remi nutritoris corpus fuit: Is enim dum certamen Romuli & Remi conditorum ybi dirimere vellet, ibidem cecidit, ybi postea ei statuam exererunt. Post Rostra pulchrum quoque Romuli fuit. Pro rostris etiam statua Herculis tunicata, habitu Æleo, facie torta posita. Sibyllæ quoque tres statuæ in eodem loco. Mos

item fuit Romanis ut cœforum capita pro Rostris aspi-
cienda exponerent.

Curia dñe Romæ fuere prope forum, ad pacis tem-
plum Hostilia: Altera in Cœlio monte, de qua infra.

De Lau Curtio, Cloaca Maxima, et Dolola. Cap. XVIII.

Acus Curtius in medio foro iuxta Domitiani equum fuit. Nomen autē hic lacus à M. Curtio, qui se sponte pro Rep. cum equo armatus in hiatum medij fori præcipitauit, accepit. Hæc apud Liuum copiæ declarantur. Alij à Metio Curtio Sabino, qui per lacum hunc ad suos enas, dictum volunt. Vel à Curtio Cos. qui locum eum sepist.

Cloaca Maxima Tarquinio iubente, montibus subfossis, & vrbe penisi fornicibus suspensa, receptaculum omnium urbis fodiū facta. Hæc ad Iouis Statuorū adem in tres ductus diuisa, duo nunc clausi sunt, tertius per lacum Curtium, sub foro Rom. per Palatini montis radices, in Velabrum aqua limpidissima fluit: & inde cañali faxis quadratis extructo, in Tyberim effluit. Olim cloacæ erant plures, ex quæ publicæ: Verum post urbem à Gallis capram & incensam, dum quisque sibi domiciliū reædificare, qua parte primum potuit festinavit, vi-
corum nulla, ut ante fuerat ratio obliterata, neque ciuitas, ut prius in certas regiones diuisa, neque cloacæ, quæ olim per publicū ductæ, ybi essent animaduertæ, postea priuata subintrarunt teatæ, unde factum ut quæque domus hodie sicut ferè habeat cloacam. Hinc fitvta author hic, cuius nos epitomen scribimus, non, ut veteres scrip-
tores, regiones distribuerit, sed ut facilius intelligi & re-
tineri possint quæ scribit, ciuitatem ut nunc est in suas re-
giones diuisit, & cum ostredit in qua parte ciuitatis olim quæque locus fuerit, ostendit ea in locis que hodie habi-
tatoribus nota sunt. Sed ve dixi primū cloacas fuisse publicas, ita curatores quoque publici erant instituti.

Iuxta cloacam Maximam, locus erat quem à doliolis quæ sub terra erant, Doliola vocabant. Hic locus tam pu-
tabatur esse sacra, ut in spuere quidem in elicere. In hoc Numæ mystica quadam fuisse putantur. Tametsi quidam Senonii Gallorum ciuitates illuc esse sepultos crediderint.

De Comitio, templo Veneri Genitrici, statuæ et simulachru, que in Comitio, et foro Romano fuere, ac de Cœli statua atque columna. Cap. XIX.

Comitium ybi sit, unde incipiat, & qua urbis parte si-
niatur, superius, huius libri capite xv. ostensum est.
Diectum est autem Comitium, Plutarcho authore, quod Romulus & Tacius in locum hunc ad fidera facienda coire consuecerint. Vbi deinde s.p.Q.R. aliquid quod ex vñ Reipub. erat decreturi coibant, ut dum Consules, Tribuni, alijque magistratus crearetur, aliaque que pas-
sim apud autores scripta sunt, fierent. Is locus prope Se-
natulum in radicibus Palatini erat. Comitium multis annis teatæ caruit, unde spæ comitia indicta, ob tem-
pore ingruente agere sunt prohibiti. Logo post tem-
pore ybi Annibal in Italiæ venit, teatum imposuerit:
restaurauit deinde Cæsar. In Comitio spæ ludi celebra-
ti. In eodem (ve est apud Liuum) libri Sibyllini combi-
sti. Item multa in comitiis facinora perpetrata, de qui-
bus etiam alibi.

In Comitio Coelidis statua fuit: quæ postea de celo ta-
cta, in aream Vulcani translatæ fuit. In Comitio cornibus Pythagora & Alcibiadis statuae in gradibus ad leuam Cu-
ria Aetij statua, ite c o s. ciufidæ Actij & nouacula fuere.

Statua matris deæ simulachrum in foro constituta.
Hanc deam qui colebant, eius lapides igne cemburi non posse, hinc coniectabantur, quod ad eius statuam cum ignes, præfertim noctu, crebri fieret, neque laederetur tam
hancilli, quam dixi, viu esse dixerunt: inde in omnibus ferè plateis colli cepta, aræ & scallula extructæ.

Veneris Genitricis templum in foro, (ut prius ostensi-
sum est) fuit. Ante templum hoc, Cæsaris statua, come-
tam in capite gerens constituta.

Columna ite Cæsaris ex marmore Numidico, pedum xx. conflata manebat. Ante Cæsarius edem Q. Martij c-
questris, Tremellij togata, M. Attij velata statua fuit.

De Columna Mœnia, Pila Horatia, de Cœsar, Constantini, & Domitiani equo: deg̃ templo ac area eiusdem Cœsaris.

Cap. XX.

Columna Mœnia in ea fori parte fuit ubi Basilica Portia stetit. Dicta est autem à Mœnio Censore Mœnia. Is enim cum domum suam Catoni venderet, Flaccus Censor iussit ut illic Basilica ædificaretur. Mœnius tandem spacijs, quantum columna occuparet, sibi excepit, super quam teckum tignis prominentibus & tabulatis in eos iniectis imponebat liceret, unde ipsi & eius posteris munus gladiatoriū spectare ius esset. Id quod obtinuit. Hinc deinde & alij eadem industria columnas in foro, quibus concedebatur extraherebant.

Pila in foro erat etiam, in qua Tergeminorum spolia imposita.

Pila item, Horatia dicta.

Decorauit præterea forum equus Cœsar, Constantini, & Domitiani.

Item Atrium Mineruæ, Tabernæ, Veteres & Nouæ.

Cœsar cadaver è Curia in forum delatum, in eo loco posita postea ei aram & templum extruxerunt possumi fuit.

In foro item magistratum deponere mos Romanis fuit.

De foro Cœsaris, Basilica Pauli, & eiusdem Bibliotheca.

Cap. XXI.

A Templo Saturni, siue æstorio publico (de quo supra huius libri cap. XVI.) in foro Rom. verius ortum existit, forum Cœsar erat, in eo loco qui post Faustinæ templum declivior apparuit. Ibi Veneris Genitricis templum, cui Cœsar atrium circumdixit, & forum, non venialium, sed eorum quae ad iudicia conueniebant constituit. In hoc, inter alias statuas, quæ ibi erant plurimæ pulcherrimæque, sibi ipsi loricata extrui pastus est. Forum ipsum breve quidem spaciū complectebatur, sed ornam eximiè. Constituit area supra festiū milles.

Cœsar Paulum, & millem collegi C. Marcelli in consilatu mille & quingentis talentis sibi amicum defenso remque parauit. Haec pecunia ab eo accepta, Paulus in medio foro, prope Castoris & Pollucis ædem, ex columnis Phrygibus mirabilem ac nobilissimam extruxit Basilicam: quam Pauli Basilicam deinde nominarunt.

Bibliothecam quoque idem Paulus prope suam Basilicam construxit.

De foro Augusti, Portico Antonini, Faustinae, & Liviae, ac de Cœsari domo.

Cap. XXII.

Forum Romanum, Cœsar, & Augusti prope inuicem fuisse certum est. Augusti, apud Marforij simulachrum in virbis parte celeberrima fuisse adserunt, angustis quidem limitibus, sicut & Cœsar's circumscriptum, sed statuis insignibus, & alijs rebus ornatisimum. Habebat namque statuas Castoris & Pollucis, cum Alexadri Magni victoria. Cotuini præterea, & in eius casside corui pugnantis simulachrum. Apollinis eburnea: & præter hac alia insignia ornamentaque virtutis.

In hoc foro publica iudicia & sortitiones iudicium fierunt. Hic de bellis, triumphis, alijsque rebus magnis consultabatur. Hinc prouincias cum imperio portiuri exhibebant. Huc viatores qui redibant, triumphorum insignia inferebant. Hoc forum vetustate detritum, restituit Hadrianus.

Habuit forum hoc porticus duas, in quibus omnium statuorum triumphali effigie erant exornatae.

Habuit Augustus in via Sacra, in edibus non usque adeò amplis, sed mirè à nepte sua Livia instructis. Hanc opulentiam Augustus non ferens, solo æquauit. In huius area deinde extructa porticus Liviae. Hæc etiam Claudiæ vocata. Quam Nero exerit, Domitianus sub prisco nomine restaurauit.

Antonina & Faustinae porticus pulcherrima & varijs marmoribus exornata, ubi hodie D. Laurætij templum in Miranda, olim extructum fuit.

De Sororii Tigillo, Vico Cyprio, Scelerato & Patricio, atque M. Antonij domo.

Cap. XXIII.

Sororium Tigillam locus sacer erat causa expiationis ab Horatio ob sororem à se interficiam, in honorem Iunonis prope Carinas constitutus.

Vicus Cypris prope clivum, qui ad D. Petri templum in vinculis dicitur, est. Sic dictus à Cypro. In hoc Sabinus primum, citatè donati, habitarunt.

Vicus Sceleratus ex Tullia facinore (de qua Linius) sive cognominatus. Hunc alij eundem cum superiore, alij diuersum putant.

Vicus Patricius, quod ibi Patricij habitare ita sibi sunt à Tullio, sive appellatur. Nam hic locus editior paulè erat, unde se facile ab aliorum subita via, si ingruisset, se se è loco superiore defendenter.

M. Antonius domum, ubi olim Telluris templum fuerat, inhabitauit. Post Antonium in eodem loco D. Pantalionis templum excitatum fuit.

De Buſis Gallicis, & Äquimelio.

Cap. XXIII.

Busta Gallica, locus in media vrbe, ubi Callorum, qui Romani occuparunt, cadaterra combuista atque sepulta sunt. Fuit in ea vrbis parta, ubi hodie sancte Andreæ in Busta Gallica templum existit. Hoc corrupto vocabulo Portugalio hodie appellant: haud multum ab Amphitheatro absit. Varro prope Äquimelium Busta Gallica ponit Äquimelium autem dicitur, quod Melij, qui regnum affectauit, domus solo ibidem sit aquata.

De via Sacra, Arcu Fabiano & Vespasiano.

Cap. XXV.

Via Sacra à Curia veteri principium in angulo Palatij iuxta arcum in Constantini. Varro à Carinis & Sternis scellos initium cepisse existimat. Ex quo colligitur viam Sacram aliquando per D. Marci Noti hortos, ad pacis templum, & forum Cœsar, recta ad arcem Capitolij esse productam. Sacre autem nomen obtinuit, quod augures ex arce profecti per eam augurando procedebant, & sacra quoque mensa per eam viam ferrent in arcem. Vel, quod in ea fedus inter Romulum & Tatium iustum sit. In summa huius habitauit olim Ancus Martius, prope Larum ædem.

Cœlia statua insignis in hac via constituta fuit.

Arcus item Fabianus in ea iuxta Regiam, ad Pauli Basilicam à Fabio Censore, qui Allobroges deuicit, excitatutus fuit. In hoc arci eius scuta, & Victoria signa insculpta. Ad hunc Scribonius Libo sedem, & Prætoris tribunal, quod Puteal dictum, posuit.

In eadem via arcus marmoreus Vespasiani, omnium antiquissimus qui nunc sunt, à Vespasiano deuictis His roslomis extrectus fuit. In hoc eiusdem Victoria sculpta sunt cum area federis ex parte vna, ex altera triumpchi, spolia, aureum candelabrum, septem licternæ, dues Mosis tabulae, vasum templi, mensa auræa, ponderis talenti magni & alia multa, de quibus Iosephus.

De Grecoſtasi, Senacido, Curia, & Basilica Opimij & Porcij.

Cap. XXVI.

Grecoſtasi locus est à Comitio eūribus ad dextram Roſtrorum. Ibi exterarum nationum Legati ad Senatum misi, doriec admitterentur, stare conuenienterunt.

Opimij Basilica & Curia prope Grecoſtasin, ad Cœcordia ædem Senaculum posuit. Senaculum autem, quod Senatus in eo, aut seniores contuenire soleant, appellatur. Græcè γεροντία dicitur.

Curia in Comitio fuit, & idē hic locutus est, vt quidam volunt, cum Senaculo. In Curia publicas curas gerebātur. Fuit autem Curia Sacerdotum, ubi res diei tractabantur: & Senatus, ubi humana gerebatur. Curia autem ubi Senatus conueniebat, templum erat. Non licebat enim s. c. & senatum, nisi in loco perauguria constituto, fieri. Hinc Curia Hostilia, Pœpia & Iulia ante loca prophana, tēpla per auguria, vt Senatus in ijs haberi posset, sunt consecrata. In Curia Victorie ara erat in gradibus Curiae signum eiusdem deæ ex puro auro signum fuit.

B 2 Cato

Cato Maior in sua Censura Basilikam ex ære publico, foro vicinam sub Curia qdificauit, & Portiam à se cognoscit minuit, Romuli etiam Palatium apud eadem Mariæ Nouæ positum fuisse putant. Itaque hæc loca quæ quarta vrbis regione decripta sunt, eodem ferè loco coniuncta fuere, quæ inter eum ambitum, quo à Comitio eundo versus Pacis, & Mariæ Nouæ templo & hortos penè vsque ad Esquilias inclusa continebantur.

DE TEMPLO IANI ET PIETATIS, AC DE CARCERE PLEBIS ROM. LIBER. QVARTVS, CAP. I.

Inscriptis quatuor partibus vrbis, sequitur quinta hæc ea loca quæ Tyberim Auentinique à dextra parte, à finistrâ vero Tarpeiam rupem, Palatum, vallemque inter ipsos montes comprehensam includit. Quapropter à proximis locis quæ post Marcelli Theatrum sunt, memoratu dignis auspiciabimur, & per ipsius vrbis planiciem percurremus. A Ianu igitur, qui ab antiquis rerum ianua principiumque est creditus exordiemur. Ianu templum Numa ad portam Carmentalem, post factum deinde sanctæ Catharinae ad inimum Argiletum, iuxta Marcelli theatrum extruxit. Geminæ templa ianuæ: Pacis tempore clausæ, belli vero aperiebantur, à Consule qui prior, tanquam dignior fuerat creatus. Hoc ter tantum clausum suis memoria proditum est. Primum ab ipso Numa: secundò, à T. Manlio c. o.s. tertio, post bellum Aetiacum ab Augusto. Cur autem belli tempore aperium fuerit, varia traduntur rationes: præcipua tamen existimatur, quod accidit Romulo contra Sabinos bellum gerente. Cum enim Sabini portam Carmenalem iam occupassent, & vrbem irrupti essent, exino pinato copiosum aquæ feruida flumen, à Ianu templo, quod ante portam in propinquuo erat, in hostes erupit. Itaque illis in fugam conuersis, civitas liberata est. Vnde posteri Ianu, tanquam in auxilium prouocato, tempore belli, foris illi, vel liberis, aperiunt.

Alij Tatium & Romulum templi eius authores refuerunt, ut qui, cum fœdus inter eos idem esset, communem deum tanquam fœderis isti testem, interduos reges, & duos populos Ianum bifrontem esse consenserint, & eidem hoc templum in eo loco ubi nunc ruina s. Catharinae adi conspiciuntur, constituisse.

Alij insuper Cn. Duiliu[m] youuisse, Tyberiu[m] vero adificuisse adstruunt. Verum diuersæ haec authorum sententiae hinc natura videntur, quod apud posterum plures Ianos sive cultos certò confitit, cum apud veteres vnu solum sit creditus, & quod de alijs atque alijs dicitur, de eodem dictum falso putatur. Id quod superius, ubi de Iano quadrigente, cuius templum in foro conflitutu[m] scriptum, videri potest. Janus omnium primus diis templo fecisse, & ritus instituisse fertur, & ob id in sacrificiis primas merent: figuraturque cum clavi & virga, ut qui portarum custos & viarum rector sit.

Augustus præterea ius simulachrum ex Ægypto Roma acculit, & in foro Holitorio templum in honorem eius extraxit.

Pietati in foro Holitorio templū M. Attilius Glabrio, in quo loco hodie sancti Nicolai templū in Carceri, dedicauit. In eodem loco primum Ap. Claudio Decemviro Senatus decreto carcerem, quum publicus, de quo superius, non sufficeret, edificauit, & Carcerem plebis Romanae appellauit: in eodem postea ipse, iudicij reus, sibi mortem consenit. In quo etiam multis post annis puerpera quedam paupercula, & humili loco nata, capta, & obfligita, ut fame in ore retur, cōdemnata. Huius filia cum carceris ianitoris supplicauisset, ut illam accedere licet, exquisitus prius nunquid alimēti asserret, postquam nihil habuit, admisla est: & id sepius factum. Tandem cognitum illam quæ capta erat, vberibus filia nutrita, ita-

que mater libera dimissa, vtrique alimentum è publico deinceps decretum, & ob illius pietatis memoriam, Pietati dea hunc locum consecrariunt. Luius non matrem, sed patrem ea ratione à filia nutritum antummat.

De foro Holitorio, & de Iunonis Matute, & Spei, Sacra Nume, columna Laetaria, ac Ara, & Fano Carmentæ. Cap. II.

Forum Holitorium hinc nomē habet, quod illic horum copia sit, extra portam Carmentalem, vbi olim antiquum macellum fuit. Hunc locum hodie plateau Montanarium vocant.

In eodem foro C. Cornelius c. os. bello Gallico & dem Iunoni Matute votum: quam idē postea Censor locauit, in eo loco, ubi deinde D. Andreæ, cognomento in Mentuza templum stetit.

Idem C. Cornelius in foro Holitorio Spei templum, varijs ornatum marmoribus construxit, quod postea Collatinus consecravit: fulmine longo post tempore istum, postremq[ue] conflagravit.

Columna quoque Laetaria in eodem foro, ad quam pueri infantes lacte aleandi deferebantur.

Numa Sacrarium ad theatrum Marcelli ad imum Argiletum fuit.

Ara Carmentalis ab Euandro Carmentæ matri consecrata, ante Carmentalem portam fuit.

Ibidem Fanum Carmentæ à matronis Romanis edificatum. Hec primum Nicostrata, sed quia Carminibus oracula reddebat, Carmenta est vocata.

De foro Pisario, & templo Fortune Virilis. Cap. III.

Forum Pisarium secundum Tyberim ad Iunium, inter sanctæ Mariæ in porticu, & Ægyptiacæ tempora, intraque portam Carmentalem, haud longè à foro Boario ponit.

Sæctæ Mariæ Ægyptiacæ templum iuxta Tyberim, & ciuidem cognominis pontem hodie est. Hoc alij Mifericordia, alij Fortune atque Pudicitia olim templū suis affirmare conantur, sed frustra, nam illa templo non hoc loco, sed in foro Boario fuit. Verum hoc quo de hinc sit sermo, Fortune Virilis templum prope Tyberim fuit. In hoc Seruij Tullij lignæ statua, auro perfusa stetit, quæ in cœdio exorto, carteris absumpsis, sola remansit in columnis.

De templo Vestæ, Salinis, Colitis arcu. Cap. IV.

Ad Mariæ Ægyptiacæ admodum extat adhuc templum antiquissimum, nunc D. Stephano dicatum, cuius forma est circularis, columnæque in circuitu dispositæ, resu dinem, quæ vnicæ totam admodum operit, sustinet. Hoc templo Vestæ olim sacrum fuit, Numa, sumpta forma ab eo quod Alba fuit, orbiculari, in vertice foramen lucis caufa habentem extruxit. Ceterum dea ipsa simulachrum non habet, quin nec signis cuius dea hæc celo perhibetur, effigiem villam certam conlareturque habere queat. Vestam autem hinc appellari Latinæ, quod varijs sit vestita rebus. Graci ab ēcl., quod vis eius ad aras focusq[ue] pertinet. In hoc templo faciens non custodiebatur, sed in eo quo de supra mentionem fecimus, quod Romulus in terræ Capitolium & Palatum extruxit, conferuabatur.

Salina, salis publici, in ea ripa Tyberis quæ à predicta Vestæ aude, in Auentinum pertinet, receptacula fuerunt.

Arcus Horatii Coelitis ad primas Auentini radices, intermontem ipsius & Tyberim fuit.

De foro Boario. Cap. V.

Hactenus ad huius libri quarti initio decripta sunt, quæ ad dextram Tyberis partem notandas fuerunt, deinceps quæ ad finistram ciuidem fluminis memoratu digna videntur, pro more percurremus, ac primum qui de foro Boario.

Forum Boarium prope Velabrum & Ianum, inter Patinum motem, & scholam Græcam apud templo D. Gregorij fuit. In eo teneum tauri simulachrum antiquissimum fuit. Quidam ab hoc foro Boario nomen effevolut: Alij quod illic boues venundentur: vel quod in eo boues immolare veteribus mos fuerit. Vel quia Euander in eo loco Herculi ob interfectum Cacum & boues recepos,

ptos, bouem immolauit. Ibidem erant olim instrumēta cū viictimarijs, & sacrificiis ad sacrificia ipsa accinētis.
In hoc foro primum gladiatorium muhius exhibuit.

De templo Herculis Victoris, et arā Maxima.
Cap. VI.

Herculis Victoris templum rotundum in foro Boario, juxta scholam Græcam, ybi olim Euander Hercules aram Maximam posuit, extrectum fuit. Hoc tanta veneratione esse prēdicant, vt neque muscē neque canes eius tecta subintrint. Hercules namque cū sacrificiis suis viscerationem committeret, Myagirum, id est, muscarum congregatorem deum, imprecatus est. Hic ergo procul ab hoc templo suas muscas abigit. Clauā verò ad fores reliquit, quam ybi canes cōspexerint, procul illinc aufugiant: & hoc ad Pliniū usque tempora ita à muscis canibusque immune fuit. Huius sacrī neque mulierib⁹, neque seruis aut libertis interesse licet. Templum hoc postremò Neronis incendio consumptum est.

Statua prēterea Herculi ab Euandro erecta, quæ, quia triumphali veste induitur, quoties triumphatur in urbe, Hercules Triumphalis est dicitur.

Euandro regnante aram solium, quam Maximam vocabant, Hercules habuit. Hanc ipsi Euander ob Cacum interfecit, & boues restitutos excitauit. Et insuper boum decumas obtulit. Dixerat nanque ille, Vitam hos ducturos felicem, qui sibi bonorum decumas dedicauissent: Hinc eriam Decima Herculeana nomen.

De Pudicitia, Fortune Prospere, Matute, Forti, Fortune ede, ac de Vico Publico, Velabro, et Acca Laurentia sepulchro.
Cap. VII.

AD Herculis templū, Pudicitia Patriciæ ad eam ab Aemilio conditam esse conflat. Pudicitia autem huius signum in foro Boario erat, ad cuius dæc sacra Plebeij virginibus accedere nō licebat. Quare plebeia quædam virgo etiam Plebeij Pudicitie facillum excitauit, à cuius sacrī Patriciæ virgines vicissim arcebantur. Fuerunt & alia multa Pudicitia loca templaque consecrata.

Fortunæ Prospere & Matutæ templa cōfecravit in foro Boario Ser. Tullius. Prospere autem vocauit eam fortunam, quæ cæxa non erat. In eo loco aliquando oleam fuisse ferunt, ex qua cum mel fluenter, angues arculam ex ea fieri iuuerunt, in ea fortes, quæ puerorum manibus Fortunæ monitu tractata fuissent, aut miscebantur, tanquam felices futurae nobiles, recondebandunt. Ser. Tullius omnes actus suos qualisque essent, Fortunæ adscripsit, vt quæ illum ex ancilla natum sapè iuuisset, & postremò ad regiam dignitatem promouisset. Hinc Fortunæ Primigenia & Mascula, Conuententi, Benefesperanti, Videnti, vt quæ regat & faciat omnia, templa cōfecravit. Paruæ quoque Fortunæ templū dedicauit, eo significas, nihil tam parvum nobis accidere posse, quod non dijus acceptum referre debeamus.

Mature templum youit Camillus bello Veientium, dedicauitque. Quod diu ante restauraterat Ser. Tullius. Matutæ & Primigenia Fortunæ eodem die sacra faciebant Rom. & eodem quoque die ades earum simul sunt igne consumpta. Carilius cos. ex Hetruscorum manibus prope Matutæ, Fortunæ Forti templum faciendum locauit.

Vicus Publicus à foro Boario incipiebat; & in Aventinum ad Iunonis reginæ templum duciebat.

In hoc vicu prope Boarium forum Velabri edes, in eo loco ybi nunc D. Gregorij cognomento in Velabro templum est.

Aventinus olim à reliquis montibus disclusus Tyberi fuit. Prisquam enim Tarquinius Priscus alueum Tyberis mutaret, eruptionibus Aventini radices, sinu facto, abluebat: quapropter necesse fuit, vt Aventinum aditus veluturam faceret, id est, quadrante dato, lyntribus eō veheretur. Hinc à vehendo Velabrum locus is hodie, quæ olim Tyberis sinu facto, transfiat, dicitur.

Acca Laurentiæ sepulchrum in Velabro quoque suis scriptum reliquit Antias.

De Vertumno, eiūdā templo, Ianu Quadrifronte, & dibus Africani, Basilica Semproniana, ac Lanu Tabernu.
Cap. VIII.

Vertumnū deum antiqui dixere, non solum quā rebus vendendis, emendisque, fructibus denique ipsis, sed etiam qui mentibus humanis præfet, dictus à vertendo, quod̄ m̄entes cogitationesque pro suo arbitrio mutaret, verteretque sap̄e in diversam sententiam. Huius signum & templum in Vico Thusco ad Opis & Cereris aras constituerunt. Festa eius, quæ mense Octobri celebrabantur, Verumnalia appellāunt.

Sunt qui Vertumnū & Ianu Quadrifrontem eundem esse voluerūt, hac duci ratione, quod̄ Ianu Quadrifrontis templum in Velabro, ybi & Vertumnū posuerūt, constitutum esse velint. Ianu autem templum, de quo etiam superius, quatuor columnis vñā testudinem templi sustinet: quatuor in super portas habet, & in frontispicio cuiusque duodecim fenestellas, quæ quatuor anni tempora cum duodecim mensibus designant. Ianu autem in sacrificando principē posuit antiquitas: nomenque ab eundo impositū, unde domorum quoque transitus ianuæ appellāunt.

Ad Vertumnū signū P. Africanus ad eam habuit: quam deinde Sempronius cum Tabernis Lanis emit, & Basilicam, quam Semproniam vocant, eodem loco, prope templum S. Gregorij in Velabro contruxit.

De Argiletō, domo Cornelij, Equimelio, & Socordiae
fæcile. Cap. IX.

Argiletus à fine Vici Thusci incipiens, ad Marcelli theatrum terminatur. Fabius Pictor, à principio Vici Thusci, sub Cœliolo, inter circum Maximum, ad Aventinum usque deditus est. Argiletus autem, ab Argilla terra, cuius illuc copia est, nomē habet. Vel ab Argo quodam, qui cū ab Euandro hospitio suscepimus effet, vita insidias struxit, vt eo interfecto, ipse regnaret. Verum in fidis à socijs Euandi animaduersis, ibi illis interficitur. Huic Euander sepulchrum in eo loco & locum ipsum consecravit.

Imus autem Argiletus ad Marcelli theatru est. In hoc vico opifici tabernæ erant, & in primis Bibliopolarum. Has tabernas Argiletanas dicitabant.

Cornelius Domitianus in Velabro domum habituisse fertur.

Æquimelium inter Velabrum & Capitolium, ad tabernas Lanis fuit. Hinc verò hoc nomen habet: Quod Sp. Melius, ciuius Romanus regnum affectans in hoc loco habitauit. Qui cū regnum affectare intelligeretur, occiditur, & bonis eius publicatis, domus solo æquata, area is locus à Romanis factus.

Murtiæ Socordiae templum sub Aventino ad clivum Publicum fuit, ea parte qua ad eadem S. Prisca aſcedit. Hinc Auētinus quoq; ipse Murtius aliquādo dictus est.

Aſylum prēterea quidam in hoc loco ponunt. Verum in Capitolio primum Aſylum fuisse edificatum à Romulo, superius indicatum. At postquam in Capitolio tantæ opes sunt congregatæ, & Senatus subinde in eodem conuenirent, non satis tum viſum est Romanis, in eum locum latrones, aliosque omnis generis infames homines con fugere atque habitare, viſum igitur illis tutius esse alio Aſylum transferre. Itaque non solum uno loco, sed pluribus deinde Aſyla effe coepiunt, nec Rm̄ modō, sed alibi quoque terrarum.

Circus quid sit, unde dicitur, et cuius rei causa institutus. Cap. X.

Circus dicebatur locus is, ybi ludicra fiebant certamina. Circus autem circus ob hoc quod̄ in circuitu spectaculis edificatis, ibi ludū fierent, & quod̄ illic circum metas ferretur pompa, & equi currerent. Erat autem forma oblonga, instar arcus, in circuitu habens gradus spectatoribus apta sedilia, ne alter alterius prospectum impeditiret. In medio metas duas pari interuallo distantes. Carceres item in prima circi parte. Carceres autem hinc vocati, quod̄ equi, donec magistratus signum pugna de disset, illic coēcerentur.

Ludorum verò celebrites, deorum festa sunt: siquidem ob eorum natales dies, vel templorū dedicationes cōstituti sunt, & sunt. Er primitus quidem venationes, que vocantur, munera, Saturno attributa: Ludi verò scenici, Libero: Circenses Neptuno & Cereri. Sicalij alijs dicati ludi, in eorum honorem & memoriam quotannis celebrabantur. Circenses verò Ludi hinc dicti, quia in ripa fluminis agitabantur, in altero latere positis enībus, &c. Verum de ludis, & spectaculis multa Sisinius.

De Circō Maximo. Cap. XI.

Circum Maximum primum institutū & fundamenta posuit Tarquinius Priscus, inter Aventinum & Palatinum. Ceterum magnificatam ipsam addidit Casar & ampliavit. Quum enim lōgus fuerit stadiorū trīum cum dimidio, latus quatuor iugerum, Cæsarem in eam amplitudinem extendisse, & non Tarquinium, volunt id quod verisimile est, quum Tarquinij temporibus ciuitas adhuc tam populosā non esset, neque in tātū dīta spectaculis, ergo nō tanto opuerat spacio, vt Cæsaris estate. Habebat autē Circus tribus lateribus effossum stagnum, altum latumque pedes denos. Post stagnū porticus adificatē tripli teatūra, haec sedilia habebat in imo lapidea, superiora lignea, basim omnes porticus habebant eandem, coniunctā namque sphäricam constituebant formam. Capiebant hanc hominū centum quinquaginta millia: reliqua vide apud Dionysium, Plinium, Liuium aliosque qui de ædificijs Rom. scripserunt. Hunc circum exornauit deinde Augustus, nam carceres fecit marmoreos, merasq; deaurauit, aliaque multa addidit ornamenti. Postremo collapsum, ampliorem & eleganter redidit Traianus. Post hunc in super Heliogabalus columnas pulcherrimas addidit, auroq; illustravit, pavimenta denique ipsa ex chrysocolla stravit. Verum de Circi pulchritudine multis scribit Nazarius. Talis namque fuisse perhibetur hic locus, vt homines non tam ob ipsa certamina, quam loci amoenitatem illuc conuenient. Maximus autē ideo dictus putatur, quod deorum maximo Vertumno sacer eret, vel, ob ludorū magnam sumptuositatem & excellentiam, vel, quod inter circos Flaminium Intimumque maximus esset. Nam Plinius longum stadiorū trīum, latum verò vnius fuisse scriptum reliquit, vt qui hominum sedentium caperet ducenta sexaginta millia.

De templis & Aris que in circō Maximo, vel in circuitu suisse leguntur. Cap. XII.

Consus consiliorum deus fuisse perhibetur, vt qui hominum consilia celet, vel prodat hominibus. Huic in circō Maximo sub teatō ara fuit, que significat, teatōa consilia esse debere. Ob quam causam hanc ara etiam illi à veterib. Romanis consecrata fuisse legitur. Illi namque dum cōsilium de raptu virginum Sabinarum cepissent, veriti ne ante tempus proderentur, huic deo aram hanc dedicarunt, & simulachrum quoque eius in ea constituerunt. Quæ quidem ara quadam temporī iniuria, & hominum in deos negligētia, ita neglecta manst, vt tandem penitus ignoraretur. Tandem iterum invenuta, reliquis temporib. teatōa manebat, certaminibus verò eque stirbis detegebatur. Huic quoque Deo Consulalia festa instituta, ludi quos in raptu virginū Sabinarum instituerant, ad hanc aram ab eius sacerdotibus celebrabantur.

Neptunus eques item in circō Maximo templum habuit. Hoc anno à Christo nato m. d. xxvi. post D. Anastasię templum in radicibus montis Palatini in circō fundamentis repertum est, & vestigia inuenta, vt certis conjecturis templum hoc Neptuni fuisse comprobatum sit. In huius honorem Circenses ludi à veteribus sunt celebrati.

Genio quoque arcanorum consiliorum duci, aram in circō Maximo constituerunt.

Præterhas habuit circus Max. tres alias aras: vnam dijs Magnis: alteram dijs Penatibus: tertiam dijs cœli & terra, à quibus oriuntur omnia. Hos Romani Genios, Peñates vrbisque Praefides, & Custodes vocabant.

Liber, Liberā, Ceres, & Proserpina, iuxta circum Maximum tempora habuerūt: quæ Posthumus aduersus Latinos bellum gerens vovit. Idem rediens, re feliciter perfecta, ædificauit, dedicauitque.

Solis denique & Floræ tempora in eodē fuere ambitu.

Veneri item templum prope circum Max. fuit. Hoc Q. Fabius Curges c o s. ex ære multitatio matronarum ob stuprum condemnatarum faciendum locauit.

Iuuentuti Lucinius non longè ab eo loco extra circum Max. ædem dedicauit.

Mercurius item templum ad circum Maximum habuit.

Fortuna Seiæ Plinij tempore simulachrum in circō Max. cernebatur.

De Naumachia circi Maximi. Cap. XIII.

NAUMACHIA locus, hanc ob causam vocatur, οντούθη την επονι μαχών, id est, quod ibi nauibus decertarent, nam illic loca in flatu lacunarum effossa, ybi naualis pugna simulachra quædam ostendebantur, ad iuuentutem Romanam exercendam, vt mari quoque hostem lacefere ac ledere nosset. Huiusmodi ludicra, non solum in circis, sed amphitheatris quoque committebantur.

De Obeliscis duobus circi Maximi. Cap. XIV.

OBELISCUS (Marcellino autore) lapis asper admodum est, in figuram metę cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, utque radiū imitetur, gracilisca pustulatim, specie quadrata, in verticem produtus angustum, manu leuigatum artifici. In plerisque literis hieroglyphicas sunt in sculptis, quibus nimurum auctorem aliaque memoranda referebant. De his notis, idem Marcellinus: Formarum autem innumerās notas hieroglyphicas appellatas, quas ei vnde videmus incisas, initials sapientiae & vetus insigniuit auctoritas. Tantum ille. Pingebant autem varias animalium ac volucrum figurās, & spē noua confingebant, quibus quod memoria dignū erat ad posteros reserabant. Et si mos non in Aegypto solum, sed alibi quoque terrarum durauit, donec litera ipsa sunt reperta, tum hoc cessauit, & primum quidem unica litera integrum dictiōnem, dictiōne orationem significabant. Verum de his multa apud autores qui de notis his scripserunt. Fiebant autem Obelisci (Plinio teste) ex lapide Simithe. Hos dijs erigebant, atque consecrabant, in primis verò Soli, & ideo ijs excidētis radios imitabantur, vt dictum est, solares. Primus omnium Methres rex obeliscum instituit. Roma obelisci nulli excisi, sed aliunde allati, ob rei admirationem & ornatum erigebantur. In circō igitur Maximo obelisci duo cernebantur, alter erectus in altum stebat, octoginta octo pedum altus: Alter in naumachia iacent, centum triginta cum dodrante longus, prater basim, quem Augustus ex Hieropoli Aegypti ciuitate, Romanam transtulit: Verum erigere cum conareretur in duas partes fractus cecidit. Hic excisus à rege Samncstreco, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit.

De Fornice Sertini in Circō, Loco Tuberonum in circō, & theatris, Lulanaribus, Pompej domo, & Iuturnae fonte. Cap. XV.

SERTINI Hispania deuicta, magnam copiam pecunia in exariū retulit, & ex manubijis Fornices duos, alterum in foro Boario, alterum in circō Maximo excitauit. His fornibus signa aurea, aliaque ornamenta imposuit.

Heliorum familia haud diues, sed magna existimatione apud Romanos erat. Inter quos tanta concordia fuit, vt sedecim simul yno tempore in ijsdem ædibus habitarent. Quibus ob insignem virtutem, & res bene gestas, locus a. p. Q. R. in Circis & theatris, vt spectaculis interesset & certaminibus possent, est donatus.

Apud circum Max. Lulanaria, ybi meretrices corpore quelcum faciebant. At hic locus postea solo aquatus, nunc area est.

Pompej domus, prope circum Maximum & in ea statua Herculis constituta.

Iuturnæ

Iuturnæ nymphæ fons adhuc in Velabro scaturire iuxta cloacam Maximam quibusdam videtur.

De Septizonio Seueri. Cap. XVI.

Sequebatur post circum Maximum urbis pars sexta, nempe mons Cælius. Verum quia Septizonium Seueri, & Constantini arcus, antequam ad Cælium situm, inter Palatinum & Cælium occurunt, de his, præfertim strukturis tam insignibus, prius aliquid dicendum est. Septizonium ergo magna quædam moles est, & quadrata, quæ septem cingulis, id est, columnarum ordinibus inuicem superimpositis in modum quatuor porticum ambiuit: ita ut columnæ quanto altiores, eò minor res, breuioresque disponantur: in cuius medio quatuor parietes, loculos quosdam facientes, surgunt: in summo regum, & imperatorum condebantur cineres. Julius Capitolinus septodium nominat eam molem. Græci enim loca frequentia, ad quæ multæ perducuntur viae, Heptodia vocant, ab επτά & σταθμούσι. Plinius Septisolium appellat, à septem solarijs: In singulis enim ordinibus, columnæ marmoreis trabibus inuicem superius itinrebatur: alijs vero trabibus cum mole ipsa in interiori parte excitata, & ita singuli ordines vnam faciebant porticum, siue solum. Duo autem Roma septizonia fuissent leguntur, Titi nempe, antiquissimum in via Noua, non longè à Seueri septizonio: huius ne vestigium quidem restare videtur: Et Seueri huius adhuc superius, è regione templi sancti Gregorij, tres, operis ambitiofi veluti zone, columnarum pulchritudine & magnificentia spectabiles. Constitutum fuit autem in via Appia ab ipso Seuero extructum, nunc quod reliquum est, ita inclinatur, vt iam rueretur.

De arcu triumphali Constantini imperatoris.
Cap. XVII.

Arcus triumphales erigebantur ijs solum, qui prouincijs aut exteris nationibus debellatis, & rebus felicitate gestis, triumphum meriti videbantur: vnde etiam triumphales arcus dicti sunt. In his arcibus ob perpetuam rerum gestarum memoriam, loca ipsa, vbi bellum actum, machine & acies, si in terra pugna commissa: naues, si maritimè fuerant, incidebantur. Verum ante Imperatorum tempora arcus excitauit nemo, & Plinius tempore primùm extrui cœpti sunt, vt Titis sit omnium antiquissimus. Ante Imperatorum atatem, statua & trophya ponabantur. Postea multi sunt excitati, inter quos Constantini arcus insignis ad angulum Palatini, iuxta theatrum triumphalis ornamenti conspicitur, & adhuc hodie proemodum illæsus supereft. Hunc Constantinus ipse sibi, Mezentio superato ad Milium pontem, constituit.

De Cælio monte ex Cæliolo. Cap. XVIII.

Cælius mons, olim à quercuru frequentia Querquerulanus: postea à Cœle Vibenna Hetrusca gentis duc, cui sedes in eo monte data à Romanis est, Cælius est appellatus. Thuscorum igitur populus cum esset propter multitudinem & loci munitiones suspectus, in vicum, qui Thuscus ab ipsis est cognominatus, migrare iussus. Qui vero extra suspicionem erant, Cæliolum, vel Cælicolum, id est, partum Cælium occuparunt, si fuit vbi olim Diana colebatur, hodie D. Euangelistæ virginis locus illuc est & templum consecratum. Mons hic postea à Tiberio Augustus est cognominatus.

De Fauni, Veneri & Cupidinis templo, Curia Hostilia, Castrum peregrinorum domo Lateranorum, de Constantini & Sessoriani Palatio, ac de L. Veri statua equestris. Cap. XIX.

In Cælij montis dorso, templum forma circulari nunc D. Stephano, olim Fauno sacrum, extat. Faunus autem, επονοματις, quod vox, non signis futura prædiceret sic est dictus. Albani antiquis temporibus montis eam partem inhabitarunt, vbi hodie sanctæ Mariæ Dominica templum est.

Veneris & Cupidinis in Cælio, non longè à porta Nævia, vbi nunc sanctæ Crucis in Hierusalem est, templa fuerunt.

Curia Hostilia duobus in locis Romæ fuit, altera namque in foro ad Pacis templum, vbi Hostilius Rex prius habitauit, altera in loco, in quo postea DD. Ioannis & Pauli templum est constitutum.

Castra Peregrina in Cælio monte ad ortum æstiuum, versus Esquilinas constituta, quo in loco hoc tempore quatuor Cororiatorum templum colitur.

Lateranoru quoque domus in eodem monte, ad Lateranorum Basilikam extructa fuit.

Flauij Constantini Palatium prope Lateranorum dominum, inter portam Cælimontanam & Gabiensem fuit.

Sessoriani vero Palatium, apud Næviam portam, & Sanctæ Crucis in Hierusalem templum est constitutum.

In Latéranensi platea statua equestris L. Veri fuit. Hac alij M. Aurelii, Antonini, alij etiam Septimij Seueri fuisse tradunt.

De Amphitheatru, ex in primu Statili Tauri.
Cap. XX.

Sequitur Statili Tauri Amphitheatrum. Sed prius quam de ipso scribatur, paucis, quid amphitheatrum sit declarandum. Dicitur igitur amphitheatrum οὐδὲν ἀλλὰ, id est, circumpecto, qua in ynu iuncta duo visoria, forma est hemicycli. Quidam Titum primu amphiheatrum excogitauisse putat: alij C. Cesarem in campo Martio, primu extruxisse probant. Verum Statilius ante Titum amphitheatrum posuisse, auctore Suetonio comprobatur.

In amphitheatris præmia decertaturis cum bestijs præponebantur. Condemnati etiam horribile spectaculum hominibus exhibebant, qui capti in ea claustris ad confundendum cum bestijs à lictoribus deducebantur.

Imperatores præterea antequam in bellum proficisci rentur, munera gladiatoria in amphitheatris exhibebant, vt milites ad pugnas, arma, vulnera denique & sanguinem non reformidare a siveceret, ne futuri belli pericula propter nouitatem, detrectarent. Statilius amphitheatrum magna ex parte adhuc ad S. Crucis in Hierusalem, prope menia extat. Eo autem tempore ab eo extructum, cum Augustus ciues Romanos, vt quisque civitatem pro viribus exornare contenderet, hortaretur.

Aquaductus cur innenti, quibus modis aquæ ducentur, cui usus, quis primus deduxerit, ex quo aquæ deducuntur.
Cap. XXI.

Cluitas Roma ab initio, vt dictum est libro primo, angustis limitibus circumscripta, ad Tyberim populus propter aquæ copiam confedit. Verum urbe quotidie crescente, necesse erat alios in hunc, alios in alium locum remotius à fluminis domicilia constitui, vnde cum aquæ impia laboraret, vt quæ longo itinere, & labore magno effeta portanda: Loca insuper, quod aquæ fluentes non haberent, quibus fôrdes abluerent, & in Tyberim deriuarent, denique propter malum aërem, qui his feco ribus inficiebatur, in salubria vt plurimum & pestilentia erat. Suscepit igitur Nertia Princeps hunc malo medendi curam, post hunc etiam alij, & aquaductus, vt aquam in ealocis, quibus alioqui non erat deducerent, humana sagaci industria excogitarunt. Erid quidem via dupli ci, arcuato videlicet opere, cum aqua supra terram dirigitur, certo libramine, triuulis effossis, & subterraneis cuniculis, cum per meatus subterraneos, syphones ac fistulas vnda in urbe deducuntur. Vnde accidit vt tanta in urbe vndiq; aquæ fuerit copia, vt singulæ ferre domus suis habuerint fontes, in primis vero in Quirinalis radicib; & eiusdem montis dorso, in vico Patricio, Suburra, via Latina, Auentino, platea Iudeæorum, & alij locis cōpluribus hac etiam arate subterraneis meatibus abundat. Deducebatur autem aquæ ex diversis locis, & alias aquæductus, præsertim qui per arcus fiebat alio altior erat, siue depreensor. Duætū igitur altitudines quinque primis temporibus fuisse dicuntur, altissimus Anio Novus, proximus Clatidæ aquæ, tertium locum tenet aqua Julia, quartū Tepu-

la, sequitur hunc Martia, post hunc Anio Vetus, cuius libram sequitur Virgo, Appia, & infima omnium Alsietana, haec Transtiberinæ regioni seruit, & alijs in planicie locis in infimo cōstitutis. Quæ aquæ in castella primum, ex illis à castellario certa mensura distributæ in loca desti nata effuebant. Castellum aurem est quodaquam publicam recipit, & in varia loca transmittit. Castellarius verò castellorum custos. Erant insuper in solo lacus, a quarum receptacula, qui pro coriaris, fullonibus, & alijsque eius generis opificibus aquam pro necessitate conferuabant. His aquis certi custodes, & operariorū numerus dectus. Denique magna erat pena constituta ijs qui aquæductus violarent, vel aquam alii quam leges statuta publica, Censores, vel ipsi Aediles permisissent, deriuassent, vel plus etiam aqua quam ipsi ab initio cōcessum esset, sumpsiissent. Ap. Claudio primus omnium arcuato ope re aquam in urbem perduxisse memoratur. Sed de aquis ipsiis Romanis, aqueductibus, alijsque rebus ad hæc con stitutis, ut ratione ducendi, instrumentis, mensuris, pon deribusque, lege Frontinum, qui verè & copiosè de his rebus scripsit. Praterea Sextum Russum, qui de eadem re diligenter tradidit. Frontini tempore novum tantum aqua in urbem ducēta, nempe, Appia, Anio Vetus, Martia, Tepula, Julia, Virgo, Alsietana, quæ etiam Augusta est dicta: Claudia, Anio Nouus. Russus decem & nouē com memorat, unde liquet hunc longo tempore post Fronti num scripsisse.

De aquæductu aquæ Claudiæ. Cap. XXIII.

CAligula aqueductus duos inchoatos, è vita deceđes, imperfectos reliquit. Hos D. Claudio suscipiens, magnificissimè ab oluit. Et alteri qui ex fontibus Cæru lec & Curtio incipiens in urbem deducebatur, Claudiæ aquæ nomen imposuit. Alteri verò, ob discriberi aquæductu Anienis, qui duo erat, suum Anio nem. Nouum appellabat, diuersum scilicet ab eo qui Vetus Anio nomi nat. Claudia aqua, igitur à porta Nauia per Cælij mon tis dorsum in Auentinum perducebatur. Huius partem etiam in Capitolium deriuauit Caracalla.

De ijs que incertam sedem nunc in Cælio monte habent.
Cap. XXIII.

BRUTUS COS. Tarquinio expulso, Carnæ deæ in Cælio monte templum extruxit, cui voti reus, eriam sacrificavit. Hanc antiqui membris vitalibus praesæ pœtarunt, & in eius tutelam membra eadem committebant, ut sal na conservaret, illius altaris sacra imponebant.

Agrrippa item templum Claudio Cælari extruere co epit, quod eo defuncto Vespasianus absolvit: Nero fundi tus euerit, hoc in eodem monte positum fuit.

Mamurra Formianus Cælaris fabrorū in Gallia præfectus, Romanorum omnium primus domum, quam in Cælio habuit marmoreis crustis exornauit. Claudio Centimali præterea domus in dicto monte fuit. Et Terri corum, qui duo ex triginta tyrannis fuerunt. Item, Junij Senatoris, in cuius ædibus, cum totius montis ædificia ingne absumppta essent, Tyberij effigies iniuiolata remansit. Isthic & T. Claudio Cypræ hymnologi ædes posuit dicuntur. In hoc monte Macellum magnum, autrum Cyclo pis, Spoliarium, & Armamentarium fuit.

De Appia & Noua via, ac de Iuda, Virtutis & Honoris, Qui rium flue Martinæ adeo, & Almone flumine.
Cap. XXV.

SEquuntur loca quæ Auentinu versus, in Cælio monte memorabilia fuerunt. Via Appia itaque prima occurrit, quæ à Constantini arcu incipiens, Brundusium usque progreditur, & quia à Caracalla munita fuit, Nouæ nomen posse accepit. At quæ verè Noua vocatur, à Palati porta principium capit, & per radices Palatini, supra circum Maximum: ad infimam Piscinam ubi nunc D. Sixti templum est protenditur. Fuerunt etiam aliae multæ viae quas Nouas vocarunt, quare diligenter cauendum, ne hic eretur, quod de diuersis sacerdotiis dictum est, de vna ea demque scriptum existimenuis.

Inter Sixti adem, Piscinam, & thermarum Antonia-

rum ruinas, Isidis Antenodoricæ templum ab Antonio Bassiano conditum fuit.

Honoris & Virtutis templum non longè à via Appia, à M. Marcelli patre in Gallia ad Clastidium votum, annis septendecim, post à filio M. Marcello dedicatur.

Martis templo duo fuere, unum Quirini intra urbem prope portam: alterum in via Appia extra urbem.

Almo fluuius per viam Appiam, Aventinique radices in Tyberim labitur. oritur verò ab urbe paſt. millibus decem in agro Marino: Appijsque riū postea vulgo nominarunt. In hoc flumine Mater deorum singulis annis à Gallis sacerdotibus abluebatur.

De Thermis in genere. Cap. XXXVI.

Therma à θερμὸν quod calidum significat, Greca vo ce significacionem trahit, nos verò loca quæ calentibus aquis, aut sine ipsis, fornicie solo calefacto, lauandi, aut sudandi viisibus depurata, eodem nomine quo Crœci, thermas appellamus. Romanis frequentiorem olim, quam hodie, lauandi consuetudinem fuisse, multæ & variæ scriptorum autoritates contestantur, idque varijs de causis, sicut etiam apud nos adhuc, factitatum, vt scilicet sudorem, pulueremque abluerent: sanitatis item & voluntatis gratia, vnde factum ut mediocriter etiam diuites, quicquid propemodum priuata balnea possiderent: sed tamen diuersa variaque ratione adificata. Multa namque publica balnea instituta, vt plebs pro libitu cum veller illis vteretur. Seruus Orata primus pensilia balnea inuenit, atque extruxit. Deinde postquam luxuria in immensum accretuit, mira opulentia, & splendore lauaca sunt extructa, ita ut neque modum, neque mensuram feruare viderentur, id quod ex vestigijs & ruinis etiamnum apparet. Ethac loca ybi ista extruebant, Thermas appellant. Quæ & ipsa varia loca in se, & infinita propè continebant, varijs nominibus insignita, viisibusque destinata: nam loca alia ad aquas calefaciendas, forma circulare erant, ynde aqua calida balneis in solo & pensilibus constitutis suppeditabatur, quæ post lavationem inmundata atque inutilis reddita, per canales in cloacas deriuabantur. Habebant & apodyteria, in quibus balneum ingressuri se exuebant, vestesque reponebant. In ijsdem locis & areæ, amplissimis porticibus circumductis, camerataque superbulsimis forniciibus adificata, in quibus diuersi variegatique coloris ex marmore columnæ. Pavimenta item lithostrata, parietesque in marmoreis tabulis incrusta ta. Xysti, nemora, natatoria populi ludis delitijsque exposita, ybi se reficerent, oblectarenturque. Hæque delicia ita trahebat illorum studia in se, ut spicis quidam eriam uno die lauarent, & in balneis reges quoque promiscue cum alijs cœnarent, & lauarent. Habebant etiam priuata splendidiissime extructa balnea: Ut Antonius Caracalla thermas suis sumptibus extruxit, quæ etiam ab ipso Antoninæ thermæ sunt appellata. Harum ruinæ adhuc nonnullæ ingentes conspicuntur, & columnæ stantes quedam, quadam directe cornuntur. Alij has ab Antonio inchoatas volunt, & à Seuero perfectas, & exornatas. Constituta fuerat autem ad Auentini radices, ad viam Ardeatinam, nunc ybi S. Balbinæ templum est. Sub thermis Palatium nobilissimum, cuius vestigia hodie vix apparent, posuit.

D E A V E N T I N I M O N T I S E T Y - M O L O G I A , E T I I S Q V A E I N E O M E M O R A T V D I G N A : L I B B R Q V I N T V S , C A P . I .

VENTINVS montium Rom. in ordine quartus est. Cuius ambitus & forma, quoniam libro primo descripta sunt, non est necessarium hic reportare. Verum vnde sic dictus sit, & quæ in hoc templo deorum, aliaque adficia fierint, restat commemorandum. Auentinum

Auentinum igitur ab aliis, qui à Tyberi in hunc montem cubitum volabant, appellatum existimant, alij à Sabinorum rege, in eo occiso & sepulso: alij Sabinos, qui à Romulo ciuitate donati, in eo considerunt, ab Avente prouincia corum fluui, huic monti nomen dedisse arbitratur. Varro ab adiectu dictum adserit. Nam, ut paulo ante dictum est, mons hic ab alijs montibus & ciuitate, olim paludibus & Tyberi exclusus, unde qui hunc cadere volebant, ratibus aduehebantur. Sunt etiam qui ab aduentu dictum autument, quod Diana templum in eo sacrum Latini frequentarent, & in eum locum aduentarent. Hinc etiam Remurius est nominatus, à Remo qui in eius vertice ad auguria capienda confedit, & tandem in eodem sepultus. Romulus itaque inhabitari vetuit, ut quem fratris suo sacram esse vellet. Hunc postea Ancus Martius muro cinctus, & ad habitandum volentibus concessit. Tamen sint qui vnde ad D. Claudi tempora vacuum fuisse existimant, vt quem aubus obsecenis omnino sum, intra moenia recipiendum vetuerint. Verum vbi indies multitudine accreuit, hunc quoque reliqua ciuitati coniunxerunt.

De Diana, Bonae deo, Herculis Victoria, Iunonis Regine, Monete, Lunæ, Victoria, Minerue, & Libertati templo, & ara Elicij Iouis. Cap. II.

IN vertice mōtis Auentini, Tyberim versus, D. Sabinæ templum est, in quo loco prius Diana sacrū facellum fuit. Idibus Augusti Romæ seruis dies festus esse consuevit, eo namque die Ser. Tullius è serua natus, adēm in Auentino Diana coiffacuit, & diem sacram seruis, vt qui in eius tutela sint, esse voluit. Alij ab Anco adēm hanc edificatam existimant, ex pecunia quam ciues nuper ex Politorio eō traducti contulerant. Hoc templum commune omnibus Latinis fuit, vnde sēp̄ illud frequenterbant.

In eodem propemodum loco, sanctæ Mariae cognomento Auentinae ædes sacra cōstituta est. Hic locus prioribus seculis dea Bonæ facer fuit. Nam Claudia, Veitilis templum illi in eo, idque in Fatuæ fororis Fauni honore, excitauit.

In eadem crepidine, vbi hoc tempore D. Alexij templum, olim Herculis Victoria stetit. Prope hoc Iunonis Regine, ex Veientana præda à Camillo extructū. In ruinis thermarum Decij Imperatoris quoque Herculis templum fuit, vbi sanctæ Priscæ à Christianis postea est consecratum.

In dorso Auentini Lunam sacram adem habuisse, Ouidius est testis.

Quæ haec tenus in Auentino extitisse commonistrata sunt, certum locum assignatum habent, quæ sequuntur, in Auentino quidem fuisse dubium non est, sed qua parte, propter temporis longinquitatem ignoratur, velut est Victoria templum, quod ab Arcadibus conditum, sacra ab iisdem in illius honorem quotannis celebrantur. Minerue, & Iunonis temple in eodem monte fuisse, certis authoribus commonistratur. Libertati ex multatitia pecunia à T. Gracchi patre templum conditum & dedicatum fuit. Atriū eiusdem templi ab Helio Pato & Cornelio Cethego Censoribus refectum & ampliatum, novissime à Pollione quoque restauratum. Libertatem vero in primis coluerunt Romani, cuius etiam assertores seipso constantissimos perpetuo præliterunt.

In eodem monte Iouis Elicij ara à Numa excitata. Dicitus est autem Elicius ab eliendo.

Murceæ secunda ara vetus in eodem monte fuit. Venerem autem Murceam à Myrto ei dicata nominauerunt, vel, vt alii interpretantur, quod hominem præter modum non moueret, ac faceret hominem murcidum, & nimis desidiosum, & inutilem.

Iunonis Moneta quoque templum in Auentino dedicatum extructumque fuit.

Camillus in eodem Matutæ matri templum consecravit.

Larentium fulta ibidem Ioui sacrata in hac Valentianus Callæ Placidæ filius intersectus est, vt testatur Plinius.

De Caco eiusq; spelunca. Cap. III.

Cacus, vt tradunt poëta, Vulcani filius fuit, qui ore ignem fumumque euomere creditus est. Hic loca vicina populationibus vexabat. Sed hunc seruum Euandri fuisse nequissimum & furacem, verissimilior ratio est. Et idem *κανόνις* Arcades nominauerunt. Hic spelunicam in Auentino Tyberim versus, è regione sanctæ Mariæ Aventinæ ad eam, vbi fluvius proxime montem accedit, & valvis firma rupe scabra prominet, speluncaque aptissima est, ad Tergeminam portam, habuisse conjectura certissimè colligitur. Quem cum Hercules mactasset, aram in speluncæ propinquo Ioui Inuentori excitauit.

De Armilistro & quibusdam alijs rebus in genere. Cap. III.

Armilustri dicitur locus vbi milites & arma lustrantur ac recensentur, in quo etiam armati milites res diuinæ tubis canoris faciebant. Hunc alij in Auentino, alij in circa Maximo volunt fuisse, sed hoc parum referunt. Huc milites a bello reuersi, arma reponebant, arma namque Romanis priuatim non habebant quibus ad bellum vterentur, sed vel in Armilustrio, vel Tarpeiarupe reservanda tradebant.

In Auentino iuxta Iunonis Regine templum, Scalæ Gemonias fuere, locus scilicet præcepis, quæ facinorosi vincit, miserabiliter necabantur.

Phyllidis domus, in eodem monte prope Diana templum aliquando stetit.

Remuria eiusdem montis locus, hunc Remus sibi ad habitandum elegit, inque eodem a fratre Romulo sepultus nomen huic dedit.

Thermas Decianas, in Decij Imperatoris honorem, in eodem monte s. p. Q. R. edificauit. Et prope has etiam Varianas. Traiani preterea in Francisci Albertini vinea thermæ fuere.

Fauni & Pici quoque Antra in Auentino fuisse fabulantur. Italum item Auentinum incoluisse M. Cato refert.

Montis huius templa atque edificia in uniuersum D. Tyberij tempore exulta memorantur.

De Testaceo monte, &c de ijs que in eodem ambitu fuere. Cap. V.

Planicies inter Auentinum, Tyberim ac vrbis metria, quatuor laterum inaequalem est, in qua collis, quem vulgo Testaceum vocant, furgit. Ambitus huius vix duobus millibus passuum perficitur, altitudo centum sexaginta pedum est. Hic cucurbita formam habere videtur, cuius tamen pars altera, quæ Tyberim respicit latior est. Prope hunc collenem Vitriariorum vicus, & lignariorum habitatio fuit. Mons Testaceus autem hinc, vt nemini dubium est, in eo loco crevit. Fuit oīm Romæ, & alij quoque locis, vt etiam adhuc in quibusdam, magnus & frequens fistillum vñs, & id vel hinc certò colligitur, quod Numæ temporibus septem signorum fuerint collegia. Hi enim non solum vñs fistilla, sed deorum quoque simulachra, templorum ornamenta conficiebant, columnæ & parietes fistilibus in crufatæ, imò cadauerat quoque in fistilibus condebantur doliolis. Cum itaque in tanta fistillum copia necessariò multa frangerentur, quæ si in agros, capòs abiecta fuissent, in frigifera redditæ ac sterilia, si in aquam abiecta, alie tandem expletæ flumen redundare neceſſe fuisse. Numa igitur, hoc opificum genus in uno loco habitare iussit, & inutilia, fordes, fragmenta quoque in ynum proiecere imperauit, ex quo collis, quem deinde Testaceum appellauit accredit. Inter hos quoque Venus Myrtlea locum sacrum habuisse memoria proditum est.

De Pyramidib; et sepulchro C. Cestij ac Horreis pop. Rom.
Cap. VI.

PYramides quadrato moles sunt, more flammæ in altum surgentes, & vix nubes appellatae. Stephanus, & id est, tritico nominatas putat, quod in eum locum vbi ergebantur, ex omni Ægypto allatum triticum magnam anionam fecerit caritatem. Hæ à regibus Ægypti primum excitari coepit, vt vanas opes ex pacto effundarent, ne si magnâ auri, diuinitarumque vim congregentur, sensu infidiles sibi pararent: denique ne plebs ostiosâ vitam transfigat, &c. Postea Roma etiam ob admirationem & inanem gloriam opes in illas expendebat. Harum vna adhuc ad portam Hostiensem in omnibus inclusa erectaque apparuit. Hanc C. Cestij Septemviri Epulonum sepulchrum fuisse dictavit: Blondus totius collegij Septemviorum Epulonum sepulchrū extitisse probat.

Epulones autem dicebantur, qui epulas dijs instituerunt de potestate habebant.

Horrea pop. Rom. cxi, inter Testaceum & Tyberim fuisse scribuntur.

In eodem ambitu ad Tyberim Hylerna lacus erat.

Capitam quoque oppidulum aliquando in iisdem locis extitisse quidam adserunt.

De meta qua Sudans dedita est, et Iouis simulachro.
Cap. VII

ESquiliæ iam ordine sequebantur, sed quoniam hæ ab ortu hyemali viâ Labicanâ, ab occasu conualtem cccc. pedum latitudine eandem viam complectentem, interierat, priusquam montem Esquiliatum accedamus, quæ in Labicana & conuale memoratu digna, recensēbimus. Ad Constantini igitur arcum triumphalem redeuntes (de quo superius) reliqua perséquemur. Ad hunc igitur arcum metæ antique lateritiae dimidiata rotunditas apparebat, quam metam Sudanum Viator appellat, quod ex aqua manasse aliquando fama sit, unde plebs ex proximi theatri spectaculis sitibunda, stitum extingueret.

In huius vertice gen'li Iouis simulachrum stabat: quod Maiores feedera facturi Iouis simulachrum adhibere consueuerint. Sed quia molestum erat, præserit si longinquis regionibus feedera ferienda erant, simulachrum secum ferre, autem accersere, simulachri loco sceptrum adhibebant, quod Iouem deorum regem tanquam prætem significaret.

De Amphitheatre Titi Vespasiani, ac de templo Fortune et Quietu. Cap. VIII

Inter montes Coelium & Esquilinas amphitheatru fuit. Hoc Vespasianus edificauit, postea Titus eiusdem Vespasiani filius dedicauit, & exornauit, Thermis iuxta cœterum extructis. Amphitheatrum, vulgo Colosseum à Nerois colosso, qui in portico domus Nerois extractus erat, vocabant. In eodem Theatri loco Nerois stagna prius fuit, de quibus in sequentibus, hoc libro. Amphitheatrum hoc etiam Arenam appellabant, quoniam soluti arena sparsum, vt decertatur leuius caderent, minusque offendenterent, sanguis denique citius absorberetur, ne athlete, quo minus alacriter aduersarium peterent, reformidarent: postremum vt vñcti pugiles ea conspersi, mutuo facilius apprehenderentur. Cœuae ipsa, quæ ludorum diebus linteis oppriebatur, hominum octoginta millia capiebat. Verum de hoc vide plura apud Plinium, Pomp. Lætum, aliosque rerum Romanarum scriptores.

Fulvius Flaccus adem Fortunæ iuxta hoc Amphitheatrum posuit tanto splendore, vt vix aliud templum magnificientia Romæ cum eo conferri potuerit. Præter hoc etiam alia multa Romæ tempora Fortunæ sacra fuerunt.

Quietis templi similiter in via Labicana extructum fuit.

De Esquilis. Cap. IX.

ESquilia à Varrone, sicuti etiâ ab alijs in plures diuiduntur partes. Et singulis partibus olim à ducibus, qui eam inhabitarunt ante urbem conditam, nomina sunt

indita: vt pars yna Cispinus, altera Oppius, tertia Septius, fit dicta. Verùm de his copiose Varro. A posteris mutata ea nomina sunt, vt audiemus. Esquiliæ ab excubis alij dictas putant: Nam cum Romulus Tatio non omnino consideret, ne scilicet clàm circumuetus obtruncaretur, aut regno ejaceretur, excubias nocturnas habere consuevit. Alij ab acupibus dictas existimat, qui illic quisquis proiectis, autibus illuderent.

Partem illam montis quæ secundum Labicanâ viam, quadraginta Martyrum, Clementis, sancti Petri in vinculis & Martini templis continetur, Carinartum nomine appellatam fuisse, probat Liuius. Ab ea parte, quoniam primum est in habitata, merito auspicandum videtur.

De Carinis, Curia Veteri, et Nova.
Cap. X.

Carinæ secundum modum & formam carinarum, & officia erant, intra Telluris templum constituta. Rurine harum adhuc prope templum sancti Petri in vinculis cernuntur.

Juxta eundem locum Curia quoque vetus à Romulo condita fuit. Noua vero prope Compitum Fabricium & dicata fuit.

De thermis Titi, et Philippi, Statua Laocoontis, Palatio Vespasiani, domo Balbini et Pompeij.
Cap. XI.

Thermarum Titi Imperatoris vestigia non procul à templo sancti Martini in montibus conspicuntur. Sunt namque illic cisternæ, quæ Capaces, hodie vulgo septem Salæ, à numero cisternarum nominantur. Hucusque Aurea Neronis domus extensa fuit.

Non longè ab eo loco, anno MDVI. Felix ciuiis Rom. in vinea sua Laocoontis statuam reperit. Hanc summi artifices Agelander, Polydorus, & Athenodorus Rhodij, ex vno lapide ipsum, liberos, draconumque mirabiles nexus, admirando artificio exprefserunt, sculpséruntque. Nunc Vaticanæ in Palacio Vespasiani, apud Titi Thermas visitur. Sed plura de hac apud Plinium. Historia ipsa apud Vergilium doctissime expressa habetur.

Post Titi Thermas, inter ortum & boream, ruinae alias quoque apparent thermarum. Has Philippi Imperatoris fuisse signis quibusdam illic intuentis confirmatur.

Supra Titi Thermas quidam Hadriani thermas colligunt, quia hic locus adhuc Hadrianeus appellatur.

Balbini domus in Carinis fuisse auctore Lampridio comprobatur.

Ibidem & Pompeij domus fuit, in qua Lenaeus liberatus eius Grammaticam docuit.

De Clivo Virbio, dominis Ser. Tullij, Aurea Neronis, Vergili, ac de turri Mecenatis et eiusdem Hortis, simulacrum de Fortune et Felicitatis templo. Cap. XII.

Pars ea Esquiliarum, quæ sancti Laurentij templo in Fontana imminet, Clivus Virbius est appellata. Illic & Fagutalis lucus, in qua Ser. Tullij domus fuit.

Neronis Aurea domus, id spaci quod à Palatijs ea parte quæ nunc sancti Gregorij adem habet, inter Constantini arcum, Colosseum, Carinas, Esquilias, & Mecenatis hortos fuit, totum occupauit: Quæ cum ipsa quoque Nerois incendio consumpta esset, eam ybi restituit Auream nominauit. Cuius amplitudo tanta fuit, vt in circuitu porticus triplices miliarias haberet. Stagnum præterea maris instar, ipsum denique circumseptum vrbis specie præbebat, iura item, & vineta, pascua, sylvas, pecudum & ferarum onine genus. Domus ipsa & porticus auro perfusa, gemmis distincta: denique nihil omnium quod ad voluptatem luxumque faciebat.

In vestibulo huius colossi, altus cxx. pedes. Hic Neronem defuncto, Soli dedicatus, nomine ipsum quoque permutauit. Colossum autem ab omnini primo inueniente denominatum putant.

In eadē domo quæ Fortunæ quoque inclusit Nero. Hec dea ex lapide sphengite, foribus eidem clausis, totam dominum illustrabat, tantum à se splendorem hic lapis prebeat.

bebat. Hanc Ser. Tullius primus consecravit, & à Segetibus Sciam denominauit.

Apud Diocletiani thermas via est qua dicit ad sancti Antonij adem in Esquilis, isthie turris celeberrima Meccenatis, in hortis eiusdem constituta fuit. Horti ipsi amoenissimi in Campo Esquilino erat. In his Priapus, de quo multa Vergilius, celebatur.

Iuxta Meccenatis hortos, Vergilius domus erat.

Felicitatis templum in parte domus Aurea, Neronis incendio absumpsum est.

Supra hortos Meccenatis Aggeres Tarquinij Superbi, mirabile opus, constituti fuerunt.

De Sisimini Basilia, Campo & foro Esquilino, Loco Querquerulanus, Iunonis Lacinae, & Marti, de jano & aera male Fortuna. Cap. XIII.

Basilica Sisimini in Esquilis apud adem sancte Mariæ Maioris fuisse memoratur.

Campus Esquilinus, prope Meccenatis turrim, inter montes, super Aggeres, & vrbis moenia est. Campus hic olim Foculus, quod cadauera in eo comburerentur nominatus. At quum nidor ciuitati officeret, tota ciuitas, cum Augusto, communi consensu, campum Meccenati donarunt; ex quo ille hortos suos elegantes admodum exornauit. De his Cicero, atque alij multa.

Forum item Esquiliu[m], in eodem monte fuit.

Parsilla Esquiliarum qua respicit Lucum Querquetulanum, Iunonis Lacinae lucum habuit.

In ijsdem Esquiliis, Fanu & aera Malæ Fortunæ fuere.

In via qua ad portæ Interaggeres ducebat, in ipsis Tarquinij aggeribus Gordiani arcus ex marmore, ornamen[t]is triumphalibus conspicuus fuit. Ex illius ruinis S. Gregorij in Damasio templum extructum.

De clinio Suburra, Arcu Galieni, Macello Lybie, via Prænestina, & Marij trophæis. Cap. XIV.

In capite Suburra, clivus Suburranus, ab ipso Suburra nominatus, facilem in Esquiliis ascensum præbebat. Mox apud adem sancti Viti, arcus triumphalis Galieni Imperatoris occurrit, ex lapide Tiburtino conspicuus.

Prope hunc Lybia, vel, ut alij volunt, Liuium Maccum fuit, hoc à Macello quodam denominatum non nulli volunt. Qui cùm in vrbe latrocina exerceret, deprehensus, & à Censorib[us] damnatus, domus eius publicata, vt illuc obsonia, & alia qua ad vi eti sunt necessaria, vendentur. Erita à Macello, vt dictu[m] est, nomen retinuit. Alij à domo que ibi diruta Macellum cognominata, alias in eisdem ruinis edificata, prioris nomen retinuisse.

Hinc via Prænestina principium capit, ducitque ad portam Esquilinam.

In via hac occurrit à sinistra lateritia moles semidiruta, in qua duo trophæa marmorea erecta, id est, cum spolijs trunci excitati. Haec à C. Mario triumpho Cimbrico ercta dicuntur. Quæ cùm Sylla disfecisset, C. Cæsar Dictator poeta restaurauit. Locus hic ab incolis hac adhuc extate Cimbrum appellatur. De trophæis cōsule Plutarchum, Valerium Max. & alios.

De domo Acliorum, Sacello Mariano, regione Tabernola, Thermis & domo Gordiani, Basilica Caij & Lucij, ac de Palatio Licijanis. Cap. XV.

A Eliorū domus in eo loco stetit, vbi nunc monimenta Mariana, & Sacellum Marianum est.

Esquiliarum pars plana, Esquiliis inter & Cœlium montem Basiliamque Lateranensem, hodie Merulana, pro Mariana, apud veteres Tabernola regio dicebatur.

Prope sancti Eusebij templi in Prænestina via, Thermæ & Gordiani domus adificata fuit. Thermarum ruinæ adhuc cernuntur, vnde facile earum amplitudinem splendoremque estimare licet.

Inter portam Esquilinam & Nauiam haud procul à mœnibus, ruinæ quadam insignes apparent. Hunc locum vulgo Galutij thermas vocant. Sed isthie olim insi-

gnis illa Basilia fuit, quam Cæsar sub nepotum Caij & Lucij nomine erexit.

Iuxta sancte Balbinæ adem, ad Vitum Pileatum, Palatum Licinianum stetit.

De aqua Martia sive Traiana, & Isidæ templo. Cap. XVI.

Quæ Martia ductus, per Tarquiniam portæ transiens, per Campum Esquilinum, ad Diocletianas thermas in proximos colles perducebatur. Hæc olim aqua Aufeia est appellata. Ortus autem ex Picentia scite in montibus Pelignorum, & per Marsos, & Fucinum lacum Romanum labitur: inter ceteras aquas quæ Romanum influunt, frigidiſima saluberrima que. Hanc An̄cius Martius in verbum perducere primum auspicatus, exceptit Q. Martius Rex Agrippa postremo aquæ ductum restituit.

Eadem Traiana quoque vocata à Traiano, qui eam in Auentinum perduxit. De aqua Martia lege plura apud Plinius & Frontinum.

Isidæ templum in Esquiline regione à P. Victore ponitur.

De Suburra, domo Cæsaris, & Leche, ac de vico Patricio. Cap. XVII.

Vburra vicus frequentissimus, à foro Romano incipit, & recta per forum Neru[m], ad elevatum Suburranu[m], de quo supra, hoc libro, vnde via Prænestina initium est, terminatur. Dicta est autem Suburra, quod sub terra Carrinarum muro fuerit, vel quod sub vrbe antiqua: vel, vt Varro existimat, à pago Succusano.

In Suburra vico Cæsaris domus prius dum adhuc tenui fortuna contentus esset, fuit.

Lupanaria quoque aliquot in eodem vico fuisse ali quando, scribit Martialis.

Vicus Patricius obliquè, à Viminali ad Diocletianas Theras finitur. De hoc vico plura superius libro præcedenti.

Lalia quoque domus in eodem vico exitit, vt Martia lise testatur.

De Suburra plana, templo Syluanæ. Cap. XVIII.

Viminalis ab occasu Quirinalis partem oppositam habet, valli vero interiacenti, planæ Suburra nomine fuit.

Ad radices fermè Viminalis è regione sanctæ Agathæ Syluanæ templum fuisse, multa extant indicia.

Decem item Tabernæ in eadem valle fuisse olim, à nullo nomen sortita.

Puteus quoque D. Proba, in eodem colle, quem Proba iuxta sanctæ Mariæ in Campo adem ipsa fecit.

De Viminali, Palatio Deij, Lanacro Agrippinae, Thermæ Olympiæ, & Novariæ, ac de domo Q. Catuli, Craſi, & C. Aquilij. Cap. XIX.

Viminalis collem, Varro inter Esquilias cōmemorat. Dictonis est autem Viminalis à Ioue Vimineo, cuius aræ in eodem monte erant, vel à viminu[m] illi crescentium copia.

In primo clivo, apud sancti Laurentij in Panis perna adem, Decij Imperatoris Palatium olim stetisse, exruis demonstratur.

Non procul ab eodem loco, versus sancti Vitalis templum, Agrippinae matris Neronis lauaca fuisse memoriuntur.

Olympiadis thermæ versus Suburram ponuntur, quærum vestigia in montis supercilio adhuc deprehenduntur.

Nouitiana item Thermæ, apud sancte Prudétia templum, in monte Viminali adificatae fuerunt.

Habuit quoque Viminalis tres nobilissimorum domus præclaras, scilicet M. Craſi, O. Catuli, & C. Aquilij. Harum vestigia adhuc in dorso collis eiusdem manifesta cernuntur.

In eodem olim sacrificium quoddam celebrabatur, quod Fagatal incola vocabant.

De thermis Diocletiani, Bibliotheca Vulpia, Campo Viminale, porta Interrogatorum, & Quirinali. Cap. XX.

Thermae Diocletianae in dorso Viminalis diruta et cernuntur. Atque ex earundem ruinis facile magnificenteriam, & splendorum earum colligere licet. Has Diocletianus & Maximianus Herculanus inchoarunt, in quibus extremitatis **XL** millia Christianorum seruili conditione multis annis laborarunt. Haec postea a Constantino & Maximiiano nouis Imperatoribus absoluta atque dedicata. De inani thermarum sumptu, quem impenderunt Romanis, lege Senecam, qui cum pulcherrime depingit.

In iisdem thermis Vulpia bibliotheca, ab Hadriano, vel utrali voluntate Traiano est translata fuit, in qualibet linte, elephantinique, principum gesta, S. C. autore Polione conscripta erant.

Post thermas super Tarquinij Superbi aggere, Campus Viminalis ad mœnia usque diffunditur. Ibidem Interaggeres porta adhuc clausa cernitur. Tametsi in Campo Elquinio posita verisimilis videatur.

Ibidem aquæ salientis puteus, quem Viuarium incolebant, ad hunc in eodem Campo animalia multisaria ab iisdem includebantur. Latibula ferarum adhuc quoque eorum conspicuntur. Ex quo etiam apud nos loca atrilibus nutriendis accommodata viuaria vocare consueimus.

Interstitium inter Diocletiani thermas & Constantini arcum, Vallis Quirinalis appellatur. In hac Romulum Proculo occurrit, tradunt.

In eadem Fortunæ Publicæ aedes sacra fuit.

De monte Caballo, Quirinali etymologia, Turri Militiarium, Balneis Pauli, Sacello Neptuni, Thermis Constantini, de domo & vico Corneliorum. Cap. XXI.

Mons quem hodie Caballum vocant, Quirinalis veteribus dictum, multis indicis & rationibus probatur, adeo ut nemini rerum Romanarum perito hic dubium relinquitur.

Quirinalis igitur montium ordine sextus, à fano Quirinii, Varro ne teste, nomen trahit. Secundum alias à Quirinibus, qui cum Tatio Curibus venientes, in eo castra posierunt. Collis hic oblongus: nam etiam eum collè complicitur, qui inter Collinam & Collatinam portam est. In hoc Luna Obeliscus, literis Aegyptiacis inscriptus: Secundum latitudinem à septentrione in meridiem usque ad turrim, nunc Comitium, porrigitur.

In primo clivo, supra Traiani forum, Turris Militiarum occurrit: ubi olim Traiani milites stationem habentes, turri nomen dederunt.

Eodem clivo Pauli Balinea extracta: Qui locus vocabulo corrupto, hodie Bagnana poli appellatur.

In defensu Quirinalis Suburram versus, Sacellum Neptuni aliquando stetit, id quod ex picturis & vestigijs sibi repertis apparet.

Hinc septentrionem versus Constantini Thermae fusile, ruine eius loci probant.

Domus Corneliorum, in Corneliorum vico, qui adhuc nomen retinet, extracta fuit. Verum de his alibi quoque plura.

De Saturni, Bacchi, Soli & Quirini templo, & Portico, Capitolio veteri, Sacello Iovis, Iunonis, & Minerue, & de domo Pomp. Attici. Cap. XXII.

In Corneliorum vico, de quo proximè mentio facta, statutæ duæ colosseæ erant, unum duorum, hi nudi, manus cornucopiarum tenent. Has Saturni & Bacchi statutas fusile putant, cum etiam in propinquio illorum templorum stetisse certum sit, & multis indicis, ipsis quoque ruinis comprobetur.

E regione Constantini Thermarum, in monte super cilio, dimidiata ex marmore turris, quam Messam incolæ vocant, videtur. Hanc ex Solis ornamenti ab Aureliano excitatis fusile putant. Coluit namque hic Imperator Soli precipue, ideoque in numismate, SOLI INVICTO, inscriptionem habet. Et matre eiusdem, Solis sacerdos, & obid templum Soli excitauit.

In dorso montis, prope dictas thermas equi duo apparent, Praxitelis, & Phidias opera constituti. Hos Tiridatis regis fuisse tradunt, & Romani translatos.

Ea Quirinalis pars quæ Martiam vallem respicit, mos cum templo Clatræ & Apollinis vocitata est.

Haud longè isthinc, post collem hunc aliud surgit clivus, ubi Capitolium vetus, facillum Iouis, Junonis & Minervæ fuisse, vetustis literis compertum.

A dextra, è regione locorum istorum, ad sancti Vitalis etem, Pomponius Atticus domum ab aucto hereditate accepta, cognomento Pamphilianam, inhabitauit. Hæc admodum amœna propter sylvam quæ illi imminebat.

Eo loco postea Quirini templum conditum, quod perpetuo clausum, quo arcanum esse significabant, Romulus humine iaceret, an in deorum numerum relatus esset.

Istic & porticus nominis eiusdem fuit, ubi componentes domum negotiorum, & spōsulariorum transfigendorum causa conueniebatur.

De Alta Semita, domo Sabini, Vico & statua Mamurri, foro & hortu Salustij, ac de Campo Scelerato. Cap. XXIII.

Alta Semita: à Thermis Constantini, ad portam Viminalis, per Quirinalis dorsum producta, quadrato lapide strata fuit.

In eadem via ad Malum Punicum, Flauij Sabini dominus fuit: in qua Domitianus natus fuisse commemoratur.

Vicus Mamurri, & eiusdem statua ad sanctæ Susannæ templum olim extitisse confirmatur.

Non longè ab eodem templo Salustij forum, & horti elegatissimi ad Campum Sceleratum, prope Collinam portam diffundebantur. Hortorum & Tiburtinæ viles adhuc vestigia extant, in valle profunda, inter montem ipsum, & viam quæ ad portam Salariam viam preberet. In colle Salustij domus conspicitur. Hæc incolis Salustium appellatur, de his vide Ciceronem & alios.

Vltra hortos Salustij, prope Collinam portam, locus est editus, illic olim Vestales incestus condemnatae, & via sepulcræ, ex eo totus ille campus, & via ipsa quæ ad huc ducit Sceleratus est appellatus.

De templo Salutis, Dij Fidij, Fortune Primigenie, Honorij, Herculis, Quirini, & Senatula mulierum. Cap. XXIII.

Quiritalis sacras aedes plurimas habuit, licet harum certis locis hodie ignorantur, veluti Apis, & Salutis, à Fabio pictore tempora depicta, ea Claudi tempore incensa sunt. A Junio Bibaculo Dictatore cum triumpharet de Equis, vota Censor locauit, secundò Dictator decidauit.

Sanctus & Fidius dij Sabinorum fuerunt. Hos, domo migrantes, secum cum omni supelleculi in monte Quirinali transtulerunt. Idque numen verbis quidem trinum, re vincum esse dixerunt. Tribus igitur ipsis templo uno in hoc monte adificato, ynius sancti nomine appellabatur. Obtinuitque huiusmodi nominis opinio sancti tis magnam vim obtinere iustitandum, quo in trino & ynico Numine Medium quis fidium affirmaret.

Fortunæ Primigenie in eodem monte Domitianus pratorurbanus templum posuit.

Herculis præterea templa, & Honoris in eodem monte fuere.

Senatulum item mulierum in Quirinali fuit, ubi prius quotannis solennibus diebus matronarum conuentus habebant.

Agonalia etiam in Quirinali celebrata fuisse, memoria proditum est.

De Foro Archimonij, Pila Tiburtina, domo Martialis, Circo Florilium, Florum templo, Officinæ minij, & Clivo publico. Cap. XXV.

Inter collem Hortulorum (de quo supra libro primo, & capitulo sequenti) & Quirinalem, vallis quadrata, & oblonga est, in eius parte, quæ Clatræ & Apollinis monte subiacet,

subiacet, Archimonium forum est. Nam eti quoque in eodem loco hodie constitutæ sancti Nicolai, cognomen tum de Archimoniis est.

Haud multo post locus est, Pila Tiburtina cognominatus. Illic domus Martialis stetit, ut ipse Martialis testatur.

Hac Circus Floralium sequitur, ubi quotannis in honorem Floræ deæ, Floralia festa celebrabantur. Flora autem Romæ scortum insigne fuit, quæ cum arte meretricia ingentes opes congregisset, pop. Rom. harem constituit, ea tamen sub conditione, ut annis singulis, eius diem natalem celebraret. Verum quum hoc & Senatus ridiculum videretur, pudenda scilicet rei dignitatem tribuere, deam Floram, quæ floribus praesertim confinxerunt, & eam festis his, ut arbores & fruges bene florescerent, ac prouenirent, placabant. Huic deæ templum etiam consecratum fuisse legimus.

Mox Officinae minij conficiendi occurserunt. Iuxta has etiam clivus Publicus.

De Colle Hortulorum, templo Solis, & sepulchro Neronis. Cap. XXVI.

Hortulorum collis pauca memoratu digna complectitur. Inter qua domus Pinæ Senatoris, qui & portæ & monti cognomen fecit, hodie enim mons Pinæ, & porta Pinciana dicitur. Domus vestigia, ad murum antiquum in eodem loco cernuntur. Adeo sem muros moles, forma hemicycli occurrit, quæ Solis templum fuisse autemant.

In eodem colle è regione sepulchri Marcelli, in via Flaminia, in Domitiani sepulchro, Neronis quoque sepulchrum exitit.

Hortulorum autem collis, à hortis, qui sub ipso, olim perpetuis irrigui aquis fertilissimi erant, nomine accepit. Ex colle hoc magistrati petituri in campum Martium olim descendebant.

DE VRBE PLANA ET THEATRO IN GENERE, LIBER SEXTVS. CAP. I.

Acertius quid quoque loco planæ vrbis constitutum fuerit, sciri posse, linea recta à Capitolio, per Pantheonam ad Tyberim prope sancti Rochi adem ducatur. Itaque vrbis propemodum in duas partes æquales distributa: altera pars à fronte & latere Tyberim: altera à foro Traiani, usque ad portam Flumentanam, ad Quirinalis, Hortulorumque collium radices constituerunt.

A theatro Marcelli igitur initio capto, ut haec tenus, loca ipsa recensentur. Theatrum itaque vox Graeca, viisorum Latinè dici posset. Primū autem apud Athenenses theatra sunt instituta, & id propter agricultores, qui diebus festis tempora deorum obibant: postea Roma instrui coepit, à M. Scauro, ligneum, & omnium maximum primum edificatum est. Causa enim hominum octoginta millia capiebat. Facta deinde theatra versatilia, que modò hanc, modò aliam facie ostenderent. Sed de theatris vide Cassiodorum & Vitruvium, qui copiosè de his scripsérunt, à quibus scilicet instituta primum, & quomodo edificata fuerint.

De Theatro Marcelli, & Bibliotheca, de portico & curia Octaviae. Cap. II.

Augustus multa sub alieno nomine edificauit, ut passim ab autoribus scriptum intueritur, inter quæ etiā Theatrum Marcelli reportis ex foro Octavia fuit. Huius pars adhuc inter Capitolium, & Tyberim, ubi nunc Palatium Sabellorum est, cernitur. Capiebat autem hominum octoginta millia. De hoc Theatro vide plura a pud Asconium.

Iuxta ipsum theatum, Octauia porticus, ab eodem Augusto in gratiam Octaviae fororis excitata. In ea Proserpine raptus, Bacchus, & Satyrus, Praxitelis opera fue-

re. Apollo, Diana, nouem Musæ Timarchitis opera. In hac porticu etiam Junonis adem ponit Plinius, & eiusdem deæ simulachrum.

Juxta eandem porticum Octauia Curia stetit, & fin ea Cupido fulmen tenes. Hæc curia olim id spaci, quod hodie D. Nicolai in Carcere, & sanctæ Mariae in Porticu occupabat.

Marcello defuncto, Octauia mater eius prope Theatrum Bibliothecam instituit. Primus autem Pyssistratus tyranus Athenis omnium disciplinarum libros publicè legendos posuit, Romæ vero Asinus Pollio.

De circo Flaminio, & templo Apollinis.

Cap. III.

Circum Flaminium in eo loco fuisse, ubi hodie Apothecæ obscuræ ad adem sanctæ Catharinae, vestigia adhuc demonstrant. Dictus est autem Flaminius circus, quod circum Flaminium campum edificatus fuerit: vel a cos. Flaminio, qui ad Trasimenum lacum occisus est. In hoc ludi Apollinares, equestresque celebrabantur. In hunc etiam Senatus sapè consultandi gratia ex Capitolo descendens conuenire consuevit. Neptunus quoque adem in eosacram habuit.

Apollinis templum in eodem loco fuisse ostenditur, ubi nunc sanctæ Marie templum est sub Capitolio, inter Forum Holitorium, & circum Flaminium, prope portam Carmentalem.

De Vulcani, Marti, Bellone, Hercule, Ioui Statoris templo, de Columna Bellica, Ara Neptuni, Porico Corinthia, & Collage Martis. Cap. IIII.

In Circo Flaminio tempora deorum celeberrima fuere, velut Vulcani, Martis, & Bellone quod versus portam Carmentalem fuit.

Ante Carmentalem portam, columna marmorea stetit, hanc Romani Bellicam cognominarunt. Erat enim bellum inferndi index. Romani antiquitus hunc morem bellum indicendi retinuerunt: quod Praeco, aut ex Fœcialibus viris in eam terram, cui bellum illaturi erant, cum alijs signis, hastam coniiciebat: verum cu imperio propagato remotissimis nationibus bellum septem indicendum esset, ne effete necesse, vt dixi, hastam in eam projicere, in dictam columnam, versus eam partem, quod profecturi erant, hastam figebant.

Herculi Magno, custodi circi Flaminij, adem in eo constituerunt, is enim in aditu, ab ea parte, ubi nunc sanctæ Lucie in Apothecis obscuris templum est, positus fuit.

M. Fultius Herculi Musarum, templum ex céforia pecunia posuit. Audiuerat namque in Cræcia Herculei Musageterem, id est, ducem, comitemque Musarum esse. Idem Fultius omnium Camœnaru simulachra ex Ambraciensi oppido Romanam trastulit, & sub Fortissimi numeris tutela consecravit, vt murtis auxilijs iuarentur, quies Musarum Herculis defensione, & virtus Herculis voce Musarum. Hanc adem vetustate deformatam: restituit Martius Philippus: Augusti vitricus.

In eodem circo etiam Iouis Statoris templum fuisse volunt.

Ibidem & aram Neptuni, quæ olim sanguine manavit, extitisse indicij quibusdam colligunt.

Octauia porticum, ab æreis columnis Corinthiam vocata, excitauit. Hæc intercircum & templum S. Nicolai stetit: & Chalcaria quoque appellata fuit.

Colossus Martis, apud circum Flaminium, in templo Brutii Callaici fuit.

De Portico Mercurij, & Octauia theatro, domo, atrio, & Portico eiusdem, ac de templo Veneris Vitrinii. Cap. V.

Nec circum Flaminij & Tyberim, in vestibulo, nunc ad S. Angelii in piscina, porticus extat, Mercurio, vel, ut alii volunt, Junoni sacra. Hanc igne exhaustam, L. Seprimus Seuerus restituit. Porticus vero qua in platea Iudæorum, quam Ceuram vocant, Seueri Imperatoris fuisse volunt.

C Pompeius

Pompeius inter Marcelli & Hadriani molem omnium primus mansurum theatrum extruxit, alia enim, spectaculis & iudis finitis demoliebantur, & cum opus erat, noua excitabantur. Hoc theatrum cum Pompeius magna ex parte absoluisset, Caligula extremam manum imposuit. Postea Theodoricus Oftrogatorum Rex instaurauit. Capiebat autem & hoc hominum LXXX. millia.

Prope hoc theatrum, etiam atrium, seu Curia fuit: Atrium hoc nunc Satrium vocant: & Pompeij domus, & ante domum porticus. Hac Pompeij aedificia, Philippo iudos scenicos celebrante, igne consumpta sunt. Iuxta idem Theatru, D. Claudius Tiberio Cesari arcu marmoreum excitauit.

Veneris Viatoris templum in eodem theatro fuisse aiunt.

De Thermis Agrippinis, Pantheon, etiā porticu, ac Boni Eventus templo. Cap. VII.

A Pompeij arcu versus septentrionem, thermæ Agrippinae occurunt, harum vestigia in eo loco, qui nunc Cyamella ab incolis appellatur, conspicuntur. Agrippinae autem ab ipso Agrippa, qui eas edificauit, denominate sunt. Legе Plinius Nat. Hist.

Prope predictas thermas templum antiquissimum, & inter virbis vetusta templa, hodie nobilissimum, ferè integrum adhuc manet, hoc, quia omnibus propemodum diis sacrum erat. Pantheon vocare placuit, hoc mundi, id est, sphaerica forma fuit. Hodie sancte Maria Rotundæ vocant. Huius templi saepe Plinius & alii meminere, ad quos lectorum remittimus. In huius templi pronaos Augusti & Agrippæ simulachra fuere: Martis quoque & Veneris. In Veneris simulachri auricula Cleopatra unio pretiosus pendebat. Minerua item simulachrum, Phidiae opus. Hercules insuper, ad cuius simulachrum Poeni humanis victimis singulis annis olim sacrificabant. In templum hoc multis gradibus, sicut & in cetera, ascendebatur: à veteribus enim templo in sublimi extruebantur: & vnicō tantum aditu. Porticum huic templo Agrippa addidit, opus admiratione summa dignum, quod à quibusdam Prothyron appellabatur. Porticus nihil aliud significat, quam & rūs lūpus: ornamentum aut vestibulum. De hac quoque multa hinc inde tradidere scriptores. Hoc templum primum D. Hadrianus, postea Antoninus Pius instaurauit.

Templi Boni Eventus vestigia adhuc quadrata & ob longa perspicuntur inter Minerue & sancti Eustachij plateas. Hic Deus olim colebatur, ut omnia prospere felicitateque evenirent. Simulachrum eius habitu pauperis, dextra pateram, sinistra spicam tenentis erat.

De thermis Neronianis & Alexandrinis, & de Circo qui Agon dicitur. Cap. VIII.

Post sancti Eustachij aedem, inter Pantheonis & Longobardorum plateas, thermarum & fornicium Neronis vestigia cornuuntur.

Prope has Alexander alias nouas, aqua quam Alexandrinam vocat, inducta, extruxit, splendidas admodum, & amenas. De quibus multa Lampridius, iuxta has Hadriani thermas fuisse quidam existimant, & in eo loco, vbi sancti Aloisij templum est, collocant.

In urbis Planæ parte celeberrima vestigia circi spaciofissimæ, quem hodie Agonem vocant, cernuntur: sic dictus, quod Agonalia, à Numa in Ianu honorem instituta, in eo ad diem i. x. Ianuarij celebrantur, vel quod omnis generis spectacula, quæ à Græcis agones dicuntur, in eo edere consuetudo fuerit. Hunc à Neronе vel Alexandro exstructum volunt, utpote quorum alia quoque ornamenti in eodem loco fuerunt: consueverunt enim Principes sibi in uno loco monumenta sua ponere.

De Neptuni templo, Terento, Ara Diutius, ac Palude Caprea. Cap. IX.

In ripa Tyberis, vbi nunc sancti Blasij, olim templum Neptuni habebat: id ab Hadriano restitutum. In eo tabulae qua naufragia picta habebant, reponebantur.

Terentus in campo Martio locus est, eò sic dictus, quod in eo ara Ditis occultata esset, vel, quod aqua Tyberis profluentis ripas eius loci tereret: Aut quod Euander ex Arcadia in eum locum profectus, cum classe constitueret.

Ilic Proserpinæ etiam aram sub terra bello Albano, vt ipsi solis cognita esset, occultauerunt.

In eodem Campo Palus Caprea quibusdam fuisse videtur, vbi Romulus subita tempestate exorta, è medio sublatus est. De qua re Liuius.

De domo Coruina, via Lata, & templo Iidis, Cap. X.

A Ltera virbis Planæ pars, secundum radices Quirinalis, à foro Traiani ad portam Flaminiam producitur.

In ea parte virbis, prope Capitolium, dormitus Coruina ab ea gente aedificata fuit, & in hunc usque diem vetustum nomen referuat, Macellum namque Coruorum vulgo dicitur.

Ab ea domo ad Septa campi Martij via lata, antiquo nomine retento, producitur. In eadem via S. Mariæ templum, cognomento, in via Lata.

In eadem via Iidis templum olim constitutum, prope Septa ad sancti Marcelli adē fuisse dicitur. Idis autem Egyptiorum dea fuit. Ea quoque Roma cum Osride, qui Serapis est cognominatus, colebatur. A quib. Iseum & Serapeum loca publica in regione Flaminia fuerunt. In Iidis autem templo cum incestus commissus esset, Tibérius sacerdotes eius templi crucib. affigi, & templum euerti iussit. Fuerunt etiā alia templa huius dea Romæ. Caracalla enim cius sacra Romam transfluit, & summa obscuratio coluit.

De arca Camilli, templo Minerue, & foro Suario. Cap. XI.

Descendenti à via Lata, Pantheon a versis, arcus antiquissimus occurrit, hunc Camillo quidam, sed falso, erectum putant, nam eius tempore arcus adhuc longo post tempore in ysi non erant, necesse est ergo alterius fuisse Imperatoris.

Mineruæ templum inter arcum hunc & Pantheon a extruxit Cn. Pompeius, in quo omnium suorum gestorum summam breuiter complexus est, & alia in honorem virbis Rom. insignia in eo constituit, atque exornauit. De hoc legе Plinius.

Ad Quirinalis radices, in Columnensem hortis, prope clivum, qui nunc in montem Caballum dicit, forum Suarium olim fuerat. Suarium autem à suis in eo venundandis dicitur. Varro namque teftis est, veteres loca constituta habuisse, vbi res peculiariter venderent, & ab ijs rebus locis ipsis quoque nomina imposita: Sic à bouibus, forum Boarium, à pisibus Piscarium, à suis Suarium, ab holeribus Holitorium forum vocatum, &c.

De Campo Marcio, sive Tyberino. Cap. XII.

Quoniam libro primo, de campo Martio, satis ybi fuit declaratum est, non erit necesse hinc repetere. Verum unde dictus sit Martius, breuiter hoc loco considerandum. Dictus est igitur Martius, quod Marti sacer esset. Nam Tarquinij regno eicetis, quicquid agrorum & fructuum quoque habebant, ijs qui nullos habebant, agros diuidebant, vnicō campo Martio excepto, hic quoniam Marti dicatus fuit, ut in eo ludi fierent, & cūuentus exercitaretur, fructus quoque, qui tum fortè creuerant, sacros existimabant, fas igitur non esse purabante eos distribui, sed in Tyberim coniiciebant, unde nata cit in aqua Tyberina, de qua infra, libro yltimo. Hoc campo igitur, præternatiam loci pratorumque amoenitatem, ornamenta etiam, & statua illustrium viororum in eo erigebantur. Et ex Capitolio cum ille locus angustus nimium esse ceperiset, propero ornamento, quo quotidianie inferebantur, multa ex eo in Campum Martium translata sunt. Hic campus Tyberinus dictus ab antiquis, sicut etiam Tyberis Martius.

De

De portico, templo, columna, & Palatio Antonini Pij, ac de Septembris, sine Quilibus. Cap. XIIII.

Intra Sciarra Pantheonisque plateas, iuxta sancti Stephani templum in Trullio, porticus cernitur, quam plerique propter eiusdem templi propinquitatem, Antonini Pij fuisse arbitratur. Columna in super Antonini haud procul distat. Hanc Colchis instar Traiani columnae (de qua supra) altissimam excitavit. Inter columnam hanc, & porticum, hic Imperator Palatum quoque insigne habuisse memoratur.

Inter eandem columnam & aquam Virginem, Septa Campi Martij fuisse dicuntur. Erant autem Septa loca tabulis ligneis inclusa, & vndeque vallata, in quibus Pop. Rom. in Magistratus creatione suffragia latus includebatur. Eadem ob ouilium similitudinem, Ouilia ab aliquibus sunt appellata: Hac à Liuio iuxta viam Fornicatam Flaminiamque ponuntur.

De monte Citatorum, Villa Publica, Templo Neptuni, & Ponte in Campo Martio. Cap. XIIII.

Sixtus inter columnam Antonianam, & sancti Laurentii in Lucina ad eam, tumulus qui nunc Citorus, pro Citatorum appellatur. Non quod mons eset, sed quod in eum, tanquam in montem, Pop. Roman. Magistribus creandis suffragia latus conueniret. Sunt qui Acceptiorum à suffragiis accipiendis: sive Septorum, à proximiis Septis nominatum existimat. Hunc colliculum ex ruinis porticus alicuius, aut villa Publica creuisse volunt. Fuit enim olim Villa Publica in modum Curiae, domus ampla: in hanc Legati hostium, quibus neque in urbem patebat aditus, neque in Graecos tasi hospitium concedebatur, recipiebantur.

Iuxta Septa, templum cum Portico pulcherrima Neptuno exornauit M. Agrippa, ut autor est Dionysius.

Apud Citatorum collem, & Antonini columnam ponis iuxta Septa erat, per quem citari datis suffragiis, ne latus se se imiscerent, & cui tulissent suffragium, significare possent, transeuntes superabantur.

De aqua Virgine, Lacu & Aede Iuturnae, ac Pietatis. Cap. XV.

Aqua Virgo, quæ adhuc potu sua vis antiquum nomen retinet, prope Salarium pontem concipitur, & profundissimo ducta cuniculo, per Collatinam portam influens, sub Hortorum colle attollitur: deinde arcuato opere per Martium campum deducta, multis accolitis aquam in ysum administrat, & Lucullanis hortis finitur.

In Martio campo etiam Iuturnæ, Turni sororis fons & Iacus aqua saluberrima fuisse dicitur: & hanc Nympham à iuuando Iuturnā dictam, recte affirmant, quod haec ægrotos iuuare putaretur. Locus ipse corrupto vocabulo, hodie Lotreglio appellatur. In eodem campo, ubi nunc Sancti Salvatoris templum est, Pietatis olim ex tisce memoratur.

De arcu Domitianæ, Obelisco campi Martij & Amphitheatro Claudi Imperatoris. Cap. XVI.

Arcus triumphalis mutilatus, ornamentisque omni bus nudatus, inter sancti Sylvestri & Laurentii in Lucina ædes sacras, viam amplexus Flaminiam, Domitiano Imperatori adjudicatur. Hinc præter alia indicia, illi addicunt, quod is Imperator multos ybiq; arcus excitatuit. Hunc autem arcum Tripolium vocant, ut qui à tribus ciuitatibus deuictis nomen accepit.

Obeliscus quoque in Campo Martio quem Augustus ex Hieropoli Aegypti civitate Romanam transtulit. Et præter insignia, & inscriptiones mirabiles que in eo videbantur: Augustus quoque alia, non minori admiratio ne ornamenta adiecit. Sed de his legere Plinium præstat.

Claudius Imperator iuxta Septa in campo Martio amphitheatum, statuis & columnis pulcherrime exornatum adiecit.

De valle Marria, Palatio & Portico Augusti, de Domitiani Naumachia, & Flavia gentis templis. Cap. XVII.

Vallis Marria à campo Martio nomen habet, inter Tyberim & Hortorum collem iacet, in hac, loco ceteris depressiori, Domitiani Naumachia, vbi natales pugnas olim commisit, apparent. Hoc loco antea Augusti Naumachiam fuisse, verisimile est, quæ cum à Domitiano repurgata esset, ab ipso postea nomen retinuit. Leg. Suetonius.

Iuxta hanc Naumachiam, Flavia gentis templum fuisse putatur.

In hoc campo Porticum, & Palatum Augusti adificatum fuisse, probat Julius Capitolinus.

De Augusti Mausoleo, & iuxta eum Obelisco duobus, deo Marcelli sepulchro. Cap. XVIII.

Augustus in valle Martia, interviam Flaminiam, & ripa Tyberis, juxta sancti Rochi ad eam, Mausoleum sibi & omnibus Imperatoribus, toti denique genti sua sepulchrum instituit. Moles haec instar turris est, quæ ad portam Populi constituta, & spoliata suis ornamentis cernitur: quam Marcelli sepulchrum fuisse volunt. Mausoleum autem propter Matillæ regis Cariae sepulchri similitudinem, quod ei Artemisia vxor extruxit, sicut etiam cognominauit Augustus. Leg. Cæsiodorum, Straboem & alios eadem de re.

Iuxta Augusti Mausoleum, obeliscos duos fuisse testimoniatur ruinarum vestigia.

De via Flaminia, Tropaea Marij, & quibusdam alijs ornamentis campi Marij in generis. Cap. XIX.

Con Flaminio, M. Lepidi collega, deuictis Ligurib. viam Flaminiam traxit. Hac à Placentia per Narianum, Fuligneum, Nuceriam, Callium, Fortunæ fanum, Pisaurum, Ariminum ducebatur. Vide Litium & Suetonium.

Inter Augusti Mausoleum, collemque Hortorum, tropaea Marij de Iugurtha fuere. Trophea autem, Varone teste, à ερεφ, voce Græca, quæ fugā significat, dicta sunt, quod hostium in fugam contierorum occisorumque spolia & exuiae in stipitib. suspensi consterunt esse. In Campo Martio, Sylla, Hirtius, & Pansa, Julia, Britannici, Drus, D. Claudij, & aliorum fortium virorum sepulchra fuerunt. Alia item innumera ornamenta, de quibus supra quoque hoc libro.

DE TYBERINO FLVMINE LIBER SEPTIMVS.

CAP. I.

Sequitur iam ordine Janiculum, tota que Transtiberina regio, sed quoniam hæc à reliqua urbe lumine Tyberi separatur, de eo quoque patica quadam dicere cōuenit. Et primum quidem nominis ratio explicadæ est. Tyberim igitur *in rīs īcīs*, dictum existimant. Siculeniq; cum Carthaginenses olim prælio superassen, ut eorum ciuitas firmior esset, fossam & aquam circumduxerunt, quam in hostiū contumeliam, *īcīs* vocarunt. Idem cum iuxta Romanam postea castra posuissent, fluminis hoc idem nomē *īcīs* posuerunt, prius Albula illi nomen erat. Alij à Tyberi, regge Thuscorum, qui in ripis eius occisus est. Varro à Tyberi regulo Veientium vicino, Tyberim nomen accepisse existimat: In sarcis Tyberinus, communis sermone Tyberis, in poësi Tybris legitur. Antiqui etiam Rumon, quasi ripas rumianas, dicebatur. Vna urbis parte Terentius, quod ripas terret, appellatus. Oritur autem in Appenino supra Arnum, tenuis primum: & antequam Romanam intrat, xl. amnis in se receptis, ita auctus excrevit, ut oneraria maritimæque naues, in eo Romanæ usque pertrahi posint. Hic Thraciam ab Umbribus, Sabinis, & Latinis dirimens, urbem à septentrione ingreditur, à meridie inter Hostiensem, & Portuensem, à dextris Janiculum,

C 2 à sinistris

à sinistris urbem relinquens, prope Hostiam in mare Tyrrhenum uno ostio exoneratur. In ripa huius, tanquam numini sacra, nihil edificare licet. Aluei quoque & riparum custodes constituti erat. Sed de flumine hoc Plinius & alia multa memoria tradiderunt.

*De Pontibus supra Tyberim extructis.
Cap. II.*

CVM Tyberis, ut dictum est, adeò profundus sit, vt etiam natus maximas ferat, pedib. transiri nequit, ergo pontibus instrutis, urbem Transyberinæ regioni coniungere necesse fuit. Primus itaque Hercules Cerio-ne occiso, pontem in eo loco, ubi postea Sublicius constitutus est, construxit. Ante urbem conditam etiam pons Sacer vocatus, Tyberim transibat, in quo homines dei-jciendo in Tyberim, Saturno sacrificabatur. Sed eos sacrificandi ritu per Herculem abrogato, iufit sirpea homi-num simulachra, quæ Argeos vocabantur, dei-jci. Post urbem conditam pontes extructi numero octo, scilicet Milvius, Aelius, Vaticanus, Ianiculensis, Cestius, Fabri-cius, Palatinus, & Sublicius: hos omnes præter Sublicium Totilas demolitus est.

De Ponte Milvio. Cap. III.

MIllius pons, quem nunc Molvium vocant, in via Flaminia situs est, & ultra primum lapidem ab urbe distat. Hic à M. Scauro in censura Syllanis temporib. extructus. Hunc sepe demolitum iterumque restauratum auit.

*De ponte Aelio, nunc sancti Angelii, Vaticano, sive Triumphali, ac Ianiculensi, sive Aureliano.
Cap. III.*

PONS, nunc sancti Angelii, olim Aelius, ab Aelio Hadriano denominatus. Is enim pontem ipsum, & iuxta sepulchrum, quod Hadriani Molem vocant, excitauit.

Infra hunc pons est, qui in Vaticanum montem & canapum mittit, & obid Vaticanum alio nomine verò Triumphalem pontem, quia per ipsum triumphantes in Capitolium lcti Ioui congratulatum ascenderent, cognominarunt. Huius pontis pilæ è regione S. Spiritus hospitali, in Tyberi adhuc evidenter.

Tertius à proximo Ianiculo Ianiculensis: & à via, vel porta Aurelia, Aurelij pons quoque dictus est. Antoninus Pius hunc marmoreum stravit: qui civilibus bellis demolitus Ruptus est dictus. Hunc postea Xystus III. Pont. Max. instaurauit, & suum illi nomen indidit.

De Ponte Fabricio, & Cefio. Cap. V.

POst Aurelium ponte stadio uno, è regione Theatri Marcelli, in medijs Tiberis flutibus, insula surgit: hanc prius pons Tarpeius, à rupe Tarpeia propinqua, postea Fabricius, à L. Fabricio, qui eo ponte insulam urbem coniunxit, est cognominatus. Idem pons nunc Quartuor capitum, à quatuor marmoreis simulachris quadri frontibus ad pontis aditum collocatis, appellatus est. At qui eandem insulam Transyberinæ regioni connectit, Èquulinus sive Cestius olim, nunc pons sancti Bartholomai est vocatus.

De Insula Tyberina. Cap. VI.

DE huius insula origine, suprà in descriptione Cam-pi Martii habuimus. Luius, & Dionysius etiam hanc historiam copiosè describunt. Habet hæc bipennis formam, ubi latissima est, teli iactum non excedit: Longitudo stadia circiter duo complectitur. Hæc olim Lycaonia dicta: Aesculapius, cuius simulachrum ex Epidau-ro in eam adiutum, sacra est. De Aesculapius, eiusque fano, lege Plinius.

Ioui item templum in ea est à C. Seruilio Duumiro dedicatum, à L. Furio annis sex ante, bello Gallico vota. In eadem insula propter Aesculapium in agris agri posueruntur. Et prope eiusdem dei templum erat Nofocomion, id est, agrorum fanandorum locus: quod hic Deus medicina inuenitor, cultorque esset.

Fauni in eadem fanum sunt, sed propter flumen hu-

ius vestigia vix apparent atque amplius. Fauntis primus dijs fana templo que consecratae dicuntur, & ob hanc causam ab eodem templo dijs sacra, fana sunt appellata. D. Iuli statua illic fuisse Cor. Tacito, & Suetonio autorib. comprobatur.

*De Ponte Senatorum, sive Palatino, & ponte Sublicio.
Cap. VII.*

INfia dictam insulam, ad teli iactum, septimus pons est, qui Senatorum à Senatoribus dicitur. Hic etiam à monte Palatino propinquo, Palatinus vocatus. Hodie ab æde sanctæ Mariæ vicina, sanctæ Mariæ Aegyptiacæ pons nominatur.

Sequitur ultimus pons Sublicius, qui etiam veteris sumus habetur, hic primum ligneus ad Auentini radices ab Anco Martio, sine clavo ferreo, & fulturis, contignatione sola ita compactus, ut belli tempore adimi posset. Sublicius autem à Subliciis, id est, magnis trabib. dictus. Aemilius Lepidus hunc postea lapideum compedit, & ex suo nomine Aemilium denominauit. Sunt qui ex marmore stratum velint, & inde pontem Marmoreum appellatum. In hoc olim pauperes à transiuntibus stipem petentes sedebant. Ex hoc facinorosi in Tyberim etiam precipitabantur. Hic quoque, ut alij pontes, sapè demolitus, ab alijs instauratus.

De Transyberinæ regione, Rauenatum, & Forti Fortune templo, Thermae Seuerianæ, hortis Cæsariorum, ac de aqua Alfitina, & de pratis Mutijs. Cap. VIII.

TRANSYBERINA regio, à monte Ianiculo, qui illi plurimus imminet, præcis temporibus nomen habuit: Rauenatum etiam urbem ab antiquis nominatam reperimus, à Rauenatum classe, qui cum Romanis auxilium tulissent, in Ianiculo habitandi potestas, ne aliquando ab hostibus mons occuparetur, est data. Et cum hæc regio à vilissimis horinibus, & torridas artes exercentibus incoleretur, nihil memorabile in ea proponendum, preter pauca quedam, fuit. Seuerinus Thermae illuc extruxit, Cæsar hortos & Naumachiam ibidem adornauit. Fortis Fortune templum quoque eadem regione Tiberij tempore dedicatum.

Alfitina aqua, ex Alfitino lacu, via Claudia in hortos Augstii, & Naumachiam perdueta, Transyberinæ regioni seruiebat. Hæc aqua Augusta etiam ab aliquibus est nominata. Vide Frontinum, qui de aquis Romanis copiosè conscripsit.

Mutius cum sé pro patria morti vtrò obculisset, à Populo Rom. regione trans Tyberim donatus est. Ethic locus prata Mutia, haic tempestate adhuc vocatur. Iuxta Naualia Transyberina olim Iudi piscatorij celebra-bantur.

*De sepulcro Numi, & Cecili poëta, Tribunali Aureliano, Ianiculo, & hortis Martialis.
Cap. IX.*

NVNE regis sepulchrū sub Ianiculo fuisse, arca eius, & libri illi longo post tempore effossi, cōprobant. Vide Luium, Solimum, &c.

Tribunal Aurelianum, & Naualia in eadem Transyberina regione fuisse, ab ijslem autoribus commonestrauit.

Ianiculo Janus, qui in eo habitauit, & postea sub eo sepulseris, nomen dedit. Hic eandem illuc civitatem adificauit, & fertur. Ianiculus etiam Antipolis dictus est, ut Roma Saturnia.

Cæcilius poëta sub eodem Ianiculo sepultus fuisse prædicatur. Martialis horti amoenissimi in eodem Ianiculo, ut ipse libro primo testatur, fuere.

*De monte ex Campo Vaticano, teniplo Apollini, & Martis, Naumachia, Circu, & hortis, ac de Obelisco.
Cap. X.*

VATICANUS mōs, & campus ipse, extra urbē in Transyberina regione situs, & eo loco ubi hodie est sancti

sancti Petri templum, & Pontificis Palatium: Vaticanus autem dictus est, à Vaticano deo, cuius instinctu vaticinia illuc edita, creditur antiquitas. Deum Vaticanum ideo dixerunt, quod penes hunc vocis humanae initia essent, quoniam pueri simulatque in lucem eduntur, huius dei syllabam primam statim proferunt.

Apollinis templū in Vaticano, eo loco fuisse putant, ubi hodie sanctae Petronillae & Martis, ubi sancta Mariæ cognomento in Febribus in via olim Triumphali est. Cellius scribit Iulium Paulum poëtam in Vaticano hortos habuisse.

Vallis Vaticana ibidem videtur, in hac Nero pro regendis equis spaciū inclusit. Conuenticula item & Cauponas ibidem adornauit. Hortos quo illic Nero habuit, ad varia Christianorum supplicia obtulit. Totum quocum spaciū inclusum Circum appellauit. Naualia præterea stagna, Naumachia illuc fuisse. Obeliscus quo Casarī in via Triumphali adhuc erebus conspicitur.

De via Triumphali, aqua Sabbatinā, sepulchro Scipionis.

Cap. XI.

Devia Triumphali etiam suprà mentio facta est, dea. Triumphalis est, quod pompa triumphalis per eam in Capitolium procedebat, hæc vt & alia, filice strata fuit. Continuabatur autem olim ad porticum posteriorem S. Celsi, & campum Floræ perebat, ab hoc templum olim Iunonis, nunc sancti Angeli: hinc ad sancti Georgii templum in Velabro. In Pontificibus hortis multa aliunde illuc translate compiciuntur antiquitates: ut Nili simulachrum, & omnia animalium in eo crescentium genera. Tyberis, cum lupa, vrbis conditoris vbera præbente. Apollinem cum arcu & spiculis. Laocoontis Itavia, de qua supra. Cupidinum iuxta Venetrem. Et alia multa illic in portico & hortis apparent.

Sabbatinā aqua, à Sabbatino Anguillariā lacu Romā perducta: postea ab Hadriano aqueductu restituto, in D. Petri Basilikam ad sacerdotum usum perducta.

In Vaticano campo, non longe ab Hadriani mole, metu, seu pyram olim stetit: sub qua Scipionis Africani sepulchrum fuisse ferunt.

De Mole Hadriani & Prati Quintijs.

Cap. XII.

A Elias Hadrianus, iuxta Aelium pontem, è regione Mausolei Augusti, ingentem molem, profuso sepulchro excitauit. In hoc primum ipsius, postea omnium Antoninorum cineres funere reconditi. Hæc hodie Pontificum praedium est. Eadem quoque Crescentij arx à Crescentio quodam duce factio, qui eum diu tenuit, denominata est. Vide Procopium.

Prata Quintia in Campo Vaticano, à Q. Cecinnato cognominata fuerunt. Lege Plini. Hodie Aprata nominantur.

De ijs que extra portam Flumentanam, & Collatinam fuere, vel nunc sunt. Cap. XIII.

Flaminia via primum extra portam Flumentanam occurrit. Hæc vt antè quoq; demonstratum, à Cn. Flaminio Ariminum usque perducta. Hanc silice intra urbem, extra urbem glarea stravit: Sic omnes qua Romæ sunt viae, munitæ dicuntur. In hac via Augustus pontes quatuor extruxit, quarum vestigia hodie vix apparent. Ad hanc Cæsar villam, quam ad Gallinas vocabat, habuit. Rationem nominis tradit Littius. Via Flaminia iuncta fuit Claudia, in qua Ouidij horti extiterunt.

Æmilia via, à Lepido Flaminij collega confrata, ab Æmilia regione, Bononiā usq; dicit. Æmilia autem viae duas fuisse perhibentur, una qua Flaminiam excipiebat: altera quam Scapus stravit, que per Pisias & Lunam in Sabatios ducebatur. Tyberina item via fuit, & Calsia, extra portam nunc Viridariam, qua Sutrium, Vettellam, Viterbiūque in Vulssinē mitterebat.

Clitellæ loca quedam sunt in via Flaminia, parum declivia deuexaque.

Extra Collatinam portam, via eiusdem nominis est.

De ijs que extra portam Collinam fuisse traduntur.

Cap. XIII.

Via Collinæ portæ Salaria vocatur, Sabini enim familiæ in urbem per eam inferebant. In ea Salarius pons fuit. Dicit autem Salaria in Sabinis: Excipitur vero à Numetana. In Salaria Veneris Erycinæ templum à Fabio Dictatore votum, dedicatum vero à L. Portio. Ibidem Veneris Verticordia simulachrum erat, si dicunt quod hominum à libidine reverteret animos. Honoris item templum & ara in ea: & Licinij Augusti consoris sepulchrum.

De ijs que extra Numentanam portam, & Interaggeres fuere, vel hodie sunt. Cap. XV.

Extra Numentanam via, nominis eiusdem incipit: Est hic Numentum. Eadem Ficulnenis, à figlinis in eo loco constitutis sic appellabatur. Nenia quæ cantu flebili, funeribus interesse solent, extra portæ hanc templum habuisse dicuntur. Ita alijs dijs immixtibus, qui humano generi nocere creditur, tempora, sed extra portam, vt minus noceant, constituerunt, vt Febru, Marti Ultori, Nemefi, &c. In Numentana via, circa templum sanctæ Agnetis, Bacchi vetustissimum templum appetat. In eadem Numentanis pons est, & Narfere eumacho extractus. Inter hanc & Salariam Suburbanum Neronis liberti fuit, in quo Nero mortem sibi consciuit.

Extra Interaggeres portam Castrum Custodiarum est, ubi milites Diocletiani in statione fuerant. Illic Viuarium quoque, nunc Viuariolum vocatum cernitur, ubi variæ bestie, ad voluntatem portiū quārum usum nutritiebantur.

De ijs que extra portam Esquilinam, Neuiam, Cælimontanam, & Gabius fuisse, vel sunt. Cap. XVI.

A Porta Tiburtina, via eodem nomine procedit, qua Tibur dicit. In ea pons Mameus est, vulgo Mamulo vocatur, nomen ab Alexandri matre, qua eum restaurauit, habet. Isthic & Puticola, à puteorum multitudine nominate sunt. Lucanus quoque pons, extra eandem portam Anienem transit. Ante Vetus, & Nouus extra eam portam concipiuntur.

Extra portam Esquilinam Labicana via est, & Prænestina. In Prænestina aqua Appia, ab Appio Claudio in urbem ducta initium sumit. Virgo aqua in eadem via milibus olim demonstrata, ex eo loco in urbem deducitur.

Verum de: quis Romanis vide Frontinum, hic cuiusque ortum, aqueductum, finem ac usum pulcherrime describit.

A porta Cælimontana incipit via Campana: que Latine iungitur: Inter Cælimontanam & Latinam Gabius porta constituta est, & ab hac via olim Gabius exibat, & hac Gabios ducebat, hi ad Prænestinam viam habuant.

De ijs que extra portam Latinam & Capenam fuere, vel sunt. Cap. XVII.

Latinæ via Latina porta & nomen & principiū dedit. Hæc per Leticanum, nunc Valmontanum ac Latinos produxit. In hac Fortune muliebris templum olim fletit, & eiusdem dea simulachrum. De hoc Valerius Maximus. In eadem via Tepula aqua concipitur. A porta Appia via eiusdem nominis egreditur, & ab Appio Claudio Capuam usque strata. Consule Strabonem.

Ad Capenam portam Martis Bellatoris, vel Gradiū templum fuit, & in eo Martis ancile. Iuxta idem templum lapis Manalis, qui in ciuitate per seccitatem allatus, statim pluia exorta, unde Manalis appellatus fuit. In via Capena Dea Bona sacrarium fletit: apud hoc Clodium & M. Papirium interfecitos affirmant. Iuxta Capenam portam ara Apollinis, Spei, Mineruæ, Honoriæ, templa fuisse aiunt. Tempestatis item adem à Marcello conditam. Ridiculi quoq; templū ibidem constituerunt. Cum enim Annibal in ea parte castra posuisset, irrisus illufusq; discedere coactus est. In Appia via pons Valentinus fuit, à Valente Imperatore extructus. In eadē prope Masicum montem Sinueffia est. Hæc via sepulchra insignia habuit,

C 3 vt Ca-

vt Calatinī, Scipionum, Seruiliorum, Metellorum, Tul-
liorum, Ennij, Pompeij, Horatiorum, aliorumq;. In ea
parte etiam campus, ybi Horatij depugnarunt, certiuit,
& in eo aqua & fonte Mercurio sacererat: ad hunc cum
Pop. Roma. accessisset, primus quisque in eam lauri ra-
num intinges, proximos eas spargebat, Mercurium in-
uocans, vt alperis peccata, præstertim periuria dele-
rentur. Lucas etiam Egera extra hanc portam fuit. Via Lau-
rentina in Appiam incidebat, in qua S. Sebastianus, in
eo loco, ybi Terminali deo, Terminalia festa celebrarūt,
passus fuisse dicitur.

*De ijs que extra portam Hostiensēm, & reliqua in ge-
nere. Cap. XVIII.*

AB Hostiensi porta incipit via Hostiensis, quæ Ho-
stiam ab Anco conditam ducit. Hæc colim Tergemini-
orum porta dicta, extra hæc emporiū à Liuio ponitur.
In Transtiberina regione portæ tres fuere, Portuen-
sis, Aurelia, & Fontinalis. A Portuensi, via eodem nomi-
ne incipit, & ad Holtiensem portum dicit. Illic Portun-
ni, portuum deo ædes sacra constituta. In qua Portunna-
lia festa in eius honorem celebrauerunt. Ab Aurelia por-
ta, yia Aurelia orditur, quæ per Thuscā maritima Pisæ
ducit. Eadem à Traiano, qui eam restituuit, Traianæst
vocata. In hac Galba Imperatoris horti fuerunt, & inijs
eiusdem sepulchrum.

F I N I S .

P V B. VICTORIS D E V R B I S R O- M A E R E G I O N I B U S E T L O C I S L I B E L L U S .

R E G I O P R I M A , F O R T A

Capena.

Vicus & A-
dis Camena
rum.

Vicus Drusia
nus.

Vicus Sulpitij Ulterioris.

Vicus Sulpitij citerioris.

Vicus Fortuna Obsequen-
tis.

Vicus pultuerarius.

Vicus Honoris & Virtutis.

Vicus Trium ararum.

Vicus Fabritij.

Ædis Martis.

Ædis Minerue.

Ædis tempestatis.

Area Apollinis.

Area Spei.

Area Galli, siue Thalli, siue
Callie.

Area Pinaria.

Area Carsura.

Lacus Promethei.

Lacus Vispiani vel Vespa-
fiani.

Balineum Torquati.

Balineum Vectij Bolani.

Balineum Mamertini.

Balineum Abascantiani.

Balineum Antiochiani.

Thermæ Seueriana.

Thermæ Commodiana.

Arcus diui Veri Parthici.

Arcus diui Traiani.

Arcus Drusi.

Mutatorium Cesariis.

Almo fluvius.

Vici.

Ædicula.

Vicomagistri.

Curatores. 2.

Capena.

Denuntiatores. 2.

Insulæ. 4. Mil. 250.

Domus. 120.

Horrea. 12.

Balineæ priuate. 82.

Lacus. 83.

Pistrina. 20.

Regio in ambitu continet
pedes. 12. Mil. 222.

R E G I O S E C U N D A , C A E L I

Montum.

T'emplum Claudiij.

Macellum magnum.

Campus Martialis.

Luparia.

Antrum Cyclopis.

Castra peregrina.

Caput Aphricæ.

Arborfæsta.

Domus Philippi.

Domus Victiliana.

Regia Tulli Hostilij tem-
plumq; quod is in curia
redegit ordinia fæ aucto,

id est, patrib. minorum
gentium.

Mansiones Albanae.

Mica Aurea.

Armamentarium.

Spolium Sarmarium.

Ludus matutinus.

Ludus Gallicus.

Cohortes quinq; vigilum.

Vici. 7.

Ædicula. 8.

Vicomagistri. 28.

Curatores. 2.

Denuntiatores. 2.

Insulæ. 3. Mil.

Domus. 133.

Horrea. 23.

Balineæ priuate. 20.

Pistrina. 12.

Regio in ambitu continet
pedes. 12. Mil. 200.

R E G I O T E R T I A , I S I S E T

Serapis.

Oneta Amphitheatrū

q; capit loca. 87. mil.

Ludus magnus.

Ludus Dacicus.

Domus Britiana.

Samium coragium.

Prætura presantisima.

Termæ Titi Cæsa. Augu-

gusti.

Thermæ Philippi Cæsa. Au-

gusti.

Lacus paftoris.

Schola quæstorum.

Schola Capulatorum.

Porticus Liuia.

Castra Misenatium.

Subura.

Vici. 8.

Ædicula. 8.

Vicomagistri. 24.

Curatores. 2.

Denuntiatores. 2.

Insulæ. 2757.

Domus. 160.

Horrea. 18.

Balineæ priuate. 80.

Lacus. 65.

Pistrina. 12.

Regio in ambitu continet
pedes. 12450.

R E G I O Q U A R T A , T E M-

plum paci.

T'emplum Remi.

Templum Veneris.

Templum Faustina.

Templum Telluris.

Via Sacra.

Basilica Constantini.

Basilica Pauli Æmilij.

Sacri portus.

Forum Transitorium.

Balineum Daphnidis.

Porticus Asidata.

Area Vulcani cum Vulca-
nali, vñlilotos à Romulo
fata, in qua

Area sanguine per biduum
pluit.

Buccina aurea, vel Bucci-
num aureum.

Apollo sandalarius.

Horrea Cartharea vel Ta-

starria, vel Teltaria.

Sororium tigillum.

Colosfus alt. 102. & semis,

habens in capite radios 7.

singuli pedum 22. & le-

mis.

Meta sudans.

Carina.

Domus Pompeij.

Auita Ciceronum Domus.

Vici. 8.

Ædicula. 8.

Vicomagistri. 32.

Curatores. 2.

Denuntiatores. 2.

Insulæ. 2757.

Domus. 128.

Horrea. 8.

Balineæ priuate. 75.

Lacus. 78.

Pistrina. 11.

Regio in ambitu continet

pedes. 13. Mil.

R E G I O Q V I N T A , E X Q V I-

linam cum turri & colle Vi-

minali.

Lacus Promethei.

Macellum Liuiani.

Nymphæum diui Alexan.

Cohortes 7. vigilum.

Ædis Veneris Erycinæ ad

portam Collinam.

Horti Planciani, vel Plau-

tiani.

Horti Mœcenatis.

Regia Serui Tulli.

Hercules Sullanus.

Amphitheatrū castrē.

Campus Exquelinus, & Lu-

cus.

Campus Viminalis sub Ag-

gere.

Lucus Petelinus.

Templū Iunonis Lucinæ.

Iugus fagutalis.

Domus Aquilij iurecōsulti

Q. Catuli, & M. Craſi.

Ara Iouis Viminei.

Minerua medica.

Isis patricia.

Lauacrum Agrippinæ.

Thermæ Olympiadis.

Vici. 15.

Ædicula totidem.

Vicomagistri. 60.

Curatores. 2.

Denuntiatores. 2.

Insulæ. 3850.

Domus. 180.

Lacus. 79.

Horrea. 23.

Balineæ priuate. 75.

Pistrina. 12.

Regio in ambitu continet

pedes. 15900.

R E G I O S E X T A , A L T A

femita.

Vicus Bellonæ.

Vicus Mamuri.

Templum Salutis in colle

Quirinale.

Templum Serapeum.

Templū Apollonis, & Cla-
treæ.

Templum Flore, & Circus.

Floralia.

Capitolium Vetus.

Ditus Fidius in Colle.

Forum Salutis.

Fortuna Publica in Colle.

Statua Mamuri plumbea.

Templum Quirini.

Domus Attici.

Malum Punicum ad quod

Domitianus, DD.

Templum gentis Flamq; &

erat domus sua.

Horci Salustiani.

Senatulum mulierum.

Thermæ Diocletianæ.

Thermæ Constantinianæ.

Balinea

| | | | |
|-------------------------------------|------------------------------|--------------------------------------|------------------------------|
| Balinea Pauli. | cata nuncupatur Curia. | tunda & parua. | Intus gradus 206. & fene- |
| Decem Tabernæ. | Templum Caltorum ad la- | Forum Piscarium. | stellas 56. |
| Ad Gallinas Albas. | cum Iuturnæ. | Ædis Matutæ. | Thermæ Hadriani. |
| Area Calidij. | Templum Concordie. | Vicus Itugarius, id est Thit- | Thermæ Neronianæ qua- |
| Cohortes 3. vigilum. | Equus æneus Domitiani. | tarus, ubi suntaræ Opis | postea Alexandrinæ. |
| Vici 12. | Atrium Mineruæ. | & Cereris cum signo Vor- | Thermæ Agrippæ. |
| Ædiculae 16. | Ludus Æmilius. | tumni. | Templum Boni euentus. |
| Vicomagistri 48. | Iulia porticus. | Carcer imminens foro à | Ædis Bellonæ versus porrâ |
| Curatores 2. | Arcus Fabianus. | Tullo Hostilio ædificata | Carmentalem, ante hâc |
| Denunciatores 2. | Puteal Libonis. | tus media vrbe. | ædæcolumna index bel- |
| Insulae 3505. | Iani duo, celebri mercato- | Porticus margaritaria. | linferendi. |
| Domus 145. | rum locus. | Ludi literarij. | Porticus Argonautarum. |
| Horrea 18. | Regia Numæ. | Vicus vnguentarius. | Meleagricum. |
| Balinea priuatae 75. | Templum Vestæ. | Ædis Vortuni in vico Thu- | laeum. |
| Lacus 76. | Templu deum Penatium. | sco. | Serapæum. |
| Pistrina 12. | Templum Romuli. | Elephantus Herbarius. | Mineruim. |
| Regio in ambitu continet | Templum Iani. | Vici 12. | Minerua Chalcidica. |
| pedes 15. Mil. 600. | Forum Cæsaris. | Ædicula totidem. | Insula Phelidij, Siue Pheli- |
| REGIO SEPTIMA, VIA Lata. | | | |
| L Actus Ganymedis. | Stationes municipiorum. | Vicomagistri 48. | dis. |
| Cohortes 7. vigilum, ali- | Forum Augusti cum æde | Curatores 2. | Vici 36. |
| ter primorum vigilum. | Martis Vloris. | Denunciatores 2. | Ædicula totidem. |
| Arcus nouus. | Forum Traiani cum tem- | Insulae 380. | Vicomagistri 220. |
| Nymphæum Iouis. | ple & equo æneo & col- | Domus 150. | Curatores 2. |
| Ædicula Capraria. | umnæ Cochlide que est | Balinea priuatae 66. | Denunciatores 2. |
| Campus Agrippæ. | alta pedes 128. habetque | Horrea 18. | Insulae 3788. |
| Templum Solis. | intus gradus 185. fene- | Lacus 120. | Domus 140. |
| Castra Gentiana, aliter Gi- | las 45. | Pistrina 20. | Balinea priuatae 63. |
| psiana. | Cohortes sex vigilum. | Regio in ambitu continet | Horrea 22. |
| Porticus Constantini. | Ædicula Concordiae supra | pedes 12867. | Pistrina 20. |
| Templum nouum Spei. | Cræcostasim. | REGIO NONA, CIRCUS Flaminius. | |
| Templum nouum Fortunæ. | Lacus Curtius. | S Tabula 4. factionum. | R EGIO DECIMA, PA- |
| Templum nouum Quirinæ. | Basilica argentaria. | Ædis antiquæ Apollinis | latium. |
| Sacellum Genij Sangi. | Vmbilicus vrbis Romæ. | cum lauacro. | V icus Padi. |
| Equi ænei tiridatis. | Templum Titi & Vespasi- | Ædis Herculi magno custo- | Vicus Curtarum. |
| Forum Suarium. | ani. | dici circi Flaminij. | Vicus Fortuna respiciëtis. |
| Forum Archemorium. | Basilica Pauli cum Phrygijis | Porticus Philippi. | Vicus salutaris. |
| Horti Argiani. | columnis. | Ædis Vulcani in circa Fla- | Vicus Apollinis. |
| Pila Tyburnina. | Ficus Ruminalis in Comi- | minio. | Vicus clivusque diei. |
| Ad manfuetos. | tio vbi & Lupercal. | Mimitia vetus. | Roma quadrata. |
| Lapis pertusus. | Ædis Væiouis inter Arcem | Mimitia frumentaria. | Ædis Iouis Statoris. |
| Vici 10. | & Capitolium prope A- | Porticus Corinthia CN. O- | Casa Romuli. |
| Vicomagistri 40. | ſylum. | ctauij, que prima du- | Prata Bacchi, vbi fuerunt |
| Curatores 2. | Vicus Ligurum. | plex fuit. | ades Vitruuij Fundani. |
| Denunciatores 2. | Apollo translatus ex Apol- | Crypta Balbi. | Ara Febris. |
| Insulae 385. | lonia à Lucullo 30. cubi- | Theatrum Balbi. Capitulo- | Templum Fidei. |
| Domus 120. | tum. | ca 30245. | Ædis matris deū, huic fuit |
| Horrea 25. | Ædicula Iumenta. | Cæsar dedicatuit & appella- | coterminum delubrum |
| Pistrina 16. | Porta Carmentalis versus | turæ Vicinitate. | Sospita Iunonis. |
| Balinea priuatae 75. | circum Flaminium. | Iupiter Pompeianus. | Domus Ceioniorum. |
| Lacus 76. | Templum Carmentæ. | Theatrum Marcelli. Capit- | Suelia. |
| Regio in ambitu continet | Capitolium vbi omnium | loca 30000. vbi erat ali- | Iouis Cœnatio. |
| pedes 12700. | deorum simulachra cele- | ud templum Iani. | Ædis Apollinis vbi lychni |
| REGIO OCTAVA, FORVM Romanum. | | Delubrum CN. Domitij. | pendebant instar arbo- |
| R Ostra populi Romani. | Curia Calabra, vbi ponti- | Carcer 160. virtum. | ris mala ferentis. |
| Ædis Victoriae, citalia | flex minor dies pronun- | Templum Britti Callaici. | Ædis deæ Viriplacie in Pa- |
| ædricula Victoriae virginis | ciabat. | Villa publica, vbi primum | latio. |
| dd. à Portio Catone. | Templu Iouis Optimi Ma- | populi cœsus est actus in | Bibliotheca. |
| Templum Julij Cæsaris in | ximi. | campo Martio. | Ædis Rhamnusia. |
| foro. | Ædis Iouis Tonatis ab Au- | Campus Martis. | Penthapylon Iouis arbitra- |
| Victoriæ aureæ statua in te- | gu. dd. in Cliuo Capito- | Ædis Iuturnæ ad aqua Vir- | toris. |
| plum Iouis Opt. Max. | linno. | gineam. | Domus Augustana. |
| Ficus Ruminalis & Luper- | Templum Minervæ. | Sepratrigaria. | Domus Tyberiana. |
| cal virginis. | Horrea Germanica. | Equaria. | Sedes imperij Romani. |
| Columna cum statua M. Lu- | Horrea Agrippina. | Horti Lucullani. | Auguratorium. |
| dij. | Aqua cernens IIII. Scauros. | Fons Scipionum. | Ad Mammæ, hoc est, Die- |
| Cræcostasis. | Forum Boarium. | Sepulchrum Augustorum. | xx. |
| Ædis Opis & Saturni in vi- | Sacellu Pudicitiae patricia. | Ciconiæ nixa. | Mammæ. |
| co Iugario. | Ædes Herculis Victoris | Pantheon. | Ata Palatina. |
| Miliarium aureum. | duæ, altera ad portæ Tri- | Theatrum Pompeij. | Ædis Iouis Victoriae. |
| Senatum aureum. | geminam, altera in foro | Basilica Macidij. | Domus Dionysij. |
| Pila oratia, vbi trophæalo- | Boario cognomine Ro- | Basilica Martiani. | Domus Q. Catuli. |
| | | Templu diui Antonij cum | Domus Ciceronis. |
| | | Cochlide columna que | Ædis Dijouis. |
| | | est alta pedes 175. habet | Velia. |
| | | | Curia |

Curia Vetus.
Fortuna Respicens.
Septizonium Seueri.
Victoria Germaniciana.
Lupercal.
Vici 6.
Ædicula totidem.
Vicomagistri 24.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulae 2644.
Domus 88.
Lacus 80.
Horrea 48.
Pistrina 20.
Balinea priuata 15.
Regio in ambitu habet pedes 12600.

R E G I O V N D E C I M A , C I R C U S M A X I M U S .

Circus Maximus qui caput loca 385. Mil. 12. porta.
Templum Mercurij.
Ædis Ditis patris.
Ædis Cereris.
Ædis Veneris opus Fabij Curgitis.
Ædis Portunni ad pôtem Aemiliij olim Sublici.
Porta Trigemina.
Salina.
Apollo Coelispex.
Ædis Portunni.
Hercules Oliuarius.
Ara Maxima.
Templum Castoris.
Ædis Cereris.
Ædis Pompeij.
Obelisci duo, iacet alter, alter erectus.
Ædis Murria.
Ædis Consi subterranea.
Forum Holitorium, in eocolumna est Laetaria, ad quam infantes lacte alienados deferunt.
Ædis Pietatis in foro Holitorio.

Ædis Iunonis Matutae.
Velabrum maius.
Vici 8.
Ædicula totidem.
Vicomagistri 32.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulae 1600.
Domus 89.
Balinea priuata 15.
Horrea 16.
Lacus 60.
Pistrina 12.
Regio in ambitu continet pedes 1500.

R E G I O D V O D E C I M A , P L A T I A M U L T A .

Vicus Veneris almae.
Vicus pisticinae publicae.
Vicus Diana.
Vicus Ceios.
Vicus Triari.
Vicus aquæ salientis.
Vicus Laci recti.
Vicus Fortunæ Mammosæ.

Vicus Colapeti pastoris.
Vicus portæ Radusculanae.
Vicus portæ Nauiae.
Vicus Victoris.
Horti Asiniani.
Area radicaria.
Caput via nouæ.
Fortuna Mammosæ.
Ils Antenodoria.
Ædis Bonæ deæ subfaxanæ.
Signum delphini.
Thermæ Antoninianaæ.
Septem domus Parthorū.
Campus lanatarius.
Domus Chilonis.
Cohortes 3. vigilum.
Domus Cornificij.
Priuata Hadriani.
Vici 12.

Ædicula totidem.
Vicomagistri 48.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulae 2486.
Domus 114.
Balinea priuata 44.
Lacus 80.

Horrea 26.
Pistrina 20.
Regio in ambitu habet pedes 12000.

R E G I O D E C E M T E R T I A A U E N T I N U S .

Vicus Fidij.
Vicus frumentarius.
Vicus trium viarum.
Vicus Ciceri.
Vicus Valeri.
Vicus Laci miliarij.
Vicus Fortunati.
Vicus capitis Canteri.
Vicus trium alitum.
Vicus nouus.
Vicus Loreti minoris.
Vicus armilustri.
Ædis Consi.
Vicus columnæ lignæ.
Minervæ in Auentino.
Vicus Materiarius.
Vicus mundiciei.
Vicus Loreti maioris ubi erat Vortunnus.
Vicus fortunæ dubiaæ.
Armillustum.
Templum lunæ in Auentino.
Templum commune Dia naæ.
Thermæ Varianæ.
Templum Libertatis.
Doliolum.
Ædis Bonæ deæ in Auentino.
Priuata Traiani.
Renuria.
Atrium Libertatis in Auentino.

Mappa aurea.
Platanon.
Horrea Aniceti.
Scalæ Gemoneæ.
Porticus Fabaria.
Schola Calisij.
Templu lunonis reginæ

Camillo DD. Veij captis.
Forum pistorium.
Vici 17.
Ædicula totidem.
Vicomagistri 74.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulae 2488.
Domus 103.
Balinea priuata 64.
Lacus 78.
Horrea 26.
Pistrina 20.

Regio in ambitu habet pedes 1600.

R E G I O X I I I I . T R A N S T Y B E R I M .

Vicus Censorij.
Vicus Gemini.
Vicus Rostrati.
Vicus Longi aquila.
Vicus statua Siccianæ.
Vicus quadrati.

Vicus Raciliani maioris.
Vicus Raciliani minoris.
Vicusianiculenfis.

Vicus Bructanus.
Vicus larum ruralium.
Vicus statua Valerianaæ.

Vicus Salutaris.
Vicus Pauli.
Vicus Sex. Lucei.

Vicus Simi Publici.
Vicus Patrilli.
Vicus Laci restituti.

Vicus Saufei.
Vicus Sergi.
Vicus Ploti.

S E N A T U L A T R I A .

Vnum inter Capitolium & forū, vbi magistratus cum senioribus deliberant alterum ad portam Capenam: tertium citra ædem Bellonæ in circu Flaminio, vbi dabatur sénatus legatis quos in urbem admittere solebant: quartum sénatulum matronarum in Quirinale Antoninus pius Balsianus filius fecit.

B I B L I O T H E C A E .

Vndetriginta publicæ, ex ijs præcipue duas Palatina & Vlpia.

O B E L I S C I M A G N I S E X .

Duo in circu Maximo, maior est pedum 132. Minor pedum 88, & semis. vnum in Vaticano pedi 72. vnum in campo Martio pedi 72. duo in Mausoleo Augusti pares singuli pedis 42, & semis.

O B E L I S C I P A R V I .

xlii. in plerisque sunt notaë Egyptiorum.

P O N T E S V I I I .

Molinus, Aelius, Vaticanus, Janiculus, Fabricius, Cestius, Palatinus, Aemilius, qui autem Sublicius.

C A M P I V I I I .

Viminalis, Exquillius, Agrippæ, Martius, Codetanus, Bructanus, Janatarius, Pecuarius: Vnus vitra Tyberi campi Vaticanus extra numerum.

F O R A X V I I .

Romanum, quod dicitur Magnum, Cæsarî, Augusti, Boarium, Transtorium, Holitorium, Pistorium, Traiani, Aeneobarbi, Stuarium, Archemorium, Diocletiani, Gallorum, Rusticorum, Cupedini, Piscarium, Salutis.

B A S I L I C A E X I .

Vlpia, Pauli, Veltim, Neptunij, Macidij, Martiana, Vastel-

Vastellaria, Floselli, Sicimini, Constantiniana, Basilia
Portia à Portio Catone facta.

THE RMAE XII.

Traiani, Titi, Agrippæ, Syriacæ, Commodianæ, Seuerianæ, Antonianæ, Alexandrinæ quæ Neronianæ, Dicletianæ, Decianæ, Constantinianæ, Septimianæ.

IANI.

Per omnes regiones incrustati & adornati signis duo
præcipui ad arcum Fabianum superiori inferiorique.

AQVÆ XX.

Appia, Martia, Virgo, Claudia, Herculanea, Tepula,
Damaata, Traiana, Annia, Halsia, siue Halfientena quæ
Augusta, Cærulea, Iulia, Algentiana, Ciminia, Sabbatina,
Aureha, Septimiana, Seueriana, Antoniana, Alexandria.

VIAE XXIX.

Appia, Latina, Labicana, Campana, Praenestina, Ti-


burtina, Collatina, Noemantana, quæ Figulenſis, Salaria, Flaminia, Aemilia, Claudia, Valeria, Ostiensis, Laurentina, Ardeatina, Setina, Quintia, Gallicana, Triumphalis, Patinaria, Ciminia, Cornelia, Tiberina, Aurelia, Cafisia, Portuensis, Gallia, Laticulensis, Capitolia 2, vetus & nouum, Amphitheatra 2, Colofsi 2, Columnæ Cochlidæ 2, Macella 2, theatra 3, ludi 5, naumachie 7.

NYMPHÆA XI.

Equi ænei inaurati 24, equi eburnei 49, tabulæ, signa
fine numero: Arcus marmorei 36, lupanaria 45, latrinae
publicæ 144, cohortes prætoriæ 10, cohortes urbanae 4,
cohortes vig. 6, excubitoria 14, vexilla 2, communia, ca-
stra peregrina, castra Misenum, castra tabellariorum,
castra lectoriariorum, castra viçtimariorum, castra
Salgamariorum, castra Salicariorum, castra
equitum singulorum 2, Menœ o-
learia 24000.

FINIS.

HENRICH



HENRICI LORITI·GLA
REANI, PATRITII CLARONENSIS
APVD HELVETIOS, IN OMNES, QVI QVIDEM
EXTANT, T. LIVII PATAVINI CLARISSIMI HISTO
RICI LIBROS, ANNOTATIONES.

AUGVSTISSIMO INVICTISSIMO,
QUE IMPERATORI CAESARI CAROLO V.
HENRICHVS GLAREANVS S. D. P.




AVDsum nescius, inuidissime Imperator Carole, quām multorum hominum, etiam eximie doctorum, graue iudicium sim subiuris, quod authorem tam praeclarum, & in hominum manutam frequentem, emendandum mihi desumpserim: quibusdam frustre neum labore esse existimantibus, quod multi & celebres hercule viri idem negotij tradarint, quibusdam etiā temerarium censemib; quod nihil videatur in eo authore reprehensione dignum. Sed virisq; (quando id res postulat) restitendum duximus. Primum scio nos inficias ire non posse, quin multi & praestantes viri, multa & praeclaria in eo authore emendarint, studioisq; virile opere praeceperint. Sed idem illi tamen diffiteri non possunt, quin multa in discussione dubia, ac mutila reliquerint posteris diligenter pensanda: quod nobis quoque confidendum. Nam ut nominatum de Antonio Sallico dicam, homine citra controueriam docto, si quidem illi, praeter annotata paucula quedam, reliqua fuerunt perspecta, ne ille felix omnino mihi censemitur, quando eius codex immensis tot mendis scabebat. IANIParrhaj annotationes, de quibus in prefatione Commentariorū in Claudianum mentionem facit, ad manus nostras nō pervenerunt, quare de ipsis iudicium ferre nequimus. LAURENTIUS in quosdam libros vidimus, que sunt, ut omnia cens authoris, argute, doctae, ac eo dignae. Nostra certe atate in hoc authore emendando celebres officinae librariorū laudabiliter Iouē simulatione, inter se certasse videntur, Aldina, Badiana, ac Frobeniana: sed vicit, meo quidem iudicio, longè Frobeniana editio, opera ac diligentia D. R. E. A. T. Rhenani & Sigismundi Gelenii, doctorum virorum, fulta. Verum iij tamen pauca de ipsis attigerunt, que nos antea annotaueramus, nec adhuc edideramus, alioqui nostra delere & supprimere non dubitassemus. Exemplaria illi secuti sunt vetusta, que nos quoque vidimus. Sed quae ad historiae emendationem, & plerunque ad temporum rationem, Romanorumq; magistratum nomenclaturam pertinebant, ea (nisi fallor) nos diligentius inspeximus, ut lector ipse iudicabit, simul atque nostra cum alijs conferet, quare neutiquam hunc nostrum post tot eximios viros labore frustramus exigitamus. Verum enim uero, quandoquidem multi obſrepunt, temere uirum esse quicquam in tali authore vellicare: obuiandum sive & horum opinioni putauimus, ne audacia culpam, aut crimen patris agnosceret videremur. Primum, cum in cōfesso sit, ab historico abesse prorsus debere omne odiū: solamq; illi rerum gestarum veritatem ob oculos ponendam: quam verēdū obseruārit Liuius, vel binc astimari poterit. Nam ut de Germanis, Hispanisq; cōximis diuabus nationibus, sacream, Gallos hercule, gentē omni atate illusarem & bellicosam, maxime autem e tempore, quo Liuviana decurrit historia, nunquam definit odiosi tradare, eleuare, nonnunquam etiam pugnaciam de ea dicere, homo in Cisalpina Gallia natus, quod nos in his annotationibus, sed obiter, aliquot locis indicauimus. Deinde si quis veterem Romani imperij originem apud Dionysium legat, accum Liuviana breuitate comparnuerit, videbit opinor nos haud immerito praeulisse Dionysij curam ac diligentiam Liuij se fissioni: adeò circumspēde omnia Dionysius, adeò negligenter Liuius ea tractasse videretur, quod ex Dionysio nos de classibus, Laurentius Vallus de Prisci Tarquinij nepotivis reprehendit. Num de plebis in sacrum montem secessione, de Cn. Martio Coriolano, de Decemviris, minium acciām apud Liuium esse historiam manifestius est, quam ut apud peritos probari oporteat. Iam si quis Herodoto praeferat Liuum, quid ille sepius fabulas narrare videatur, inspiceat quæsio vel primo libro ab Urbe condita (ut alios inter omittam) Hercules & Euandri colloquium: dein & Caci fabulam: ut nihil dicam de Proculi renuntiatione, de Diana boue à Sabino immolata, de Bruti baculo, de papaveribus à Tarquinio decusis: an non sunt hac his que Herodotus narrat, per quam similia? Quanquam hac non eo pertinent, ut Liuij gloria his obiectis, quæ forsan excusationem sufficiant, eleuari cupiam: quod alijs quoque in libris nostris testati sumus: sed ut lectori ostenderem, non minus magnos autores cū indicio legēdos esse, atq; dubios, ac non ita magnos. Liuius senex historiā scriptissime dicitur, diuersos ac magnos secutus autores, ut in prefatione ipse fatetur. Non igitur mirum, si & sapientia memoria labatur, & nonnunquam diuersa ac proprie contraria scribit. Nec me fugit vulgatam esse opinionem, animis hominum penitus in istam, & multis ita persuasum, ut si contrarium dixeris, insanus prorsus videaris: nempe Romanos historicos longè preferendos in historiis veritate esse Græcis. At per me licebit ita perpetuò opinetur qui volent: mihi sive nego, Quintilianus in primis gravis author, neque quisquam alijs, quantumvis subtilis orator, hoc persuadet, ut Liuium Herodoto & quicq; tantum abest ut eundem Liuius possit ponam. Sed non est opus hic eam rem longius profequi, in qua plures habiturus sum reclamatores. Adrem nostram redeo, Ego pro communa omnium studiorum virilitate hunc sibi laborem, non pro gloria auctiōne gratia, qua rīa, nostra quidem atate, plurimi graffantur, non carpendi studio, quæ sic longè plures rūnū crescent, non denique temere ac sine iudicio, quod ipsum quoque pluribus hodie quam dicere vel videam vel vellim, in vīsu es. Si lectoris gratiam inde nanciscar, satis præmij laborum meorum tulero: magis tamen eiusdem fructum ac virilitatem spectati, ut quo pacto, quo iudicis magni autores, exemplo Laurentij Vallenii, optimi ac doctissimi viri, legendi sint, animaduertat. Non de-

finet

finis auctōr magnus esse, etiam si alicubi labatur, humanum peccatum est error, & nemo adeo prouidus ac circumspctus est, qui non aliquando labatur, ut recte Laetantius Firmianus, Christianæ eloquentia lumen, admonuit. Hoc magis virtutis lumen, ita cuiquam quenquam affectum esse, ut in eo nullum errorem, nullum esse nescium pertinaciter defendat, quales hodie multos nouimus. Sed neq; illis auctoribus sunt, qui tam impotenter clamant, ac impudenter adscribunt, si quis in magno auctore quicquam reprehendit, quasi illi non fuerint homines, cum sepe codicū fides, non ipsi auctores culpentur. Mordetur Valla à Poggijis, Facijs, Morandis, Raudensibus, in eo quo clarissimum meruerat triumphum. Nulli, inquit, percit. Nulli barbarorum percit, & recte, mea quidem sententia. Imò ne in hoc quidem culpandus, quod auctore lingua Latina, in Virgilio, sua mater: In Terentio, amore sui, at suis fuerit reprehendere. Quoties Donatus Terentij quedam reprehendit, & Virgilij Servius? quin in hos quo clamant inuidi? Non in auctoreis inuehimur, si errores damnamus, quorū plerique iniuria temporum acciderunt, quidam etiam humana imbecillitate, pauci fortas etiam auctorum vel prauo iudicio vel affectu. Et tempore Liui quis credidisset imperium populi Romani eò deuenire posset? Prudentes, inquit, poterant. Sed ea turba non tum solū, verū omni tempore exigua & fuit, & est hodie, & erit perpetuò, quæ causa Liui fuit, opinor, ut ubique in Gallos debaccharetur, bellus vocando, stupidos, ac corporibus diffuentes, ratus forsitan Gallos semper Romanis fore subiectos, ut erant, quando ipse historiam scribebat. Verū huc ingenuo homini, & qui a posteriori sua scripta legi cupiat, non satis idonea in ullam nationem inuehēti causa videtur. Sua laudare nulli non conceditur, aliena virtutē ab alijs vobementi causa neutiquam decet. Quanto igitur satius fecisset Liuius, si exemplo C. Cesarii, hostiis commendaasset, ac debita laude non fraudasset? ita enim populi Romani gloria haud dubiè augustior apparuit. Inualit hac nostra etiam tempestate pessimus quorundam mos, omnibus maledicendi, nemini benedicendi, quasi data opera ita laudem venantes: quo pessimo instituto Germani in Gallos debacchantur, Galli in Hispanos, rursum Hispani in Gallos, Galli in Germanos, atque alijs vicissim, & in hos & in illos, quam conuentudinem iuueniūlum affectuum puto, ac hominum propemodum insavorum. Nam qua natio est, in qua non permixtum boni ac mali inhabitent? Nobis nostra placent: placent porrà, at absque aliarum nationum contumelia. Mirum vero ita quenquam affectum esse, ut nihil moliri queat, nisi sit fellis amaritudine conditum. Itaq; Liuius hac in parte effectus suos, meo quidem indicatus, non satis digne reprehēbitur, quod tamen factum oportuit. Sed huic quoq; obiectioñis satius respondam paramus. Nunc, quod ad annotationes nostras attinet, lector in iudicio subiçcio, cui si quedam nimis tenues videbūtur, cogitet quot capita in Aulo Gellio reperiatur, quorum projecto me mulum pudaret, quod aride, & hominis omnino oris dubitationes videantur: que tamen in magnis volumibus, ut lectoris recreetur animus, locum habere possunt. Si quedam nimis audentes videbuntur, causam reprobationis secum lector perpendat. Si quedam indolē, que ait iudicium nostrum fallit, arguant, der mihi veniam, que nulli denegari potest. Qui errorem ostensum fateri & corrigerē sit paratus. Plura dicenda erant, sed non video quid utilitatis inde ad lectorē redeat. Ad te inuitissime Cesarī redēo, cui nostrum labore in dedicare volui, ut cū me tuus auis, immortalis memoria Maximilianus Imperator multis honoribus & beneficijs affectisset, eundem me tua quoque Maiestas cognoscere, ac in tutelam suscipere dignetur, neque enim quicquam aliud desidero, nihil aliud ambo, quam ut auo, ut fratri tuo Cesarī Ferdinandō, optimis principib; ita tua complacuisse Celsitudini: quod si adipiscar, in magna fortunā meā rū parte posuerim. Deus Opt. Max. Maiestatem tuam ad ipsius gloriam, & Christiana reipub. salutem quamdiutissimè in colummē conservare digeretur. Friburgi Brisgoa, Anno a IESV CHRISTI natali, M. D.

XL. Calendis Maiis.

BREVE




B R E V E C O M P E N D I V M R O M A N Æ HISTORIAE, AB VRBE CONDITA.

ROMANORVM historia sepingentorum quinquaginta annorum ab Urbe condita adIESV
CHRISTINATEM, qui fuit Augusti imperij, quo solus regnauit, annus viceimus nonus, à Li-
nio descriptæ et decadibus quatuordecim, hoc est, libris centum quadraginta: de quibus nostra
hac etate quartuor non integra extant, utinam alia aliquando in lucem prodeant. nam eas alicubi
in Germania delite scire auunt. Prima decas septem habet reges Romanos, deinde C O S S. Tri-
bunos pleb. Decemuiros, Tribenos mil. conf. potestate, ac rursum C O S S. bella varia aduersus
Latinos, Hernicos, Equos, Volcos, Veientos, Sabinos, Faliscos, Fidenates, Herrycos, Campanos,
Appulos, Lucanos, Sammites, ac alios nonnullos Italiae populos, inter qua & ob fidio à regibus per Porrennam, & urbis
euerio sub Gallis præter Capitolium, annos omnino ab urbe condita 460. Secunda decas non extat, in qua erat historia
ab Esculapio Romam aduenito, ad initium usque secundi belli Punici. Ea autem tria atrocissima bella continebat. Pri-
mum cum Pyrrho Epitorum rege, qui Tarentini auxilio fuit contra Romanos. Secundum cum Carthaginensibus,
quod per vigintiquatuor durauit annos, vocatumq; est primum bellum Punicum. Tertium cum Gallis (quos magis
quam villam gentem toto terrarum orbe timuerunt, vt author est Salustius ad finem Iugurthini belli) quo bello delectus
fuit Italiae, nunciatu Gallico tumultu, teste Plinio lib. 3. cap. 20. equitum octoginta millium, peditum sepingentorum mil-
lium, anno ab urbe condita 535. qui proximus fuit ante secundum bellum Punicum. Annis totius decados 75. Tertia de-
cas continet secundum bellum Punicum, quod Carthaginenses duce Hannibale aduersus populum Romanum gestore, an-
nis 18. Quarta postremo, cum bellum Macdonicum aduersus Philippum, tum Asiaticum contra Aurochus, earum re-
truncq; prouinciarum reges, unde bella nomina sumptuose complectitur annos circiter 23. Quintæ decadas libri quinq; nu-
per inueniuntur, sed multili, in quibus bellum cum Perseo Macedonum rege Philippi filio fuit, quem Paulus Amylius
& vicit & cepit. L. E. L. O. R. V. S. autem secunda epoca, populum Romanum vi hominem considerat, totamq; etatem ei-
us percenjet, vt cœperit, vt adoleuerit, vt quasi ad quandam iuuentem peruenierit, vt postea velut cœnuerit. Qua-
tuor eius gradus facit, non rotundo omnino numero. Nam totum tempus à Romulo in Caesarē Augustum scribie sepi-
ngentorum annorum. Primum autem populi Romani etatem, quam velut infantiā pingit, sub regibus fuisse ait, propè
C. I. per annos. Luius ac Dionysius auunt per annos C. CXLIII. Sequentem etatem, velut adolescentiam, annos habe-
re C. C. à Bruto Collatinus, C. O. S. in App. Clardium, Quintumq; Fulvium C. O. S. Nos eam C. CXLV. supputamus
annis. Tertiū hinc id est à primo Punico b. llo ad Caſarem Augustum, C. C. L. annis, qui octauus est Augusti imperij,
quo solus regnauit. Hanc iuuentam vocat, & quasi quandam robustam maturitatem. Reliquam etatem vocat senectam,
ad sua usq; tempora, quando Traianus regnauit annos ducentos: quanquam is numerus mihi suspectus, si Eusebij Chroni-
cis credimus. Sed ea à Luius intacta fuit, exceptis aliquot sub Augusto annis. Nostra etas vt nunc illud regnum vocare
velit, nescio: exedit enim duas Matheusalem etates.

RATIO TEMPORVM EORVM QVAE PRIMO LIBRO CON- TINENTVR APVD LIVIVM.

Troia capta ad Lavinium conditum, duo sunt anni. A condito Lavinio ad Albam longam conditam, anni
xxx. Ab eadem ad urbem Romanam conditam, anni quadragesimi. Ergo à Troia capta ad urbē conditā, anni
sunt quadragesi triginta duo, auctore Dionysio Italico. apud quem tamen in plurimis, quos nos vidi-
mus, codicibus numeri male habebant. Posse conditam autem Urbem septem reges annis ducentis quadra-
ginta quatuor regnarunt: quibus eioctis, C. O. S. ac alijs magistratus urbem libem reixerunt annos qua-
dringentos sexaginta duos, ad Iulium usq; Caſarem, qui primus repub. euerit, solus singulare obtinuit imperium. A Tro-
ia igitur capta, usq; ad C. O. S. fuisse anni sexcenti septuaginta sex, quot annos Luius libro primo comple-
xus est, sed nimis succincte. Ea omnia Dionysius libris quatuor exhibuit diligentissime
iuxta atque doctissime.

IN T.



IN TITI LIVII NOBILIS SIMI HISTORIOGRAPHI, LIBRVM I, HEN

RICHIGLAREANI LORITIANO-

TATIONES.

LACTVRVSNE operæ pretium sim) Pag..A. Quidam immodico studiø ac affectata diligentia (vt sit) huic præfationi plus obscuritatis quam lucis attulisse mihi videntur. Nā cum Quintilianus haud contemnendus author lib. 9. satis clare indicet ab hexametri exordio Livium historiam cœpsisse, facturūne operæ pretium sim: hi tamen inuersis verbis, facturūne sim operæ precium légerunt, atque adeò ita libris excudi curarunt. Idem dico de his verbis non ita multo pōt sequentibus: Etsi in tanta scriptorum turba, mea fama in obscuro est. Vbi illi, sit, substituerunt. Item in his: Etsi non flectere à vero, sollicitum tamen efficere potest illi, posse, repofuerunt, quasi et si, magis subiunctuum desideret quam indicatum. Rursus in his verbis: Tam hoc gentes humanae patiantur æquo animo illi posita cōiunctione & inter tam & hoc, legunt: Tam & hoc gentes humanae: inepiti meo quidem iudicio. Patulò post, existimata, pro æstimata, contra fidem exemplariorum. Et: Haud in magno equidem ponam discriminē: pro, haud equidem in magno ponam discriminē: quæ compositio haud paulò concinnior auribus tinnit. Rursus disidenteis, pro defidenteis. Et, Inde tibi, tuæque Reipub. pro, Vnde tibi: Ita, inde foedum pro, Vnde foedū. Et, seræ avaritia luxuriaq; pro serò avaritia luxuriaq; quo in loco alij ciuitatem ad iecere. Non erat difficile ad hunc modum pleraque alia commutare: sed haud scio, liceatne hoc in tam eximio authore absque fecelere. Certe mihi licere neutiquā existimauit: etiam si non omnia hac reicimus. Quapropter paulò religiosius negotium tractabimus: nec nisi annotatione digna (quando id maiore lectoris cōmodo fieri certum est) persequemur.

Aenea Antenoreq; & vetusti iure hospitii.)2. H. Seruius honoratus ille grammaticus ad hoc Virgilij carmē, Antenor potuit medijs elapsus Achius Illyricos penetrare sinus. ita ait: Antenor & Aeneas, teste Liuius, patria prodidisse dicuntur. quod Virgi tangit, se quoq; principib. permixtum agnouit Achius. Hæc ille. Eam Seruij opinionem, quantum ad Virgilium attinget, eleganter sanè, nec minus eruditè refellit Christopherus Landinus. Neque enim veri simile est (inquit) voluisse poëta, eum virum quem omni laudum genere ad diuinatatem vsque extollere contendat, vel minima in famiæ suspicione deturpare. Idem ego de Liui sentio. Quam enim conueniebat, eum qui tantopere, ac post tot eximios scriptores rem Romanam scriptis suis illustrare in animo habebat, tale quid de origine testari? Miror autem vt Seruius hac Liuij verba legerit, nā vt nos ea habemus, nulla proorsus mentio prodictionis inest. Quod autem Græcorum ante bellum fuerint hospites Aeneas & Antenor, maiestatem humanitatemq; patriæ illustriorem reddidere. Et quod Helenæ reddenda, per summum iniuriam ereptæ, authores dicantur, officio bonorum virorum functi plus ceteris ciuib. mihi videntur, iustusq; eorum commonistratus animus. Antenor sanè ab Homero Illiad. lib. 8. aduersus Alexandrum Príami filium differens introducitur, acerba iniecta contentione vt Menelao vxor restitueretur. Aeneas verò ab eodē Poëta, quantumuis Troianis iniquo, multis locis eximiè laudatur: præcipue verò Iliados 20. lib. vbi Neptunus à pietate Aeneam commendat, foliatusq; de eius vita, Junonē affatur concludēs his verbis:

Nōr de dñi aīvēao bñi ḡrōeas āvāξea,
Kai wād̄as mād̄av, τούτει μέλ̄πινδ̄ γέροντα:

Atq; inde Virgilius laudandi celebrandiq; Aeneæ occisionem mihi sumpsisse videtur, quippe qui alterum carmen in Aeneidos librum tertium, vt pleraq; alia, traduxerit. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Et ducem regē Philemene ad Troiā.)2. A. Annotatuit hoc Sabellicus quoq; Carmen est ad finem Bœotia:

παθειαγόνων δι' ἵγεστη πυλαμψιν Οὐρανοῖς καὶ εἰς ἐνεργούς.

Vnde Pylæmene legendum, non Philemen, plane conciuitur: Pylæmene autem Paphlagonum dux, à Menela occiditur, vt narrat Homerus Illadios quinto.

Super Numicium flumen.)3. C. Vide num legendum Numicum, dicente Ouidio Metamorphoseos lib. vltimo, In freta fluminis vicina Numicius vndis. Astipulatæ ad idem Plinio lib. 3. cap. 5. Grammatici hoc de nomine in diuersas abidere sententias. Quidam autem eundem esse fluum Numicum & Numicium. Quidam Numicum appellandū consent, & Numici apud Latinos per syncretū dictum pro Numicij. Verum res non est tanti.

Acanthus Aeneæ filius.)2. C. Aeneas duas habuit uxores: in Asia alteram, Priamij filiam, Creusat nomine, ex qua Ascanium sustulit, fugæ paternæ comitem. Alteram in Italia, Latinam Latini Regis filiam, ex qua alterum genuit filium, qui Sylvius nominatus est, ea de causa, quod in Syria natus sit. Nam Lauinia post Aeneæ mortem, cùm priuigni Ascanium timeret, & pragnas ab Aenea reliqua esset, ad Pastorem Tyrrenum cōfugit, aptid quem Sylvius & natus & enutritus est. Ascanius autem nouerat Latinæ yrberem Latinij tradens, ipse sibi Albam condidit. Porro Dionys. Halicarnas. eidē inquit Ascanio ex Creusa nato fuisse filium Iulium, qui Ascanio mortuo im perium Albæ possidere voluerit, sed populum Albanum id ad Sylviū detulisse propter Italiam matrē, Iulo traxit regni loco sacra quadā potestare, honore videlicet imperij periculis vacuo, qui ad suā vñq; atatem, vt idem ait, durauerit. Cesaremq; dictatorem in eo mirifice flouruisse. Hunc Sylviū Liuius Ascanij filium creditit. At Seruius Grammaticus ac Dionysius, Aeneas, & ex Latinia. Eusebii etiā in Chronicis Dionysio conformia de Iulo refert. Error itaq; in Litio duplex videri potest: & quod Sylviū Ascanij filium putarit, cùm esset Aeneas posthumā proles, vt Maro inquit lib. 6. & quod eundem Ascanium ac Iulium crediderit, cùm Iulus Ascanij fuerit filius. Quidam tamen Ascanium etiā Iulū vocatum putant, quorū ex numero videtur fuisse & Virgilius: Dextra se parvus Iulus implicuit, sequiturq; patrē non passibus æquis, & Ouidius binominē vocat Ascanium: & sapientia pater atq; filius idem habuere nomen.

Quæ ab isti porrectæ in dorso vrb.)3. D. Quidam in dorsum habent libri, sed æquæ in obscuro manente sensu. Videtur autem in dorsum dictum perinde atq; diceret, in longum atque dorsum est.

Agrippa inde Tyberini filius.)3. E. Post Tyberinum Liuius ac Dionysius Agrippam ponunt, at Ouid. lib. 14. Metamorphos. Remulum subicit. Post Agrippam verò Dionysius Alladum, Liuius Romulum Sylviū. Idem Liuius ac Dionysius post Auentinum Procām ponunt, Numitoris ac Amulij parentem. Ouidius eodem libro Palatinum: atēn quarto Fastorū libro, similiter Procām, ut alij, quæ differēta num inde acciderit, quod vni varia fuerint nomina, an scriptorum errore, dubiū relinquimus, maximè cum Ouidius ipse sibi pugnet, idq; non in solute oratione, ybi facilior erat error, sed in carmine, quare ego de his plura differere superfedeo. Typū tamē lectori oppidò vilē subnectete placuit, in quo quatuor classicorum variationem yno intuitu conspicitur.

D Typus

TYPVS XV. REGVM ALBANORVM EX III.
SCRIPTORIBVS:

| Liuio, | Ouidio, | Dionysio, | Eusebio. |
|------------------|------------|---------------|-----------------------------|
| 1. Aeneas | Aeneas | Aeneas | Aeneas |
| 2. Ascanius | Ascanius | Ascanius | Ascanius |
| 3. Sylvius | Sylvius | Sylvius | Sylvius Aeneas filius |
| 4. Aeneas Syl. | | Aeneas Syl. | Aeneas Sylvius |
| 5. Latinus Syl. | Latinus | Latinus Syl. | Latinus Sylvius |
| 6. Alba | Alba | Alba | Alba Sylvius |
| 7. Atys | Epitius | Capetus | Syl. Atthis sive Aegyptius. |
| 8. Capys | Capys | Capys Sylvius | Capys Sylvius |
| 9. Capetus | Capetus | Calpetus | Calpetus Sylvius |
| 10. Tyberinus | Tyberinus | Tyberinus | Tyberinus Sylvius |
| 11. Agrippa | Remulus | Agrippa | Agrippa Sylvius |
| 12. Romulus Syl. | Acrota | Alladius | Remulus Sylvius |
| 13. Auentinus | Auentinus. | Auentinus | Auentinus Sylvius |
| 14. Proca | Palatinus | Procas | Phocas Sylvius |
| 15. Amulius | Amulius | Amulius | Amulius Sylvius. |

Cum in omnibus his tantam videam differentiam, annos omittere placuit, quos etiam Liuius omisit. Dionysius ac Eusebius posuerunt, sed nequaquam in omnibus consentientes. Qui autem omnino scire velit, quid de iis sentiam, videre poterit quas in Dionysium scripimus annotationes, clarissim; in Chronologia. Hec ad hunc auctorem nunc fatig.

Vt haud procul esset, quin Remum agnosceret.)5. A. Lectorem admonere volumus, videat num hic orationi aliquid defit: nam his verbis continuo annexit, Ita vnde regi dolus neceditur, cum de dolo nulla premisisti, quae hanc conclusionem iuvant consilia. In Dionysio haec omnia pulcherrimo explicitantur ordine, vnde nimirum brevitas mihi non possit non esse suspecta.

Nous transiliuisse muros.)5. E. Murum appellare videtur muris ac fossarum designatione: nisi quis murum exligo factum intelligat. Lapideo enim mure primus Tarquinius Priscus yrbem cinxit, ut postea dicturus est Liuius. At haec opinio Dionysio quoque suspicita est, mihi fabula similis videtur.

Herculem in ea loca Cerione interempto.)6. F. Quod Liuius priscis illis leuiter memoratis, ad nouissimi temporis festinarit, fortassis ratione habet. At quod de aera maxima tantam refert fabulam, omisis longe magis necessarijs, nullam meo quidem iudicio excusatatem recipit. An non ad rem magis erat, Jatas à Romulo leges referre, vt facit Dionysius, quam Euandri cum Hercule colloquium? Si Herodotus tale quid designasset, quam clamas et spureus aliquis, l'it quicquid Graeca mendax audet in historia? Sed scilicet Liuium excusant haec verba, fama est, ita memorant, serunt. Herodotum non iument, os εὐανδρού, οὐανδρού, ζευανδρού, & si qua sunt similia. O nomen populi Romani.

Ceninenses, Crustumini, Antennates.)7. F. Plinius lib. 3. cap. 5. vbi de oppidis in Latio deleris, Crustumini, Ceninam, ac Antennam ponit. Paulò ante autem vbi de Tyberi, Crustumini agrum nominat, ac à Veienti agro eo flumine dimidi perhibet. Dionysius lib. 2. Crustumini, alibi Crustumerium vocat. Ita apud me hoc nondum definitum, vtrum melius dicatur. Si autem, ut Sabini populi in Latio fuerunt, non in Tuscia.

Fabricato ad id aptè ferculo.)9. A. Nicolaus Perotetus in verbo Fererius Jupiter, multis modis redarguit, qui hoc loco ferculo legunt, pro pheretro: reprehendens etymon quoque huius verbi, cum à Murtacho, tum ab Eusto Pompeio memoria proditum. Porro quam verè id faciat, nō est huius loci ut plurib. prosequatur. Dionys. lib. 2. putat trifaria Graecē hunc Pheretrium Iouem nominari posse, περιπολήσας, περιπολέσσας, περιπολέστην.

Additur fabula quod vulgo Sabini.)9. E. Omnes in dandi casu legunt fabulæ, quali que præmisserit author

de cædo Tarpeia, fabulam videri velit. Itaque ego in nominandi casu fabula legam, vt sequentia fabulam vocet, non præcedentia. Sanè quæ sequuntur verba, obscura sunt, cum ait: Eo scuta illi pra aureis donis congesta: nisi eo exponas pro ideo. Item deinde, ex pacto decreto: vix intelligitur syntaxis.

Ab Romanis Hostius Hostilius.)10. G. Dionysius Lucumonem Tuscum Romulo adiutorem adhibet. Vnde & equitum una centuria Luceres nomen habet, vt author est M. Varro. Liuius Lucerum originem incertam ait. Quidam Herrusca historiae racematores Liuium inuidie in nomen Tuscum insinulant, ideoque ab eo Hostilius pro Lucumone possumus esse. Mihi autem videatur Liuius hoc absque authoribus non fecisse: at quibus nescio: neque enim facile scitu est.

Equum Curtius in vado statuit.)11. B. Hec lectio, si quidem vetusta est, maximè placet. Sabellicus tamen, eques Curtium, pro equus Curtium in vado statuit, legendum putat. Ceterum ab hōcne Merio Curtio, an ab M. Curtio, de quo lib. 7. postea Liuius fabulam narrat, lacus nomen habeat, incertum est.

Vt tamen expiantur legatorum iniuria.)11. C. Considerandum lectori, quomodo legatorum iniuria, regis que Tati cædes, expiata sint per fœdus inter Româ Laviniumq; yrbes renouatum.

Circa densa oblitera virgulta.)11. D. Hec verba velut in parenthesi posita, obscurum habent sensum, duramque compositionem, & duo adiectiva vni substantivo apposita, videntur.

Velut agmine uno irrumpit.)12. E. Coloniam factam Fidenas Dionysius scribit, Liuius hoc loco omisit: in Tullo tamen Hostilio coloniam nominat, cum ybiantea facta fuerit, dixisse oportuerit.

Ad Caprea paludem.)12. G. Quidam emendarunt ad Capre paludē: quod quām bene fecerint, nihil definio, quippe qui de hoc nomine nihil me legibile sciā.

Manu auitem haec quoq; sed perobscura.)13. A. Quā oblitera haec sit opinio, nescio: certè veram esse eam puto, & multi eximij viri, vt Dionysius, Valerius Maximus, atque alij, ita credidere. In haec autem fabulosa historia de Proculi astutia, bene longus est Liuius.

Summa potestate populo permisit.)13. D. Dionysius nō vno tantum loco ait, sicut Romanum omnium rerum potestatem habuisse, præterquam creandorum magnitudinum, fanciendarumq; legum, inferendiq; belli aut dissoluendi si fortassis ceptum erat. Hæc enim tria in potestate sua populum habuisse, Liuius nūquam, quod sciā, hec simul cōmemorat, rem oppidū nec statuam.

Idenim ius vi adempta.)13. D. Quidam emendarunt, idem ius vi ademptum, & ad usurpatum verbum coniungunt, quod placet, & vi ademptum, fortassis ad fulsum

Cæarem

Cæsarem retulit, quem tamen propter Augustum nominare nō audebat: nisi quis malit ad eius seculi seditiones referre, quæ Cæsarem præcesserunt.

Quem Seruio Tullio reg. Rom. centū post an.) 13. C. Tullio pleriq; habent libri, Aldinus codex Tullio præferat, sed male. Tullus enim secundus Romanorum rex dicitur: Tullius autem sextus. Deinde legendum centum post annos & amplius, quod idem Aldinus codex inuerit, & secuti quidam alii. Eodem etiam in loco Crotona legendum puto, accusatum Græcum, non Crotonam. Mirum autem hoc Liuio visum est, si ex his vrbibus quispiam ad Sabinos pertenire potuerit, aut contra, cùm sit iter quinque fortasse dierum. Consimilis ratio de Ciminia sylva libro postea nono.

Dese quoque Deos consuli ius sit.) 14. F. De se quoq;, vt de Romulo dij confulti fuerant, quod tamen Liuius nusquam antea dixit. Dionysius certe non neglexit, lib. 2. prop̄ ab initio.

Dexter ad meridiem partes.) 14. G. Hoc de augure intelligitur, qui orientem spectabat, authore Dionysio: rex autem versus meridiem, vt hic ait author. Cetera faciliè intelliguntur.

Vt tua signa nobis certa acclara.) 14. G. Desideratur verbum precor, vel quid simile: nisi quis deesse contendat. Sed hoc leuiculum.

Desuntque dies solido anno.) 14. D. Annus apud Hipparchum vt author est Ptolemaeus lib. 3. *τοῦ περὶ τῶν παραγωγῶν*, dies habet **CCCLXV.** & quadrante hoc est, sex horas. Hunc secuti sunt Romani Christiani, à temporib. C. Iulij Cæsaris. Sub Romulo autem annis decem habebat mensis: sex quidem tricenisi, quatuor vero trice nis singulis diebus, qui efficiebant dies CCC. ac IIII. Et à Martio initium habebat. Verum cum is numerus neque Solis cursui, neque Lunæ rationibus conueniret, atque sepe vñueniret vt hyems præcipitaret & statim, & contraria astas hyemis occuparet tempora: tantum dierum sine vello mensis nomine intercalabant, quantū sat erat ad pristinum celi habitum. Hoc Numa consideras, ad decem iam dicitos menses, quinquaginta addidit dies: retrahitique sex diebus de Romuli mensibus, qui tricentum erant dierum, duos nouos effecit mensis, vicenū octauū dierum, Januarium ac Februarium. Ita annus factus est **CCCLXI.** dierum, quod etiam apud Græcos aliquandiu fuit. sed Græcorū ordinem Numat turbavit, uno adiecto die Januario, vt omnes mensis præter Februarium impari confarent numero. Et Græcorum suppurationi ab solido Hipparchi anno deficiebant dies vñdecim ac quadrans. Verum quodd difficile erat quotannis intercalare cum reliquis diebus quadrantem, mensisq; ratio potius expetebatur, hunc numerum octies multiplicatum, hoc est, nonaginta dies, qui nascuntur si quadrans cum vñdecim dieb. octies componatur, octauo quoq; anno interserebant per treis tricentum dierū distributū menses. Hos dies *επιστολαῖς* (nostri concurrentes) menses vero *επιστολαῖς* vocabant. Hunc igitur Græcorum modum intercalandi cum etiā Numa obseruaret, inuenit quotannis die claudicantē, nimirum eo quem ipse adiecerat. Quare tertio quoq; octennio ita inter calendos dispensauit dies, vt nō nonaginta, sed **LXVI** intercalaret, compensatis **XXIII.** diebus pro illis qui per totidem annos supra Græcorum numerum creuerat. Hæc ex Macrobius pleraq; lib. 1. Saturniū, cap. 13. Quare in Liuio hoc loco paulò post legendum, vt vñgesimo quarto quoq; anno ad metam eandem solis, &c. quod in Aldino codice negligit, vidimus, iudicione an temere, scire nō possum. Est autem visum nobis operæ premium, vt hancrem paulò diffusius tractaremus, quamquam necessitas propositionis nostra non vrgebat. Reliqua qui latius scire voluerit, videat ipsum Macrobiūm.

Imperitabar tum Caius Cœlius Albae.) 15. D. Hic apud Dionysii lib. 3. ab initio Cæcius sive Cœlius dicitur,

sed codicum errore, vt in eum annotauimus. Cluilius vero legendum est, ex quo nomine postea Chcléum fecere, & Cluilius trifyllabon intelligi potest prima syllaba gallica diphthongo. Id nominis apud eundem Dionysii lib. 8. recte legitur, vbi de Cluilia solita: & facile est ex. 1. fieri in. Paulò post: Tullius præceperat suis, ne quid præter mandata agerent. Alij, nequid prius, quam mandata, legunt: quod placet, si modo, prius, & quam, disuncte leguntur.

Neq; ijs, neq; illis periculum suum: publicum imp.) 17. C. Ita habent vetustiores codices. Et sane Liuius atque alijs vetusti authores s̄ap̄ intelligunt, fed. at quidam hoc in loco post suum, adiecerunt sed, quod quam probem, nescio. Oportebat certe & alijs locis adiici, quidigitur authores omitterent?

Lex horrendi carminis.) 19. A. Lex erat (vt author est Dionysii lib. 3. in Tullo) que necari indemnati aliquem vetaret, deorumq; omnium iras precatetur aduersus eas ciuitates, quæ non in pollutos vindicasset. Hæc ille. Hance ego à Romulo latâ exsisto. Liuius legis nomen non ponit: legis verba ita recitat, vt tamen haec sequentia nihilominus lectore turbent. Hac lege Diuumi ui creati, qui se absoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse, cùm condemnassent.

Et magna pars Fidenatum, vt qui col.) 22. F. Mirum videri qui portuit, cum Fidenates in Latio habitarent, eos Latinē scire & quos ego quidam nullam alia scille linguam, à Roma 40. distantes stadijs, vt author est Dionysii. Non sum nescius quodam Fidenates origine Thuscios dicere, ideoq; nescisselatine, sed hoc tempore colonia fuerat Romana aliquot iam atatus: quare nihil hi probant.

Auertere omnes à tanta foeditate oculos.) 22. K. Varietate lectio habetur. Quidam distinguunt ante auertere, & supplet verbum sunt, post concitati. Alij continuatē legunt, vt omnis sit accusatiui casus: & nominatiuius concitati, & auertere referatur, at sic ego omnium legere malim, non omnes.

Vnaq; hora, quadringentorum opus annorum.) 21. D. Ex Dionysio colligitur Albam stetisse annis quadringentis octoginta septem. Sed hæc non rotundè numerat Liuius.

Tullios, Seruilios, Quintios, Gegani.) 21. E. Pro Tullio Sabellicus Iulios legendum censet ex Dionysio. Ego prop̄ modum adducor, vt vñtrunque legendum putem. Nam & Tulliorum & Iuliorum apud priscos Romanos insignis mentio, etiam in Magistratibus: quamquam nomina principum familiarium vñrobiique non prorsus conueniant. Vide etiam quid sibi hoc templum velut, quod mox subiungit.

Valuūque apud Veientes, &c.) 22. F. Inducia facta erant sub Romulo in centum annos, sed sub Tullo Hostilius rupta, quippe Veientes cornu dextro aduersus Tullum steterant, pugnauerantq;. Frustra igitur hīc seruatæ, quæ antea ruptæ erant. Atqui ego memoria lapsum puto. Liuium.

Pugna atrox ad sylvam Maliculam.) 22. G. Hanc alij Malitiam, alij Maliculam, alij Malitiofam vocat. In Dionysij codice verso legitur Malestica, quod in eum quoq; authorem annotauimus.

Auenitum nona multitudini datum.) 23. E. Auenitum bis hoc loco genere neutro usurpatum, quod nescio an quisquam alius, sed s̄ap̄ alibi Liuius.

Anco regnante Lucuno, vir impiger.) 24. G. De Tarquiniorum origine quedam variata Liuio Dionysius, quæ vt facilius intelligatur, Liuij opinionem huc in typum sub oculos conieciimus lectori. Molesta sane genealogiarum ratio, & qua etiam exercitatos s̄ap̄ turbat.

DEMARATVS CORINTHIVS. 24. G.

Huic duo fuere filij:

| | |
|--|---|
| LVCVMO, qui postea L. Tarquinius Priscus, V.Rom. rex. Huius tres fuere liberi, | ARVNS. Hic patrem Dema- ratum morte prouenit. Ex hoc natus est |
| Tarquinia, Ex hac natus est postea | L.Tarquinins Super- bus. huic ultimo Ro- manorum regis tres fuere filii; |
| Brutus primus .Cos.Rom. | Sextus hic stupra uit Lucre- tiam. |
| Aruns minoris Tulliae maritus. | Egerius, hic Col- latiae praefectus ge- nuit Collatum, secundum Liu. |
| Sp.Lucretius Tricipitinus pater Lucretiae. | Collatinus Tar- quinius Lucre- tiae maritus. |
| Lucretia. | coniugium. |

Dionysius Egeriu ait Aruntem quoq; vt parentem, dictum: sed à Romanis, vt cum patruo in urbem venit, Egerium à paupertate cognominatū. Collatinum autem non Egerij filium, sed neporem fuisse. Item L. Tarquinium ac Aruntem non filios, sed nepotes Prisci Tarquinii: multis id ac dignissimis auctriuenis argumentis. Vnde Laurentius Valla collegit videtur in epistola ad Alphonsum vtriusq; Hesperiā regem, quanquam non citato authore, quod facere non solet. Nisi quis Dionysium abeo nō leđum, atq; eum suopte hoc ingenio expiscatum contendat, quod ipse fatetur in priore defensione aduersus Benedictū Morandum quandam. Nam vt de Valla aliud suspicer eius cādor obstat. Liberè enim ac ingentile vbiq; fateri solet, per quos profecerit, & vnde habuerit quae scripsérit: fecus certè atq; Perottus in suo cornu, aut in suis operibus Politianus, gloriolæ ac populares autem captatores; vt mihi quidem vixim est, et si bona litera eis multum debent.

Negare Actius Nauius in clytis ea.) 26. F. Mirum est quām variēt huius augucis nomen authores. Valerius enim Max. lib.1. cap.4. de aūspicijs. Decimus Accium Nauium appellat, si codices non fallunt. At Plin. lib.34. cap.5. Accium Nauiū vocat, vt hoc loco Liuius. Dionys. antem lib.3. nomen eius ait Nauius, cognomen Accius fuisse. Et Nauius quidam cum diphthongō scribunt. Variatio itaque est in Nauius, Neuius, ac Neuius. Item in Accius & Actius. Deinde in nominum comutatione. Aibi enim Decius prénomē, alibi Nauius nomen, alibi Actius, at res non est tanti.

Numero tantum alterum adiecit, vt mille & trecentos.) 26. C. In si. Locus est obscurus atque amphibolitus, nescias enim alterum tantum equitatum dicere velit, an simpli- citer alterum tantum, quantum equitum prius erat. In codicibus quibusdam legitur mille DCCC. vt in singulis cēturiis D.C. intelligamus, ait Beatus Rhenanus. Porro de numero, quomodo subduplum intelligamus mille ac trecentorum equitum pro tribus centuriis? Num equites sexcentos ac quinquaginta, vt cēturias ducentum ac senum dentum equitū accipiamus, & reliqui sint duo? Ego sūe legendū suspicor hinc loco Liuij, mille ac ducentie equites. Nā primum fuerunt tres centuriā centūrum equitum, eas duplicas vel sub Romulo puto, quippe sub quo peditatus decuplo prop̄ creuerit, & equitatus propemodum triplo, vt authore est Dionysius in Romulo. vel sub Tullo, qui decem turmas equitum ex Albanis legit, vt paulò ante diximus: atq; ita ducentūrum equitum centuriā intelligimus, quae hoc loco rursum à Tarquinio duplicata, efficiente equites mille ad ducentos, vt tres centuriā quadrigenūm equitum acci-

piamus. Dionysij interpres hoc loco non centuriā, sed tribus verit. quid verò in Græcis innenerit, scire non possum. Minus autem coniectare licebat, quid in clas- sum enumerationē hæc nomina, tribus, cēturiā, classis, mirum quām confuderit idem interpres, vt in eum quo que authore annotauimus. Quanquā quod ad hunc attingit locum, lectio vulgaris aliquo pacto defendi potest. Si enim turma tricenūm binūm equitum est, vt tradidit Vegetius lib.2. & Tullius rex adiecit decem turmas ad priores tres cēturiās, erunt in vniuersum duplicato numero equites mille ducenti quadraginta, quod cum Liuius rotū numero dicere veller, ait mille & trecentos.

Et aream adādem in capitulo Iouis occupat fundamen- tis.) 27. A. videvthac verba conueniant cum ijs que postea de Superbo dicturus est. Itaq; Pomerianę manu- biā, quæ perducendo ad culmen operi destinatae erant, vix in fundamenta suppeditauere.

Eundem regni heredem facturus videbatur.) 27. E. Vel ex hoc loco liquet quām nihil pensi habuerit Liuius quid de Prisci Tarquinij prole scriberet. Si enim Lucius ac Aruns Prisci filii erant, vt ipse postea fatetur Liuius, quomodo verisimile videbitur maluīse priscum here- dem instituere generum, quām ex se prognatos filios?

Bellum cum Veientibus (iam enim inducia exierat.) 29. A. Hæ inducia sub Romulo factæ erant, ruptæ sub Tullo, vt paulò ante diximus: & à Romuli morte nunc sunt centūrum ac quadragesima fermè anni. Quomodo igitur iam primum exierat nisi instauratas alicubi quis dicat, quod ipse tamen Liuius dicere neglexit.

Cenfū enim instituit, rem saluberrimā.) 29. A. Cen- fū dicebatur æstimatio rerum ac bonorum facta, secundum quam tributa soluebantur. Neque vñquam, quod eidem sciam, veteres authores pro annuo prouenterū vñparunt, vt nunc vulgus iurisperitorum solet. Admonuit nos eius rei Dn. Virchus Zafius, vir immortalitate dignissimus, ac præter iuris prudentiam, qua hac nostra exitate absq; controversia regnat, etiam clasicorum scriptorū eruditissimus. Quare his censūs accipitur pro pa- trimonij bonis, siue pro sorte, vt populi adhuc purperis. Quando autem & hic locutus, & quæ postea suffragij fe- rendis à Liuiō nimis concisē referuntur, multos acriter torqueant, cum apud Dionysij luculenter discussi sint, operæprecium putauit ea omnia hic sub oculos in typum statuere, cum summis pecuniarijs vtriusq; authoris, cum que classum centurijs, armis, actelis: vt si qua inde vtili- tas ad lectorem manare queat, ea parte non desi- mus studiosis, quod in Dionysium olim etiam fecimus.

Class.

| Class. | Census | Peditum | Equitum centu- | Arma |
|--------|---|-------------------|---|---|
| I. | 100000 Aeris 10000 Drach. 1000 Coron. 100 Minae. | centuriæ LXXX. | xviii. Fabrorum Has duas fabrō- rum cent. Diony- sius adiecit secun- dæ classi, Liuius prima. | omnia ex ære, Galea, clypeus, ocreæ, lorica. Tela Hasta & Gladius. |
| II. | 75000 Aeris 7500 Drach. 750 Coron. 75 Minae. | xx. | | Arma Galea, scutum, ocreæ. Tela Hasta & gladius. |
| III. | 50000 Aeris 5000 Drach. 500 Coron. 50 Minae. | xx. | | Arma Galea & scutum. Tela Hasta & gladius. |
| IV. | 25000 Aeris 2500 Drach. 250 Coron. 25 Minae. | xx | Tibicinum, &c. Duas facit Diony- sius, Liuius tres, & hic quinta adiecit classi, ille quarta. | Arma Scutum ait Dionys. Tela Hasta & verutum: quoniam in Diony- sio pilum legitur. |
| V. | 1000 Aeris 100 Drach. 10 Coron. 10 Minae. | xxx. | | Tela Funda ac lapides missiles. |
| VI. | | | Capite censorum. I. | |

Minis ac drachmis suffpetat Dionysius, ut author Grecus: Liuius vero assibus, qui erant ex ære. Quadrat autem ratio viriisq; authoris cum Gulielmi Budæi viri doctissimi suffputationibus, quæ propter coronatorum Francorum estimationem ordinis proposito iniecimus, oppidò aptam, ut huius quoq; atatis pecuniariæ estimationem haberet lector. Mina singulæ decent coronatis, coronati vero singuli decé valent drachmis. Drachmæ porrò cum denariis Romanis idem habent pondus, quare denis valent assibus, ut denarij. Et itaque hæc diuīsio pertotum denaria. Et priorum quidē quatuor classium numerus in diminutione habet centenarij quadranteis, at quinta, prioris dimidium apud Dionysium, apud Liuium minus, ait enim: Vndeclim millibus hæc classis censebatur, nisi & hoc corruptum quis putet, quod equidem suspicor & legendum duodecim millibus, pro vndeclim millibus. Duas fabrū centurias Dionysius secundæ adiecit classi, ut dictum est, Liuius prima. Ceterum tibicinum, cornicinū, & acceſſorū centurias Liuius tres facit, Dionysius duas. Et hic quidē quartæ adiecit classi. Liuius quinta. Porro in armis ac telis non multum discriminis habent. In quaſtā classe Liuius ait armā mutata, nec adiicit quod pacto. Dionysius eis scuta data scribit. In vniuersumigitur erant classium centuria cxxiiii, authore Dionysio. Ecce totum curarum bellorumq; onus à pauperibus in dites inclinatum est, commodo illo leuatuit mitigavitq; eorum indignationem. Sertius, quod dites fecerit reipublica dominos, quippe peneſes quos erat maxima populi potestas, quæ est de suffragijs ferendis. Valebant enim suffragia non viritim, sed centuriatim lata, qua in re vincebant equites cum sola prima classe. Equites enim primi vocabantur, quibus erant xv. Centuria; dein prima classis quæ octoginta habebat centurias atq; hi similiſi conſentiebant, reliquæ classis omnes, tribus vincebant suffragijs, quandoquidem ipsi erant centuria xix, reliqua xc v duntaxat.

Eques enim vocabatur primi: octoginta inde.)29.D.
Hic locus in plenisque Liuij codicibus corruptus inuenitur. Distinctiūdū enim ante octoginta. Aldinus etiam codex adiecit, primum, post verbum centurie, quod non habent alij codices, nec mihi satis placet. Porro quæ sequuntur verba videtur nescio quid desiderare, cum ait, Ibi si variaret. Neque enim sequitur, tu, vel quid simile, & esse effigium: sed quod lectoris animo, in meo, satis facerem, haud erat: ideoq; ea studiosis discutienda relin-

quo. At quod de tribuum divisione in quattuor urbis loca, obſcure quidem Liuius, sed clare Dionysius explicat, non magnam habet difficultatem. Quod vero de xxxv. tribibus apud Liuium obſcurum, apud Dionysium etiam non discussum, lectori conſicendum relinquo. Multa fane eiusmodi etiā nostra ētate in urbibus fiunt. Verū à nobis hac indicata duntaxat, vt admonemerim studiosos quo iudicio: authores sint legendi. Magna enim lectori turba oppidò quam facile quædam transflimus quafib; bene intellecta: sed ubi penitus introsperim, dij boni, quātum nonnunquam abſimus à vero scopo? Sed hercle id verum est quod vulgo dici solet, Nesciētibus viam omnia etiam inua, viam esse.

Ea erat consilio, caput retum Romam)30.H.S: confessum erat Sabinis etiam Romam caput rerū esse, quorum attinebat hunc patrem familiis bouē Romanis adducere? Item cum Latinorum premiserat, cur Sabinus subiungit? nisi Sabino à Latinis non distinxerit Liuius, ut videtur aliquot locis. Item paulo post, in ſima valle preterfluit Tiberis, ambiguū, ad priorane ea verba referenda, ut a ſacerdote Rōm. dicta hospiti Sabino: an ad posteriora, ut Liuius historiam recitantis. Porro Dionysius Diana hoc tempū in Auentino ſuiffe scribit (quem lib. 3, decē & octo ſtadiorum facit in circuitu: artib. 10. ſtadiorum 12, ſi codices non fallunt.) Hinc Valerius Max. lib. 7, cap. 3. Auctiūnem vocat Diana, vbi eandem recentef historianam, aut fabulā potius. Certe Dionysius bouis non meminit, non neglectus ſi veram credidisset.

Aruns Tarquinius & Tullia maior.)31.B. Ex Dionysio recte hoc emendauit Antonius Sabellicus: maior enim legendum, a nobis repetitū, quod à quibusdam hoc negligunt vidissemus, & præcipue à Valla.

Neque enim ad ius regni quiquam præter vim.)33.A. Atqui ſi hie Lucius filius erat Tarquinij Prisci, ut credit Liuius, videtur aliquid tibi habuisse. Quod ſi quis dicat, ius regni in populi erat potestate: quid ergo populus Tarquinio non eripuit?

Deiecius ad caput aquæ Ferentinæ.)34.C. Hoc loco caput aquæ Ferentinæ vocata lib. 2, caput Ferentinum, vbi Aeneus Tullius Volscorum imperator ſuos excipit. Rursus lib. 4, ſatis liquet Volscorum olim fuiffe oppidū, ac Hernicis datum à Romanis, anno ab Urbe cōdita 542. Itaq; lib. 7. Ferentinum Hernicorum oppidum ait, quod captum à Romanis ante Manlij singulare cum Gallo certamen ſcribit Liuius. Plin. lib. 3, cap. 5. Ferentinum inter

Hetruria oppida prope Fæstulas ponit: & paulò post Ferrentinum ex Falerno agro numerat: ut non planum sit quid de hoc definiendum. Strabo lib. 5. Ferrentinum vocasse videtur in via latina. Meminit & Horatius Ferentini lib. 1. epist. ad Sexuanum. at Ferentini lib. 3. Carminum. Ode 4. nihil ad hunc locum. Lib. item decimo in Samnio Ferrentinum Liuicus locat.

Vt ex binis singulos faceret, binosq; ex sing.) 34. I. Mirus ferino, & qui vix intelligatur, cum res tamen nullam habeat difficultatem. Vide num binis pro dimidiatis in telligat. Illud autem ita geminatis manipulis centuriones imposuit: dubium an solos Romanos intelligere debamus. Denique quod proximo sequitur veritatem, ni degeneratum in alijs, huic quoque decori offecisset: ambiguum ad quod verbum referas degeneratum. Et paulò post diuendita præda, rectius alij legunt, quām diuidendo prædam. Et quadraginta auri argenteique talenta ita intelligo, tātum videlicet auri argenteiq; fuisse, vt in pecunia fierent XL. talenta.

Sextus filius eius, qui minimus ex tribus.) 34. K. Quidam codices habent, qui minor ex tribus, quod propter latitudinem alij emendarunt in minimis: quanquam idē error esse poterat in maior ac maximus. Dionysius fane non uno in loco duntaxat Sextum ex trib. Tarquinij filiis maximum natu perhibet; idē multis ac dignissimis argumentis. Sed hoc lectori indicandum relinquis, quale etiam illud de Collatino Egerij, vt ait Liuicus, filio, cum temporum ratio non admittat eum Egerij filium fuisse sed nepotem. Inducit enim ipse Liuicus hunc iuuenem vereliquos. Quia si vigor (inquit) iuuent̄ inest, cōscendimus equos? Hæc ed pertinent, vt studiosus lector videat quām circumspecte scilicet Latinī scriptorū in historiis in Grecos vbiq; debacchati scriptores vt non cauiller interim de Sibyllinis libris, quorū toties postea mentio fiet, historiam sub hoc rege, à Liuio pretermissem.

Itaq; Pometina manubia.) 36. H. Quidam Pometinæ murariaunt in Pontinæ, cum author loquatur de Suessa Pometia, vt suprà patuit. Nisi quis Pontinam eandem

cum Pometina esse contendat.

Qui XL. millia pondo argenti seposita.) 36. H. Quidam libri LX. millia pondo habebant, sed non placet. Comparatio enim hinc per 40. procedit. Ceterum statim post verbum, scribit, noni puto ponendum relativum, quam, sed continuè inferendū appositiū. Summam pecunia neque ex viuis tum yrbis præda, &c. Porro XL. talenta summa coronatorū faciunt 24.000. At XL. millia ponendo argenti 40.000. coronatorum. Ideoq; Fabio plus tribuit Liuicus, qui summam longè minorē posuerit. Dionysius autē ait in eius oppidi præda tantum auri argentiq; capti affuisse, vt singulos milites quinas argenti minas accipere contigerit: quā vero deis decumata fuerit pecunia haud minus fuisse quadringentis talentis. Quinas argenti minas quinquaginta astimamus coronatis, Budeana suppuratione: CCCC. vero talēta ducentis quadraginta millibus coronatorum: quā summa multo minore est Pisonis summa, decuplo tamen maior Fabij.

L. Junius Brutus Tarquinia sorore regis.) 36. K. Dionysius hanc amitam regis facit, Prisci Tarquinij filiam, id quod verisimilius est. Et Tarquinium superbum non multo maiorem natu fuisse Bruto. Imò Bruti filios cum Tarquinij filijs prop̄ eadem fuisse ætate, ex coniuratione postea patet. Nec oblitus quod misius sit Brutus cum duobus Tarquinii Superbi filijs Delphos: nam etiam senior pro fatuo duci poterat. Quanquā ea de re cum nomine contendere velimus: ambigua enim plerunq; genealogiarum ratio.

Regnum Romæ ab condita vrbe.) 39. D. Et in summa & in partibus huius numeri optimè connenit inter Dionysium ac Liuium: secus apud Euzebitum cuius supputatio quauor deficit annis, quanquam ipse fatetur tribus variatim annis apud authores. Præterea decem annos Seruio Tullio ademptos, tribuit Tarquinio Superbo. Nos Liuium ac Dionysium potiores habemus hac in re authores, vt ex proposito Romanam scribentes historiam.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM SECUNDVM, HENRI-

C H I G L A R E A N I L O R I T H I A N N Q-

T A T I O N E S.

LIUICUS secundo libro, preter historiæ variationem, quia pleraque Liuio alter quām Dionysio ordinata sunt, etiam hoc erroris lectorē implicat, quod vsque ad primum Decemvirorum anni in Liuio tres deficiunt anni, qui in Dionysio bene habent: quod vtilectori manifestum faciam, subiungenda hæc existimauit. Dionysius atq; Liuicus in Consulatum nominibus, quod ad primos duos attinet anni liberatæ Vrbis conueniunt, in tertio ac deinceps differunt. Nam Dionysius tertianus coss. asserit P. Valerium Publicolam tertium, ac M. Horatium iterum. Liuicus pro Horatio P. Lucretium ponit, quod nomine mihi suspectum. Quarti anni coss. T. Herminium, ac s. p. Largitum Dionysius ponit, viros in necessitate Vrbis, cum ab Hetruscis oppugnaretur, extrema ausos. hos Liuicj codex omittit, temporum, vt puto, iniuria, ac eius anni coss. ponit Marcum Valerium Publicola fratrem, ac P. Posthumium, qui fuere quinti anni coss. Itaque in sequentibus annis præterit Liuicus anno uno Consulatum nomina. Arvigessimo ab Urbe liberata anno, in codice Liuicj rursum omisi sunt Consules duorum annorum, qui sunt apud Dionysium. Et prioris quidem anni Q. Sulpitius Camerinus. Ser. Largius Flavius, & Quintus vero, C. Iulius, P. Pinarius. Sanè horum duorum annorum binos omisso coss. fatus luculentem coniunctum summa annorum à Liuio lib. 3. posita de re ipsa mutatione sub decemviro. Quod vero quartus annus ab urbe liberata in Liuico desideretur, ex Plinio facile

ostendi potest, qui lib. 35. cap. 3. ait. App. Claudium cum P. Seruilo cōs. fuisse anno ab Urbe condita CCCLIX. qui apud Liuicium (siquidem quarti apud Dionysium anni Consulatum nomina omissemus) esset CCCLVIII. vt supputanti perspectiū fuerit. Ad idem ostendendum iuquat, quod Cicero de claris Orat. ait, decimo ab Urbe liberata anno Coss. fuisse M. Tullium cum Ser. Sulpitio, qui omisso Dionysij coss. ficeret nonis apud Liuicium. Hæc fortassis nimium curiosa aliquid videri poterunt: at cum videam apud magnos authores eius rei curam non omissem, & lectores in his sēpē numero cūm nō parum remorari, tum etiam torqueri, annotare ea placuit. Optimum quifq; lector pro suo in nostros labores candore boni consilat.

In initium se dicere hominis causa.) 41. A. ~~negat~~ etiam hæc est, sed Dionysius longè verisimilius hæc narrat. Quis enim credat quenquam ejici è ciuitate propter nomen? Quantumvis rhetorice tur Liuius, mihi quidecum his rationibus non perfuadebit.

Et tanquam adid.) 41. D. Illud, ad , omittendum censeo, quanquam alij aliter construunt.

Premium indici pecunia ex ærario) 43. A. libro secundo de bello Macedonico, & eiusdē Decados lib. 9. liberū indicis præmium erat C. millia grauis æris, ferui autem xxxv. millia æris & libertas. Hic nihil definitum de pecunia scriptores. Salutius in immensum auget de bello Catilinario. Seruo (inquit) libertatem & secessit centum: libero impunitatem eius rei, & secessit ducenta millia, quæ

lia, quæ summa liberi quintuplo est maior, serui decuplo, si codices non errant. Fortassis autem seculum dictius, & pericula grauior avisa magistratibus, hoc effecerunt. Ceterum igitur est, tempore variatum esse hoc precium, quod pluribus locis in Liuio ostendi potest.

Prerat Aruns Tarquinius filius regis.) 43. C. Aldinus codex emendauit prerat, sed prerat malum. Nam proxime antecedit, equitem hostium agminis ita primu fuisse peditatum, ut Brutum cum equitatu Romano ante Valerium, qui peditatum dicebat.

Salis quoque vendendi arbitrium.) 45. A. Dicere vult, salis quoque vendendi arbitrium concessum esse priuatis, adempto omni sumptu. Sed lector genus hoc dicidi consideret.

Sp. Lartium, ac T. Herminium.) 45. E. Legendum putto Sp. Largium, ut paulo post in exemplaribus plerisque legitur, & postea T. Largij multa mentio.

Verisque in Lucretiu Hetr.) 46. I. In Valerium legendum est. Nam Lucretius à Nautia porta, ut Sp. Largius à Collina dextra lœnaque adiunere, ut attente legenti clare patet.

Bonis vendendis, bona Porsenæ.) 48. K. Distinctiū post bonis vendendis (si modò hoc adiectuum non est, nā in plerisque libris non legitur) ut quod sequatur, sit vel declaratio eius quod præcedit, cuius tamen expositio rursus subiectitur, Bona Porsenæ regis vendendi: id est, bona hostiliter vendendi. quæ si bellum tempore orta est, quæ drare videtur: sī in pace, certe mitius principiū habuit, quā titulus ille p̄ se ferat. Porro nō ita multo post ita lego. Ea deinde, ne populo immisso diriperetur hostiliter, venisse, bona quæ Porsenæ appellata. Ut sit distinctiū post vénisse, & verbo bona, cōiunctio que, adhærens, nō relatiū, que atque ita quidam habent codices. Itaque legit D. Erasmus in adagio, Bona Porsenæ.

A lacu Regillo.) 49. D. Quidā ab vrbe Regillo legunt, quidam à Regillo omisso lacu. Ceterū lacus Regilli me minit Plin. li. 33, cap. 2. Dionys. lib. 5. Regillum vrbem facit, quā rursus li. 11. non ita longe ab initio, Roma distare ait centū ac quadraginta stadijs, effeque ad Tyberim fluuium. Idem lib. 6. fatetur lacum esse, ut Liuius paulo post vbi de pugna ad eum facta. Potest autē fieri ut & vrbs & lacus id nominis haberint. De Claudiorum familia, cuius hic Appius author, lib. 4. copiosius dicemus.

Agrippa Menenij, P. Posthumio Coss.) 49. E. Legendum P. Posthumio II. Coss. quippe qui biennio ante fuit rat Coss. cum M. Valerio.

Pometia & Cora ad Auruncos deficiunt.) 49. E. Auruncos per diphthongum, au, legendum puto. Sunt autem veteris Laci, quod à Tyberi Circeos usque erat, incole, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Mirum autem de hoc bello nihil meminisse Dionysium. Præterea id magis mirum, cūm ait: Arūci p̄sūm̄ principes securi percussi, sub corona vñierunt coloni alij, oppidū dirutum, ager vñijs. At non post anno legati eorum Romanos Volico agro decedere iubent. De Pometia idem dubium nisi quis Suefam Pometiam Volscorum dicat fuisse vrbem quam Tarquinio Superbus diruit. Pometia autem Latinorum, cuius Plin. meminit lib. 3. cap. 5. vbi de oppidis quondam in Latio. At Dionys. lib. 6. Suefam Pometiam nominat, vbi Liuius Cora atque Pometia meminunt anno 259. ab Vrbe condita. Ceterū hoc in loco idem Dionys. de Sabinis bella refert, magis meo iudicio verisimilia, & hoc, & sequente anno.

Coss. Ser. Sulpitius, M. Manlius Tullius.) 51. B. Quidā codices pro Seruio Seruilius habebat, sed errant. Seruilius enim prænomē est, Seruilius nomen. Rursus alij Tullius mutarunt in Tullius. At illos refellit Cicero de Claris Orationibus, vbi mortuorū laudationes carpit. Ut si ego (inquit) me à M. Tullio esse dicarem, qui patritius cum Ser. Sulpitio cōs. anno decimo post exactos reges fuit.

Tarquinius Superbus quanquam iam etate ac vi.) 51. C. Rursus ~~quoniam~~ Liuius, sed frustra. Nam Dionys. lib. 6. negat parentem Tarquinium huic adfuisse pugnæ, quippe iam nonagenarium. Filium autem Titum cum

dictatore cōgressum, Sextum etiam hac pugna occisum, quem Gabijs perijisse Liuius ad finē libri primi scriptum reliquit. Hoc in loco Liuius Tarquinij filij nomen omisit, ut variatum in historia hoc non dubitem.

Coss. Q. Clelius, & T. Lartius.) 52. ILargius iterū legēdum puto, ut suprā de Sp. Largio admouimus. Et de his coss. multa mentio apud Dionys. lib. 5. sub finem:

Romæ tribus vno & XXX.) 52. K. Impudens hac mendacē est. Tempore Coriolani XXI. erant tribus, quarū XII. eum damnarunt, IX. absolverunt. Tempore Liuji erant XXXV. Et ipse postea plus nouem additas scriberet ad has quas hoc loco numerat. Legendum igitur vna ac XX.

M. Lectori primipili Centurionis.) 55. C. Primus centurius erat (inquit hic nos t' author lib. 7. sub fine) quem nunc primipilum appellant. Dionys. autem lib. 9. ait centum ac sexaginta milites subesse primipili imperio, si codices non fallunt, quod suspicor. Vegetius lib. 2. cap. 8. Veetus autem, inquit, consuetudo tenuit, ut ex primo principiō legione præmoueretur cetero primipili, qui non solū aquila p̄rācerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est, quadragesitos milites in prima acie gubernabat. At rursus Liuius li. 4. de bello Macedonicō ait, in pugna qua T. Sempronius Coss. aduersus Boios confixit, Q. Victorius primipili centurionem, & C. Atiniū tribunū mil. adempta signiferis signa in hostiis iniecisse. Et Salustius in Iugurthino bello, vbi de A. Albino capiendo, ait: Et centurio primipili tertiae legionis. Ex his videtur primipilus nomen & centurionis esse, & ordinis in legione. Quare hoc in Liuji loco quidam primipilo, quidam primipili legunt, quod lectori iudicandum relinquo.

M. Valerius dictator Volefī fil. creavit.) 57. A. M. Valerius Publicolē frater Volefī filius fuit, qui in pugna ad Regillū lacū occisus est: quomodo igitur hic dictator factus? Ni Publicolam duos fratres eodem prénomine habuisse dicamus, quod equidem vix credo. Quidam pro filium legendum putarunt nepotem. Et, prouocationem patrum lege, pro fratribus legem moti ex hoc quod suprā Liuīus dixerit, quodam scriptores prodidisse Valerium Volefī nepotem primū dictatorem Romæ fuisse, quod cum Liuio certis de causis non videatur, postea alibi dictatore factum, verisimile esse. At horum opinionē refellit Dionysius, qui hunc Valerii plus septuaginta annos natū scribit: quod de Publicolē ex fratre nepote vix credibile sit, cum hic decimus sextus duxat ab liberata Vrbe sitannus. Quare alij putant L. Valerium legendum, de quo postea in Sp. Caisij damnatione fit mētio, quem Publicolē fratrem Dionysius perhibet lib. 8. Quidam M. Volefī filium legunt, ut hanc tollat dubitationem, Quid ex his verius sit, lectoris iudicio relinquimus, ut pleraque alia. Porro cum hocce Valerio, quo cūque tandem prénomine Magistrum equitum Q. Seruiliū consulū Seruiliū fratrem Dionys. lib. 6. prodit, quem Liuīus codex hic omittit: sed id alibi etiam facit, cum certum sit nullum vñquam dictatorem Romæ creatum ab ipso Magistro existimare, ut tradit Dionys. lib. 5. ad finem.

Agideinde de concordia ceptum.) 58. K. Cū hæc editio propter nexos cōperit ut ipse paulo antē dixit, vbi de Valerio loquitur, retulitque (inquit) quid de nexis fieri placeret, mirum est Liuium ne vñnum quidē verbum am plius de nexis dicere, quomodo tandem cum ijs auctum ideoque ex Dionysio S. C. factum recitare placuit, sed ex codice vt cūque Latino, nam codicis Græci copiam habere nequiuimus. Is itaque lib. 6. in oratione Menenij Agrippa hoc senatus consil. de nexis referit: Debentes pecuniam, neque iantes quæ dissoluere, liberari eos solutio ne ex quum censimus. ac si corpora iam aliquorum, prefinito tempore legitimō, detinentur, ipsa quoque iudicamus libera. Et quicunque capti iudicis, rem suam condemnationib. tradiderint, hos quoque liberos esse voluimus, damnationes quæ eorū tollim⁹, irritas quæ facimus. Ac sic igitur præteriti cōpors cōtractus, qui nobis afferre vñs sunt seditionē, corrigimus: futuri vero deinceps, quemadmodum, ob plebei, vobis Senatu quæ cōmuniter cōsul-

tantibus videbitur, lege quoque sanciente, ita illi se habeant. Hec ille. Est & lex tribunitia, quam Liuius hoc loco sacram vocare videtur, ab eodem descripta Dionysius quā apud eum lector querat, nos ad alia festinamus.

Per secessionem plebis Sp. Cassius, & Posthumus.) 59. A. Addendum vtrique, iterum. Cassius enim cōs. fuit anno 8. ab liberata Vrbe, Posthumus nono. Inuenio etiam in alijs libris C. Posthumus nō nominatum, quod mihi placet. Nam Posthumus nō nōmen est, non prōnomen, quanquam quidam codices habent Posthumus trifyllabon, vt sit prōnomen, quod necfio.

Eodem anno Agrippa Menenius moritur.) 59. D. Hęc duo nomina identidem Liuius inuertit. Nam paulò ante ita dixerat: Placuit igitur oratorem ad plebē mitti Menenium Agrippam. hic ait, Agrippa Menenius. Dionysius semel, quantum memini, Agrippa Menenius dicit, vbi cōs. creatur. deinde perpetuō Menenius Agrippa. Sed hęc non sunt tanti.

Læuoque per Volscos māriusque ad Cumas.) 59. E. Satis clare hoc loco Volscorum situs describitur. Nam Autium etiam Volscorum ciuitas fuit, vt ex fine huius libri patet. Plin. autem lib. 3. ca. 5. Volscos vltra Circeios emouet. Porro quod hic Liuius vocat Pontinum, Dionysius lib. 7. ab initio vocat Pometiuum campum, si codex non fallit. Pontinam paludem Plinius eodem capite a Circeis esse ait, & lib. 26. cap. 4. plurali numero Pontinas paludes nominat agri suburbanae Italiae. Pontini rursus mentio lib. 6. apud hunc authorem nostrum, anno ab Vrbe condita, 367.

Et Norba in montes no. colo. quae arx in Pon.) 60. F. Norba Plinius meminit, vbi de oppidis claris olim in Latium, Norbanos etiam prope Lauicanos in Latium, vtnō exitimē longā Rōmā versus Norbam vel Pōtinum fuisse: siquidem Norba arx in Pontino esse debuit, vt hic describit Liuius.

M. Minutio, deinde & A. Sempronio cōss.) 60. F. Addendum vtrique, iterum: quippe qui simul cōss. fuere anno 257. ab Vrbe condita.

Tarquinii regem qui nō tulerim.) 60. G. Atqui paulò superius de Coriolano ita inquit Liuius: Cn. Marcius adolescent & consilio & manu promptus. Tempore igitur expulsiorum regum adhuc in publis erat: quare hęc verba Liuij persona melius congruebant, quam Coriolani.

Ipsē cū die dicta non adeslet, perseuer.) 60. I. Nō per sequar nunc historię variationem, quę apud Dionysium longè luculentius, meo quidem iudicio, quam apud Liuium narratur. Id quod fuit necessarium ad huius historię lucem, omisſis videtur Liuius, videlicet quomodo iudicium hoc perlatum nouo ritu, nec antea consueto. Tū primū (inquit Dionysius) concio curiata ad ferenda suffragia à Tribunis plebis vocata est, cum antea semper centuriata vocaretur. Curiatam vocat, quando viri in centuriis suffragia. Centuriatam, quando per centurias. Centuriæ autem erant cxxviii, per sex diuīas classes, vt copiōsæ antea dictum est: & prima classis cum equitibus centuriis habebat xviii. Restabant igitur reliquarum classis cxxv. centuriæ, hic nihil earum rerum obseruatū.

Ludi fortè ex instauratione magni.) 60. K. Ludi acti erant, sed non rite, ideo quę instauratur. Porro hoc loco, & nouum annum, & alios cōs. ponit Dionysius. Liuius omisit, aut eius codex iniuria temporum. Tale autem somnum Xerxis narrat Herodotus li. 7. ab initio, homo Grecus fabulam, Latinus historicus historiam feliciter.

Ludi quā amplissimi vt fierent, Senatus.) 61. B. Ethoc loco Dionysius ī initio libri 8. & nouum annum, & nouos referit cōss. In Liuij codice ea omnia omisla, vt iam diximus de priore quoque anno.

Pragellius l'ullius ad caput Ferentinum.) 61. D. Libro priore de morte Turni Herodonij, aquā Ferentinam appellat, hic v̄ero caput Ferentinum. Libro autem septimo, Hernicorū oppidum Ferentinum asserit, & eodem libro, anno ab Vrbe condita, 406. ad lucum Ferentiā ait Latinorum concilia habita. Sed de hoc etiam antea.

Inde ad Latinam viam transuersis tramitibus trans.) 62. G. Nota hęc Liuij compositionem, transuersis tramitibus transgressus. Hoc loco Dionysius omisit, cōs. ponit post Circeios captos, quos paulò post etiam Liuius suis tū cōs. fatetur. vt hic sit quartus Martij exilij annus, quemadmodum ait Veturia in oratione ad filium apud eundem Dionysium. Porro in ciuitatum nominib. non conuenit illis, vt in plerisque alijs. Bolanorum, oppugnationem bis describit Dionysius, sed codicum, vt puto, errore: Liuius ne memini quidem. Plinius de veteribus Latij populis Abolanorum & Polanorum meminit, unde forsitan hic error in Dionysij codice, Tolerinorum nulla apud Liuium mentio. Plinius Tolerenses vocat. Verū hęc omnia prosequi eius est qui commentarium, nō qui annotationes scribit.

Etda fossas Clitilias quinque ab Vrbe. m. p.) 62. G. Nō est dubium, quin de ijs loquatur fossis, de quibus libro primo in Tullo Hostilio, eas enim fecerant Albani duce Clitilio, vt vocat Liuius, à quo & nomen habent. Apud Dionysium hoc nomen corruptè legitur Cæcius vel Cœlius. Distatia etiam earum fossarum vtroque in loco apud vtrunque authorem eadem narratur: in Liuij quidem quinque millia passuum, in Dionysio 40. stadia, quæ totidem efficiunt millia passuum, si octona stadia mille de mus passibus, vt Plinius lib. 2. cap. 23. facit.

Sine vt priusquam complexum accipio.) 62. K. Eadem verba sunt apud Valerium Max. lib. 5. cap. 4. hinc vt puto subiecta, à nobis autē indicata, vt ex alteris altera emendarentur.

Sp. Cassius deinde ac Proculus Virg.) 63. D. Legēdum Sp. Cassium III. Primū enim fit cōs. anno ab Vrbe cond. 252. iterum anno 261.

Dānatū Ser. Cornelio, Q. Fabio cōs.) 64. I. Quidā codices Seruiliū, quidam Sergium habent, sed vtrique errant. Nam Seruiliū prōnomen est, Sergius autē ac Seruiliū nōnōmina. Quidam ynam literam S. ponunt suspenentes nās ignato confitūdīnis Romāna. Mirum vero in Liuij cur non in fine prioris anni meminerit S. C. de lege Agraria facti, de quo toties Dionysius & nos paulò pōst ex eodem referemus authore.

Vt cū L. Æmylio Cæso Fabius cōs. cre.) 64. K. Hunc annum Dionysius li. 8. ait ducentesimum sepiusq. stimum annum ab Vrbe condita: ergo ab liberata Vrbe hactenus tres omisī sunt anni in Liuij codice, vt sepius nunc ostendimus.

Abutebanturque ijs inter semetipos certando.) 65. A. Pūsillum fortassis hoc, sed tamen ab expositoribus Ciceronis magnis quidem viris non omissum. Notare placuit, malle quoisdam inter semetipos legere, quām inter semetipos: vt illud paulò pōst, Æternas opes esse Romanis, nisi inter semetipos seditiōnibus faciant. Quidam tamen mutarunt, inter semetipos legentes. Quidam vtroque modo authores etiam magnos locutos cōtendunt, quibus cum haud quaquam pugnabimus.

Q. Fabius inde & C. Tullius.) 65. B. Legendū. Q. Fabius iterum, quippe qui quarto ante anno cōs. fuit, item sequente statim anno. Cæso Fabius & Sp. Furius. Legendū Cæso Fabius iterum. Rūfus paulò pōst quidam libri habebat, Sp. Publius Licinius trib. pleb. Sed Pub. tollendum, vt ex Dionysio paret, & res ipsa clamat.

Dūcedus Fabio in Veientes, in Equos Furio dat.) 65. C. Hic locus ab Antonio Sabelllico iure reprehēsus est. Quidā emendandum putauerunt, sita legeretur: Fabio in Equos, in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidam nihil dignū memoria gestum est. Ita enim duo loci sequentes quos notat Sabellicus, cum hoc consonarent. Et ipse aliquando in ea fui opinione. At Dion. verbalib. 9. de cōs. facit declarant, sequentes duos locos in Liuij codice malle habere, nō priore. Cesonis enim frater M. Fabius sequentis anni cōs. exprobrat mil. Romanis, iam aduersus Veios pugnare poscentibus, fratre suū aduersum eosq. hosteis deserūtum, & gloria priuatum militū inuidia. Verū in Liuij hoc mirum videri nō debet, si sapere in tanta rerū gestarum mole, iam senex historiam texens,

texens, memoria lapsus fuerit. quod ad authoris contumeliam dictum minime videri velim, sed potius vestitus ab anxiis nimium labore dehortarer.

In praesentia reipublica, exemplo in perpetuo.) 65. K. Quidam emendauerunt, in praesentia re ipsa, exemplo in perpetuum, qui sensus haud paulo clarior est, quam si rei publicae legerimus, & scriptura sefelli. Illud autem, in praesentia apud veteres in multo vsu: in praesentiarum autem, quo nostra vititur etas, non item: sed apud Vallam Perottumue natum videtur.

Traditam vltro victoriam victis Equis.) 66. G. Hic est locus de quo paulo ante admonuimus. Nam Veientibus legendum, & ex prioribus Liuij verbis, & ex Dionysio.

Victor, inquit, M. Fabi reuertar ex acie, si fallat.) 67. A. Locus videbatur non bene habere, sed est conuersus sermo à secunda persona in tertiam. Notandum autem est genus locutionis. Illud verò, Graduum patrem, Seruui in tertium Aeneid, interpretatur *per dñm*, id est, exiliētem in pælia.

Non magis secum pugnaturos quād pugn. cum Equis.) 67. B. Et hic est alter locus, in quo lapsum memoria Liuij existimamus, nisi temporum iniuria codicū fides fallat: quod quidem lectori iudicandum relinquimus. Quanquam si quis pro Equis legat Veientibus, cū Veientes hic loquuntur, non video ut quadret, sed omnino vel Liuij videatur memoria lapsus, vel ex tribus iam dictis locis primus male habet, etiam si Dionysius contrarium dicat.

At ego iniuratus aut victor.) 67. C. Dionysius ait etiā cos. iurasse. Ceterum proximo versu legendum, Ceso Fabius, non C. Fabius, ut perperam quidam habent codices. Fuere autem tres Fabij, M. Q. ac Ceso fratres: quoniam hic septem consulatus ordine fuerunt.

Ceso Fabius cum T. Virginio cos. factus.) 67. C. Legendum, Ceso Fabius III. ex annis ab Urbe cond. 270. & 273. quibus fuit cos.

L. Aemylius inde, & C. Seruilius.) 69. D. Et hic legendum, L. Aemylius iterum, quippe qui fuit anno ab Urbe cond. 270. Et planè suspicor ab scio aliquo pro iterum possum inde, ut qui notas non intellexerit.

Multiplicatis in arcto ordinibus.) 70. G. Hoc ut splendide dictum videri potest, ita ingenue fateor me non intelligere.

CCCVI. Perisse satis conuenit vnum, &c.) 70. G. Hanc opinionem recte reprehendit Dionys. Neque enim veri simile est tot eximios viros domi nullos filios reliquisse. Nam de parentibus etiam Liuij non dubitat, quippe qui paulo ante dicat: Precantur vtiliud agmen faustum atque felix mittant, sospites breui in patriam ad parētes restituant. Frustra igitur hoc dictum, Vnum prop̄ pubrem etatem relictum, & initio libri sequentis vanius repetitum.

Dum celeriora essent, agebat cosilia.) 70. I. Quidam agebat, emendarunt, male mutato numero. Ego, virgebat, legere malim, ut sit sensus, Inopia vrgebat in precipitia confilia.

Abeuhtes magistratu cos. Genutius.) 71. D. Mirum verò quo iure Genutius hosce apprehenderit cos. neque enim quicquam causē narrat Liuij, & Seruilius (quoniam illi, quod peccauerat, obici potuit) strenue se defendebat. Verum apud Dionysium clarior lögē narratur causa. cos. enim Sp. Cesio ac Proculo Virginio S. C. factum erat, quod quia ad horum annorum historiam plauis intelligendam multum lucis adferre vsum, placuit nobis hic referre ex libro vtcinque Latino: neque enim codicis Graeci copiā habere, yr ante diximus, potuimus, ex quo vel male vera emendaremus, vel per librarios corripta restituemus. Est autem huiusmodi decretum: Decemuiri consulares creari quo maximos, qui terminos regioni publica ponentes, declarent quantum eis locari, quantumque diuidi populo oporteat: ex quo autem iure ciuibus & socijs, si quam postea acquirant communiter militantes, contingentem quibusq; parte secundum conuenta tradi: electionemque horum virorum, di-

stributionemque fortium, & cetera quæcunq; fieri oporteat, futuro Cons. perficere. Hec ille. Ad id statim post Casij mortem à cos. Q. Fabio ac Seruilio impeditum ad hos usque annos iacuit. Id tribunum Genutium ac plebē male habuit, quod cos. in exequendo S. C. cessabant, ideoque in eis trahebantur. Porro quod statim subiecti tur L. Aemylius & Opiter Virginius consulatum ineunt: legendum, L. Aemylius tertium: bis enim ante cos. fuit anno 270, iterum anno 276.

Vt plebeij magistratus tributis comitijs.) 72. K. Quidā codices falsò legit tribunitijs pro tributis. Dionys. hoc in loco centuriata comitia distinguunt à tributis: quod centuriata ferent precedenter S. C. multitudineque per curias ferente suffragia, ac post utraque hæc, signis à nimidine & augurij nihil aduersantibus. Tributa verò, quod neq; S. C. prius facta, neq; sacris, neq; aruspicibus sanctificentibus fierent, unaq; die haberent finem. At Coriolani iudicium describes, curiata à centuriatis distinxit, quod in curiatis viritim suffragia ferrentur, in centuriatis per centuriatas. Quæ loca si quis conferat, in altero centuriata à curiatis neutiquam distincta reperiat, in altero tributis cum curiatis properinodum eadē facta. At Gell. li. 15. cap. 27. Curiata comitia, inquit, sunt cum ex gentibus omnium suffragium fertur. Centuriata, cum ex censu & etate. Tributa, cum ex regionibus & locis. Hæc illle. Ex quibus verbis curiata à centuriatis satis distincta sunt, at à tributis non admodum clare. Ego coniūcio curiata comitia esse, cum viritim per omnes tribus suffragia ferrentur, ut de Coriolani iudicio scribit Dionys. Centuriata, cum excessu & etate: atque ab his non absesse vel patres vel patritios. Tributis autem solam adesse plebem, ut hinc Lex Liuij faciat patet. Sed hæc, ut in alij iam sapè fecimus, letoris iudicio relinquimus. Nam Liuij diligentiam in readmo duri necessaria hic plane desideramus.

Volscum Equumque inter seditionem Rom. est bellū co.) 71. E. Hæc lectio in plenisque est libris. Quidā ita muratur: Volscum Equumque inter seditionem Romanam & bellum coortum, valauerant agros.

Necylla vi dominari poterat.) 73. E. Vide quād subito mutatum dicendi gēnus. Ita stimulabat Appium, nec vī la vi domari poterat exercitus. Itaque quidam legeremālunt. Nectamē vīla vi domari poterat.

Per stragem corporū armorumque euasere.) 74. H. Il- lud quoque considerandū electori. Nam si Volsci vltimos Romanorū adorti sunt, atque ex eis aliquot occiderunt, quomodo prima acies Romanorum per ea corpora sumam fecit? Meo quidem iudicio locus inexplicabilis est.

L. Valerio, T. Aemylio cos.) 74. K. Valerio iterum legendum: nam anno 271. cos. fuit, qui Sp. Casium quæstor accusauerat. Titi autem Aemylii pater fuit L. Aemylius tertio cos. annis 270. 276. & 281.

Tanquam tertio cos. sustinent.) 74. K. Appius ditius ni agrorum contradicebat, cos. verò non resistebant tribunis, ut luculenter ex Dionys. colliguntur, & ipse Liuij ab initio sequentis libri de Aemylio idein fatetur. Porro de Appiū iudicio causam accusationis omitit, rem apud Dionysium eleganter accipio & explicatā, ut haud immerito negligenter queat accusari Liuij in loco ab optimo quoque viro, nēdū ab C. Caligula monstroso quidem illo Imperatore, non tamen proflus nullius iudicij.

Patres quoque non te, pro villo æque an. sunt, propriognat.) 75. A. Vide mutatam subito orationē, ac velut ciblitum dicti superioris, ad aliud transisse. neque enim dicti mus, annixi sunt propugnatores obici irata plebi. Nisi dicas desiderari verbum aliquod, ut, agrā ferēbant, vel indignati sunt, aut quid simile.

T. Quintus, & Qu. Seruilius.) 75. E. Legendū T. Quintius iterum, vt sequentes eius viri consulatus ostendunt, presertim quartus. anno ab Urbe cond. 309. vbi Liuij numerum non omisit. Ceterum hic Seruilius tertio post hunc anno rursus fit cos. ac à Dionysio Priscus dicitur.

IN T. LIVII LIBRVM TERTIVM, HENRICI GLAREANI LORITI ANNOTATIONES.



Viximus extinctæ ad Cremeram genti superfl.) 77. A. De Fabiis iam antea admonui mus ex Dionysio, non verisimile esse vnum illum dñitaxat superfluisse. Verum id haud minus mirum, quomodo tam citò cōs. fieri potuit, cum vixdum pubereo tempore esset, à quo decimus hic est annus. Cognomen eius Vibulanus fuit hoc loco apud Liuium omisum: postea verò tertio consulatu ab Liuio ponitur. Legendum etiam hoc loco, T. Amylius iterum: de quo non solum nihil eiusmodi prior re consulatu dixit Liuius, sed etiam contrarium, ut prior libro ostendimus.

Q. Fabio & T. Quintio cōs.) 77. C. Q. Fabio Vibulanus iterum, & T. Quintio Capitolino terrum legēdū: quod etiam Dionyfius diligenter tradidit.

cōs. inde Posthumius Albus.) 78. I. Posthumius legendum, ut patet ex Dionysio, atque adeò paulò pōst ex ipso Liuio, vbi refert quod cōs. hōlium, ceciderint. Præterea Posthumius nomen mihi videtur, non prænomen, vt in eo quod cōs. fuit annis ab urbe condita 253. & 261. omisum C. videtur, ita hīc nūmis parvus. Dionyfius enim cum P. Furio legato mille occisos ait: verisimile est aliorū non pauciores occisos tota hac oppugnatione.

Inde Romanam redditum est, iustitiā rem. est. cōlūm. &c.) 80. F. Alij libri habebant vlt. pro inde. Fortassis autem id mutatum propter compositionē trīum, est, est, est. Verū multa similia reperias, vt id non omnino necesse fuerit mutare. Paulò ante. Et exequendo subtiliter numerum: vide num ex quando sit legendum.

Circuito ac cura adilium plebis erat.) 80. I. Quidam amphibolos putant. Nam si post adilium distinguis, vi detur dicere velle. Quia cura adilium esse consueverat, eam plebis nunc factam. Sed mihi sensus videtur coniunctum legendū: Quā munia proceres obire debabant, ea ad adileis plebis peruenisse.

Sed ne adeundi quidē Romana mōenia.) 80. I. Dionys. ait Volscos Equosque vrbem tentasse, sed frustra id conatos. Ipse Liuius paulò pōst Romanos ab hōliibus obfessos ait: hic verò, non ausos adire Romana mōenia.

Immoderata infinita potestate.) 81. D. Quidam hec ad iēctūa ad vnum posita substantiū distinguit, nihil minus obscuro manente sensū. Illud autē omneis, quod paulò pōst sequitur, accusandi videtur casis, ac pluralis numeri: etiam si verterent pro verterentur accipi potest, omnia supplicia.

Legem fēcē promulgaturum vt Quinqueui.) 81. E. In Dionysij codice hic tribunus vocatur Terentius, haud scio errorē librariorum. Atidē Dionyfius lib. 10. ab initio ait Romanos haec tenus absque legibus vixisse, sententiaque Senatus atque magistratiū sterisse. Itaque Tribunos pleb. postulasse, vt leges scriberētur, quibus & cōs. & alijs magistratus vtererentur, populusque non dominatione Consulū, magistratiūque libidine, sed illis tenebatur legibus, quas ipse tum legislet tum sanxisset. Hac lis durauit, continuatque vrbem, vique ad Decemviros creatos. Vnde legem han lib. 10. apud Dionys. aliquando clariorem quā Liuius tradidit.

Et tempore capto adortum rem.) 81. E. Captare tempus oportuniū rei gerendæ se pēdicitur, sed capto tempore quid sit, non Hercle intelligo, nisi capto pro capto intelligamus, aut apto legendū.

Dilataquē in speciem actione res ipsa sub.) 82. G. Quidam in re ipsa legunt in auferendi casu. Quidam in spēm actione: at vterque sermo insignem habet obscuritatem, non tamen inexplicabilem. Eiusmodi etiā dicendi modus est lib. 4. decad. 3. non ita multis, ab initio versibus, item alibi, vteo in loco annotauimus.

Alteri cōs. datum vt ouans sine militibus.) 82. H. Cū toties eorum triumphorū discrimine vtatur Liuius, mirum nō semel dignatū hec vel vno ostendere verbo quid differant. Dionyf. sanè lib. 5. an. 7. ab Urbe liberata multa de his: sed in codice nostro adeò corrupta erant, vt apponere ausi non fuerimus. Aulus Cell. item lib. 5. ca. 6. ad finem quedam hac dea adfert ex vetustoribus adeò varia, vt Liuium hac potissimum ratione, quo minus ea discriminaret, deterritum crediderim.

Libri per Duuumiōs sacrō aditi.) 82. H. Sibyllinos haud dubiè intelligit, cū tamen ne vno quidem verbo de iis quicquam antea. Dionyfius autem nec hoc loco, nec in Tarquinio neglexit.

Sicne quid aliud actūm putent, viciam le.) 82. K. Et hic sensus obfuscarus est: puto illum plebi perfūadere revelle, Consules nihil aliud egisse, nihil aliud quām quo pacto legem tollant, cogitare: nec aliud cogitent ipsi, quām viciam esse legem, nisi dum in integro res sit: & qua sequitur reliqua.

Cum discedere populi iussissent tribuni.) 83. A. Manifeste hīc vides populi voce etiam patres intelligi.

Ecquid sentitis iam vos Quirites.) 83. C. Illud iam, non omnes habēt libri, sed placet. Et illud Ecquid pro an nō possum videtur.

In Urbe fuerat, in iuuentutem gra. in Sub inci.) 83. E. Vide hoc genus compositionis quater, reperit prepositio nem, in: quanquam quidam codices in, ante iuuentutē non habent.

Nocte Capitolium atque arcem occuparunt.) 84. K. Mirum si tam facile Capitolium capi poterat. Decebat, meo quidem iudicio, hāc verisimilitus narrare Liuium, id quod Dionyfius non neglexit, & loci naturam & accēdendi modum paucis aperies, at non minus verè quām luculentem.

Non vulgo: tantum, vt in certo hoste præf.) 85. A. Tantum, à vulgo disiungendum. Et mirum si lōli cōs. habēbant arma.

Ad id prope vnum maximē inclinatis rebus in.) 85. C. Pusilliū hoc, sed non tamen negligendum, magis quib[us] placere ad, quām at. Idque codices quidam habent, nominatim Moguntinus. Sed at, etiam quadrat.

Iupiter Opt. Max. Iuuno regina & Mīa.) 85. D. Hec tria numina Romana fūsile existimandum est, quippe quā passim imperatores Romani aut nomināt, aut inuocāt: vt hoc loco Valerius, & lib. 6. M. Manlius, & lib. 8. Deca. 4. Scipio Africanus. Quanquam Seruūs in tertium Aeneidos librū non ita longe ab initio (si modo codex non fallit) hos exhibet, Iouem, Mineruā, ac Mercurium. Item repetit in fine prope octauū libri. Libro autem secundo vbi de Laocoonte, Capitoli, eadē quā Liuius nominat, ponit numina.

Quod princeps familiā sua ausus in reg.) 86. F. Hic Valerius de Publicola loquitur, quasi iam de tritauo aut atauo, cū Dionyfius lib. 11. cū filium Publicola suisle dicit. Meminit & eiusdem lib. 7. idem author: quanquam lib. 6. ad lacum Regillū P. Valerium Publicola filium occisum refert, quod in eundem annotauimus.

In peragendis consularis officij partem.) 87. D. Ita vetustiores codices habent. At peragendis signandi casu legit codex Moguntinus: vtro modo legeris, est sensus clarus.

De pro-

De proferendo exercitu agere.) 87. E. Hoc difficultius est. Vide autem num proferendum dicere velit, quem prolaturi coss. erant, nisi tribuni obstante. Itaque obni rebantur propter terrores, quos author cotinuo post subnedit.

C O S S. creati Q. Fabius Vibulanus III. 88. H. Non est dubium, quin de eo Fabio loquatur, cuius ab initio huius libri mentio, & cuius bis à Liuio omissum cognome est.

Cornelius, ut Roma præsidio esset.) 88. I. Quidam Cornelius mutarunt in Cornelio, propter verbum datum, & præcesserat: quasi non & verbum partiti, præcesserit, ad quod referri poterat.

Arcem Tusculanam improviso nocte cap.) 88. K. Diu nys & oppidum & arcem capta scribit, quod verisimilius puto, nisi quis Equos in hoc App. Herdonium imitatos credat. Admonuit etiam Sabellicus paulo post de Fabio ad Columnam, legendum reliquo exercitu non relitto. De eodem Fabio, ante iam dicta verba, vi nunquam eos subi gere potuit: alij legunt, vi nunquam eò subire potuit. Quid si potuere legatur, propter statim sequentia hæc verba. In ernes nudique omnes subiugum ab Tusculanis misserunt.

Erat & noua exorta causa motus.) 89. C. Amphibolon, in motus participio, & nomine & noua exorta causa, in nominandi casti, & vocandi. Res digna vbi exerceantur curiosi grammatici.

Omnis ha res in unum congruentes.) 89. C. Quidam hos nominatiuos in accusatiuos mutarunt, non bene meo iudicio. Nam faciebant verbum, nullum aliqui habebit nominatiuum.

L. Minutius inde, & L. Nautius c o s s.) 89. E. Pro L. Nautio legendum ex Dionysio, C. Nautius iterum: nam tertio post occisos Fabios anno c o s s fuit cum P. Valerio.

Cum M. Valerio Valerij filio Volefi.) 89. E. Puto cum loqui de M. Valerio Marci filio, de quo anno ab Urbe condita 252, aut liberata anno nono. Cuius pater Publicola frater in pugna ad Regillum lacum occiditur, qui eo etiam loco Fusus dicitur. Quare legendum puto, Cum M. Valerio Marci filio. Nam Valerij filio ut legam, persuaderi non possum.

Nec diuturnam quietem Equi dederunt.) 90. F. Valerius Max. lib. 2. cap. 2. cum Equicolis hoc bellū fuisse ait. Quare lector secum perpendat, num Äquicoli, aut Äquicoli, cum Equis idem sit populus, an apud Valerium menda. Cum Liuio enim concordat in nomine Dionysius. Plinius Äquicolariorum lib. 3. cap. 12. meminit. Ptolemaeus Äquicolas appellare videtur. Vnde quidam Äquicos cum diphthongo, ut Äquicolos, scribunt.

Cuius vmbra opaca sedeserat.) 90. G. Nisi subintelligamus ut sit, sub vmbra opaca, aut per sedem, Clelij territorium accipiamus, non hercle video quid sibi hæc verbavellint.

Legionibus Dictatoris clamore significant.) 92. F. Sen sus est per quam obscurus. Rem autem in discrimine esse de hostibus intelligo, quasi diceret, non ab Consulis tantum parte res hostium in discrimine erat, sed ab dictatoris quoque parte, id quod legionum clamor satis significabat. Circundari autem verbum paulo post, pro circumdati participio legitur in quibusdam codicibus.

Sequuntur c o s s. Q. Minutius, M. Horatius Pul.) 93. A. Dionysius legit C. Horatius. Meminit & hic noster author quinto post anno C. Horatii Pulilli, mortui auguris, quem hunc fuisse coniicio.

Trigesimo sexto anno a primis trib. ple.) 95. B. Dionysius supputatione hæc Liui ratio bene habet. Nā anno 17. ab Urbe liberata creati sunt primi tribuni. At hic annus ab eadem Urbe liberata est quinquagesimus tertius. Si igitur ab LIII. subtرا xeris XVII. relinquuntur anni 36. At qui in Liuio tres defunt anni (quod suprà indicauimus) 248, 264. & 265. Quod autem continet subnedit: Itaque cautum est ut postea crearentur: itaque duæ sunt dictiones. Sensum autem puto esse: Cautum est, ut postea crearentur, videlicet numero decem. Connexio verborum

non admodum in vñsu. Ex singulis attem classib[us] ait, priores V. innuens. Neque enim ex sexta quisquam elegebatur.

T. Romulio & C. Veturio coss.) 95. C. Si vñpiam alibi certe hoc loco Liuius Romanam historiam nimium decurtauit. Omittit enim L. Sicinius Dentatus acerrimam illam aduersus coss. actionem, vt tacē tribunorum pl[en]aduersus eodem coss. ob nimis asperum delectum, contentionem habitam. Vnde causam, postquam magistratu abiecte, sumpsere tribuni in ius vtrunque ducendi. Est autem hic Sicinius, cuius Cellius libro secundo, cap. 11. & Plinius libro 7. cap. 28. & Valerius Maximus libro tertio, cap. 2. multiq[ue] alijs eximij meminere scriptores. Liuius vix videtur nosse eum, quippe qui adeò frigidè postea à Decemviris occisum referat. Et in nomine mirū est tantum dissidij esse apud authores. Liuius cum Sicciū vocat, quod nomen multis item locis in Dionysij irrepsit codicem. Plin. verò Cellius, Valeriusque Sicciū vocat, & Sicinius nomen inter primos tribunos pleb. fuit: quanquam & Sicinijs (haud dubiè patricij) Consulis nomē est anno ab Urbe condita 267. Sanè cum primū legerem a p[ro]p[ter] Liuium T. Romulū Veturiumque dānatōs nullam altiam ob causam, quām p[re]dā non concessam militibus, magna me cepit admiratio. At percurrenti Dionysij scripta, dij boni, quām longè alia in his damnandis vñfariatio est. Sed hoc est hist[ori]am scribere, sic Latini superant Grecos, ita & equamus Herodotum.

Sp. Tarpeio, & A. Äternio coss.) 95. D. Äterniū quidam hunc c o s s. vocat. Plin. lib. 7. ca. 28. & Gell. lib. 2. ca. 11. Aulum Thermum, vocant Dionysij Thermenium. Tanta est in huius c o s s. nomine variatio. Ceterū Romulio diem dictam à Cice. Liuius ait, cū Dionysij à Sicinio Denato scribat: adeò noluit hunc noscere Liuius: quāquam in hoc aliquem autorem fecutum Liuium puto: aliqui enim manifesta effett impudentia.

Veturius XII. millibus.) 95. D. Ita plerique habent codices, sed alij emendarunt XV. millibus, & recte. Nā Dionysius Veturij sum mam ait sequeplam fuisse ad Romulij multam. Senatores autem ut euitarent in posterum has pœnas, inuenierunt modum, vt multæ summa constitue retur duorum boum, ac triginta otium: lōge minor Veturij ac Romulij.

Mis̄i legati Athenas Sp. Posthumius Albus.) 95. E. Et in his variatum est nominibus. Album enim non addit Dionysius, & Sulpitium non P. sed Seruū prænomina, qui fuit c o s s. anno ab Urbe condita 293. In A. Manlio hoc loco uterque conuenit. Quod si hi consulares erant, vt ve rismile est, in prænominiis variatum & Manlij præmen.

P. Curiatio & Sext. Quintilio coss.) 95. E. Dionysius P. Horatium cum hoc loco, tum postea inter Decemviros ponit: verū Liuium Dionysium; diu, scilicet secutos authores crediderim, vñli. de Curiatijs ac Horatijs accedit. Ceterū ante h o c c o s s. idem Dionysius ait trecentos annos ab Urbe condita expletos. Hic igitur annus est trecentesimus primus, quod nos in ratione temporum fecuti sumus.

Inde c o s s. C. Menenius, P. Sextius Cap.) 94. F. Hī c o s s. in plerisque Liuij codicibus deerant. Qui nuper apposuerunt, ex Dionysio emendasse videntur: in quo tamen L. Menenius appellatur, non C. Alterautem hīe Sextius, sive Sextius, non Sexilius, ut erant quidam libri.

Modò ne lex Acilia de Auentino.) 94. F. Icilia legendū puto, videlicet quā L. Icilius tribunus pleb. pertulit quin to ante anno, ut authore sit Dionysius lib. 10.

Anno trecentesimo altero quā condita.) 94. G. Ab Urbe condita usque ad primos c o s s. fuere anni 244. A primis autem c o s s. usque ad Decemviros anni sunt quinquaaginta octo. Ergo nunc trecentesimus alter expletus est, & priores Decemviri anno trecentesimo imperarunt. Apud Liuium autem de his quinquaaginta octo annis omisi sunt tres anni, iniuria temporum, ut iam sep̄, sed suis locis admonuimus.

P. Sextium

P. Septium patriciæ gentis virum.) 94. L. Videtur hic a-
lius fuisse à Decemviro, & variatio in Septio & Sextio ni-
hil hinc facit, quâquam alterum ratione dicitur, alterum
vñi introductum videtur. Quidam codices prænomen
non habent.

Cum fortuna, qua quicquid cupit fore, potentio-
ris.) 96. G.

Iñsignis ambiguitas in Cum & fortuna. Præterea qui-
dam codices, esse, quidam esset habet. Sed legendum est:
Hi ferre, agere plebem, plebisque res, cum fortuna, qua
quicquid cupit fore, potentioris esset, & iam ne ergo
quidem abstinebatur.

Idus Maij vener.) 96. H. Hic nouus est annus, & tertius
Decemviro, quod ostenditur ex oratione Publij Sem-
pronij tribuni pleb. lib. 9. aduersus Appium censore con-
cionantis, ubi obiter de hoc Decemviro mentionem fa-
cit. Et hic est (inquit) Quirites illius Appij progenies, qui
Decemviri in annum creatus altero anno se ipse creauit,
tertio nec ab se, nec ab ullo creatus, primitus fasces & im-
perium obtinuit, nec antea continuando abiit magis
stratu, quâm obruerat eum male parta, male gesta, male
retenta imperia. Atque hic primus est locus ad proban-
dum alium esse annum tertium, quo Decemviri fuere in
imperio, & aliū quo Valerius ac Horatius coss. fuerunt.

Cum & ipsi consensu in iussum imperium.) 96. K. Vide
vt mutata relatio: nam, ipsi, Decemviro refert, dixerat
enim ante in consensu resisterent, & ipsi interpretaren-
tur, coniungendum.

Suarum que solliciti erant rerum, amissa pub.) 97. A. Sic
in plerisque vidi codicibus scriptum, & est clarus sensus.
Atalij, solliciti, sustulerunt, quod ego non tollerem: quan-
quam absque eo etiam sit sensus non contemnendus.

Claudij interpellâdi verecundia fuit.) 97. E. Quidam
genitium Claudij in accusatum mutarunt Claudiū:
quod cum precedentibus verbis nescio vt quadrat: si qui-
dem Decemviri, præterquam de quo retulissent, dicere
prohibebant, nisi quis dicat, alias quidem prohibebant.
Claudium autem propter autoritatem verecundia fuit
interpellâdi, idque verisimile, nam & Dionysius longi-
simam eius orationem recitat.

Censendo enim quosunque magistratus esse.) 97. E.
Et hic per quam obcurus est sermo: sed probat C. Claudij
sententiam re asperiore fuisse, quam aliorū, quod De-
cemviro pro rorsus priuatos censébat. Aliam autem, ali-
quos adhuc in magistratu esse vt cunq; admittere. Quos-
cunq; igitur ita accepit, vt nunc vulgo qualecunq; dicimus.

Vt Decemviro qui Decemviro ratum petissent aut so-
cij.) 98. F.

Nisi ita ordinemus, Mirari se dictitans, vt aut socij, aut
hi qui Decemviro ratum petissent, maximè oppugnarent.
Decemviro, non video quid sensus hic elici queat. Est
autem dura compitio.

Verum esse p[ro]i[st]i[ti]um rei tant[em] afferre.) 98. F. Pro,
esse inuenio quibusdam in libris, posse. quod magis pla-
cer. Codex Moguntinus habebat, ex se, pro esse: quod de-
inde plures fecuti sunt.

Tum Appius iam prope esse ratus.) 98. H. Lectore et-
iam atque etiam admonitum volumus, vt hunc locum
diligenter perpendat, nam per aliquotversus corruptum
puto: si quidem aliquod exemplar yetus tum naestus fue-
rit: fortals medelam inuenier. Expositio leuare vt-
cunq; portu semper, sed noluimus sumos offundere. Est
autem modus loquendi, magistratus irati atque indignan-
tis, vt dicentes, Non erit melius, aut, proinde quies erit
melius, aut (vralij legunt) qui esse erit melius: quemad-
modum postea dicturus est Appius cum Virginiam ad-
dicaret suo tam bello clienti M. Claudio.

Perinde vxor instituta fuerat, liberiq; institutæ.) 99. D.
Tempora declinationum idem cōfusa sunt, quod inter-
ierat tam pridem Numitoria mater, autore Dionysio, &
ipso paulo p[ro]st Liui: & liberi de ynica filia dixisse vide-
tur. Porro gener Virginij, & cui filiam desponderat Virgin-
inius, L. Icinius C. Sicinius, qui primus tribunus pleb.

fuit, filius à Dionysio perhibetur: in cuius tamē codici-
bus, quos nobis videre contigit, Siccius pro Sicinnius
fa[ct]e legitur.

Lege apud ipso lata vindicias det secundum.) 100. F. Lex
apud Dionysium est, cum ducitur corpus aliquod ex li-
bertate in feruitum, nō quā auferre nititur libertatem,
sed qui libertatis est custos, dominus corporis esse debet
ad finem vñque iudicij. Vide apud eundem authorem,
legis expositionem ab Appio pronunciatam, quæ ad Li-
uij verba intelligenda multum lucis adseret, eam nos
consultò omittimus, ne commentarium scribere videre
mur.

Cum multi magis fremerent quām quisquam vñus
recu.) 100. G. Propemodum tale negotium hoc est, quale
superius de patribus est in plebem peccantibus post Cefonis
damnationem retulit, sensus tamen obscurus est.

P. Numitorius puellæ auunculus.) 100. G. Quidam co-
dices aucti habebat, at Dionysius Numitoriam Virginij
vxorem, Numitorijque sororem ac Virginij matrem pla-
nè assertib[us]. Etiple Liuius postea in catalogo nouoru[m]
tribunorum P. Numitorium Virginij auunculum scri-
bit: quāquam temerit, meo quidem iudicio, Virginij eo
in loco quidam reposuerunt. Rursus in accusatione Ap-
pij à Virginio facta, ijdem aucti restituerant, non mino-
re, vt puto, errore.

Cum instaret assertor puellæ vt vind.) 100. K. Vox me-
sa, assertor: nam paulo ant[er]e de M. Claudio dixit: Iam à vi-
tura erat, cùm assertor nihil opus esse multitudine conci-
tata ait. hic verò de Icilio ait. Si autē queras, cui instabat
Icilius? utrum satis est dixisse, vt vindicare? Videat ita
que lector, quid de hoc loco sentiat, nam mihi suspectus
est.

Quem decreto sermonem pretenderit.) 101. C. Verba
sunt Liuij: & tradiderunt, simplicius erat: nisi quis, tradi-
derint, potentiale putet modum, qui quām hoc loco
quadret, non equidem video. Porro Dionysius Halic. ser-
monem elegantem, sed subdolum huic decreto p[re]mis-
sum refert. Et verisimile est libidine amentem tale quip-
piam machinatum.

Ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas.) 101. E. Ve-
neris armate templum haud procul foro intelligit, quæ
Cluacina dicitur à cluendo, id est, pugnando, authore Plini-
lio lib. 15. ca. 29. Quidam Cloacinam Cloacariorum de-
am intellexerunt, sed ineptè meo quidem iudicio.

Quæ tum in monte Vecilio erant.) 102. K. Quis ille
mons sit, haud equidem memini in legere: oportet ob-
scurum esse nomen. Dein cū legitur. Quippe ab ipsis da-
tum locum seditio[n]is esse. vide num legendum, locum
seditio[n]i, in dandi casu, non in gignendi.

Quo anno iā ant[er]e abiissent.) 104. F. Hic alter est locus,
qui conuincit recte nos an h[ab]um tertium Decemviro[rum]
in Chronologia nostra seiu[n]xisse ab anno quo L. Valerius
& M. Horatius coss. fuere. Quanquam fieri potuit,
vt h[ab]it tertius annus quo in tyrannide fuere Decemviri,
non fuerit prorsus 12. mensum, & Valerium Horatium
que citius in iis magistratum, quām haec tenus confue-
rere, quippe dies solennis in eundis magistratibus non
fuit idem, vt multis postea locis ostendemus.

Nec inferendo in iuriam, nec patiendo etiam si.) 105.
A. Incertū, si ne distinguendum ante etiam, an post. Sed
res est modica.

Hac lege iuriis interpretes negant quenquam.) 106. F.
Liuij h[ab]et, sive iuriis interpretum expositio, ipsis legibus
difficilior est, & vt suspicor, in codicib[us], nostris corrupta.
Quidam pro eorum, substituerunt deorum: quia sequen-
t[ur]batur, id ad sacrum fanciri. Sed non placet. Imò h[ab]et ipsa
verba obscura sunt, & illud, ad, nuper, Id verò olim, falso
adiecum. Porro quod in parenthesis ponitur, durum est,
& varie item lectu[m] intellectumque. Denique paulo p[ro]st
vide num legendum, Consulibus quoque vt Praetoribus,
quia eisdem auspicijs Consules, quibus prætores crea-
ntur, caueum esse. Alioqui nō video quid sensus inde elici
queat. Mirum verò cū Liuius tam solitus esset de vo-
ce, iudicibus, cur non etiam de Decemviro[rum] legem expo-
suerit.

fuerit. Decemuirorum enim hic potestas abrogabatur, & paulo post hi in iudicium protrahuntur, cuicunque in hac legi cauetur? ijs forte qui libris Sibyllinis praeerant.

(Quæ impie nefarieque per biennium alia super alia.) 106.H.

Hic tertius est locus, quo planum fit, recte Valerij Horatijque annum seiuinctum à tertio Decemuirorum, quo per tyrannidem priuati regnabant. Neque enim Virginis hic primum annum iuppitat, quo bene geserat se Appius.

Et appellatio prouocatioq; 107.A. Hic habet iurisperiti, quod distinguant: neque enim temere coniuncta videri possunt. Quidam appellationem inter equeales existimant, vt à Decemuiro ad Decemuirum, à Coss. ad cos. cuius rei multa sunt apud Liuium exempla, maximè in hac actione. Prævocatione vero à minore ad maiorem, vt à Coss. aut quoquis alio ferè magistratu ad populum. Intercessionem autem intervrosque, vt tribuni contra tribunum, & tribunorum contra Coss. aut Senatum.

Multique erant qui melius consulfum dicebant.) 108.K. Hoc recte emendarint nuper, mollius legentes pro me lius. Sensus autem est. Nō recte fecisse patres, quilegum à Coss. s. latarum in senatus propè ac imperij consularis contumeliam, authores suisserent, hoc est, sua autoritate confirmassent, quæ interituru erant, turbato Reipub. statu, nisi mollius consularissem ipfi, ergo illud, mollius, in malam partem sonat. Quanquam illud Reip. turbato statu, apud. ne dubitationem habet, quo pacto recte intellegi debeat.

Sabini feroce ab re priore ab anno benè gesta.) 109.F. Quartus hic locus est, ad ostendendum recte nos tertium Decemuirorum annum, quo in tyranniis fuere, alium fuisse ab Horatij Valerijq; Coss. anno. Addetur quintus locus idem probans li. 9. in oratione Sempronij tribuni pleb. contra Appiū Cens. Quod ideo toties admonemtis, quod quidem Coss. nomenclaturam texentes, hos duos annos in unum confuderunt: qua ratione moti, ipse hercule scire non possum.

Alij candidati tribus non explerent.) 110.E. Quid sit tribus explore, etiam atque etiam secum consideret lector, cum hoc tempore haud minus 25. tribus essent. Vtrum tribus pro clafe accepit? Cautum enim erat anno 297. vt binis ex singulis clafibus crearentur. An tributa intelligimus comitia quibus aberant patres, vt suprà libro praecedente de Voleronis lege patuit?

Satisfactum legi dicebat, que numero nusquam præfin.) 111.E. Quæ sit illa lex, nō tatis liquet ex superioribus. Plebis citum fuit à M. Duillio rogatum: Qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine prævocatione creasset, tergo ac capite puniretur. sed vix huc congruit. Quidam etiam hoc loco tribuni nominariunt, mutarunt in datiuū, postposita distinctione. De cooptatione autem verba præsca quidem sunt, quām vero emendare legantur, non equidem defini. In plerisque codicibus legebatur: Si tribunos plebis fecerint, décer rogabo. Verbum fecerint, alijs susstulerint, nec causam cur fecerint habebo, nisi quia mox lequitur idem verbum. xii. autem

in xv. mutatum per placet. Duillus enim quinq; notios creaverat, prioris autem anni connumerato Duillio, x. erant. Notandum autem hoc loco etiam patritios atque ad eos consulares factos tribunos pleb. Nam hi duo Coss. fuere anno ab Urbe condita 300.

Inde M. Geganius Macrinus, & C. Iunius Coss.) 112.G.

Hunc alij Macerinum vocant, qui bis postea Coss. fit. Sed C. Iulius alij recte pro Iunio emendarunt. Iunij enim omnes post Brutis mortem plebei fuere, authore Dionysio, nec vñquam Coss. facti, nisi donec licuit ex plebe alterum fieri Coss.

T. Quintius Capitolinus IIII. & A. Furius Coss.) 112.I. Hoc loco satis diligenter Liuius Capitolini Consulis annos numeravit, quod libro secundo omissum bis, ante te statim sumus. Pro A. autem Agrippa repositum est ab alijs, vt sit Agrippa Furius, quod non displicet. Nam in pugna ad Corbionem Agrippæ Coss. nomen est. Videat autem lector verba hoc loco sequentia: Cū dies alicui nobilium dicta, nouis semper certa minibus conciones turbaret, vt intelligenda.

A quibus semper non vestra virtute innocentiaque.) 113.E.

Sensus est obscurus, nisi quis in Tribuno hoc cum amara ironia totum contendat: sed deficit orationis consecutio. Nam vt sequentia prioribus cohærent, non satis planum est.

Circumtuertos interclusosque ab suis vociferans.) 115. A. Apollinaris est, sed de suis, hoc est Romanis loquitur Sulpius, vt sequentia indicant.

Ibi infinitum se tertium ac nonagesimum ag.) 115.E. Quidam octogesimum restituere. At Coriolis oppugnati sunt anno ab Urbe condita 26. Sp. Cæsio iteru, & Posthumio Cominio Coss. Hic autem ab eadem Urbe cond. anni nus est 309. Intersuntigur anni 48. Quod si nō iuuenis, sed vicepsiam stipendia merens militauit Scaptius, vt hic ipse fatetur, malim nonagesimum legere, quām octo gesimum. Quanquam hæc propè de lana caprina speculatio est, quam lubens omissem, si alios nō tam sedulò, atque abque causa, hæc mutasse vidissem.

Scaptione concionali seni assignaturos puta.) 116.G. Quidam codices concionali habebant, quod alij in concionali mutarunt, neutrum mihi benè intellectum. Concionanti etiam quidam habent libri, quod vñque intelligitur, vt rūm germana sicut lector, nō defini. Illud autem clarum hoc fore, pro certum est, positum videtur. Quidam ita legunt: Clarum hac fore imagine Scaptij nomen, populū Rem, quadruplatoris & interceptoris litis alienę personam laturum. Verum altera lector etiam intelligitur. Denique vox controversia, haud vñquam apud autores frequens, dubitan tem tenet lectorum.

Nunc haud sanè quicquam causæ bona leuat. 116.G. Qui hīc emendarunt, causa bono, recte fecerunt: etiam si quidam causa bona legunt: quidam bona causa eleuat.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM QVARTVM, HENRICI GLAREANI LORITI ANNOTATIONES.

Hoc secuti M. Cenutius & P. Curiatius Coss.) 116.I. Pro Cenutio apud Dionysium est Minutius vno in loco, altero autem Cenutius, vt hīc apud Liuium. Fortassis quod Cenutii plebeij erat, quanquam & plebeij & patritij esse poterant. Pro P. Curiatio apud eundem C. Quintius legitur.

Et Volcos Equosque ob commu. Verruginē.) 116.K. Vbi Romani Volscis Equisque Verruginem ademerint,

ac postea minorint, nusquam Liuius dixit, ne nominauit quidem vñpam. Veientibus autem ante triginta annos Coss. L. Furio & C. Manlio, date erant inducia in annos XL, quas non seruarunt.

Et quemadmodum plebs gloriari posset.) 117.B. Quidam libri habebant vt pro &: sed esset plane *avata vñpam*, id est, oratio altero defecta membro, & supplendum, Ita etiam Senatui annitendum, sed non placet. Notandum genus sermonis, plebs posset gloriari auctiorem

E amplio-

amploremque. & num desideretur, se. Porro statim post, donec pro quandiu manifeste usurpatum.

* Sincere non fieri posse in eadē ciuitate.) 117. D. Alij pro finem emendarunt, ut paulo superius, Finem ergo non fieri, nec futurum, donec, &c. Alij simili malunt legere, ad hunc sensum: simul in eadem ciuitate fieri non posse, ut sunt tribuni ac patres. Ego suspicor aliquid deesse: nam nulla harum lectionum mihi satisfacit.

Quid hoc si polluit nobilitatem istam vestram.) 119. A. Quocunque modo hoc distinguiamus, & siue interrogatiue, siue enunciatiue legamus, videtur aliquid abesse ac desiderari, cum tamen sensus non sit admodum obscurus.

Anno trecentesimo decimo.) 120. C. Ex Dionysio satiris aperte cōuincitur hunc annum expletum fuisse, quippe qui libro vnde dicat anno tertio octogesima quarta Olympiados hos tribunos creatos, qui sit ab Urbe condita annus trecentesimus vnde dicimus. Sed pro uno dunt taxat anno cum nemine depugnabimus.

Et in leinteis libris ad Monetū inueniunt.) 121. C. Moguntinus codex habebat, inuenta, vt referret Consulum nomina, quidā nuper mutarū in inuētos, vt referat coss.

Neque coss. cum tot p.b. im. opera erat id neg. ag.) 122. D. Alij libri opera habebant, quod magis intelligitur: sed neque hic cum quoquam depugnabimus.

Multitudine opificum ad spem pr. euocata.) 122. G. Et hunc locum Aldinus codex mutauit in adiuvata, mihi euocata magis arridet.

Qui tribunus plebis iterum ea ipsa denunciando factus.) 123. E. Dubium iterum tribunus, quod videtur. an iterum denunciando. Nam quid denunciarit, ne uno quidem verbo ante ait cōmemorauit, vel de ipso tribuno, vel de denunciatione: vt rite ait quid Neque non geminatum subiungit, cum à superioribus neutiquam h̄creat, meo quidem indicatu.

Tanto apparatu conciliorum ac certaminis.) 124. H. Alij certamine legunt, alijs certaminum, sed id non probatur: sequitur enim, quod ingens exudandū esset, quam hoc ad premium etiam referri potest.

Eodem quā anno sororis filios regis.) 125. C. Hic locus haud dubie corruptus est. Nam Aquilios intelligit, qui erant ex fratre Collatini nati, qui cognatus erat Tarquinij regis, non ipse rex. Fortassis autem regem pro cognato regis dixit.

Nec dcnde id plebem concessum semel obtinuisse.) 126. F. Quidam codices habent plebi, vt sit, semel concessum plebi. Alij habent plebem, vt sit, obtinuisse plebem semel concessum. Tum quid sequitur de cautione, ne tribunis collegam coaptare licet, nusquam in Liuius lectū ante Rogationis interpretationem vide supra anno 306. coss. L. Valerio, ac M. Horatio, ad finem. Ne quis Treboniam legem id posse contendat, qua dicitur anno deinde proximo 307.

M. Amylius vir summæ dignitatis.) 126. G. Ita quidā codices habent, atalijs M. mutarū in Mamercus. Ego autem Manicetus cognomem puto, vt de eo patet qui ad finem huius librionis ab Urbe condita 350. & libro sequenti ab initio, anno 352. quē existimō huius fuisse prolem. Etyde hoc dicendi genus in horum trium tribunorum nomenclatura: tum an non potius tertius creat legendū.

Cum potestas maior, tum vir quoque potestatis par hostes.) 126. I. Quidam continuat hoc legunt, quasi hostes sit accutus. si casus, ac ab Dictatore intelligamus sub morte hostis trans Anienem, quod sub Sergio factum non erat. Verum iij quarto modo sequentia ordinant verba: Collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt referentes castra? Nempe ut aut colles sit nominandi casus, aut referentes accusandi, quod durum sane videtur: aut inceperunt intelligamus nominatiuum, hostes. Ego salvo aliquorum iudicio, malum distinguere ante hostes, ad hunc sensum: Cum efficiam in armis potestas maior, tum vir quoque potestatis par, hostes qui id non ignorabant, submucere ex agro Romano trans Anienem, collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra.

Qua sequi munimento poterat.) 126. K. Vide quid sibi

velit, munimento sequi. Nam ego sane non intelligo nisi sit in faciendo munimentum.

Vt ex auguribus simul aues ritē admissa.) 127. A. Ridesbit fortassis aliquis, quid hic h̄xitem: at ego, quid ex auguribus sit nescio. nisi ex, pro ab positum existimemus, quidam enim ita emendarunt, quod si exemplariorū vertuorum fide fecerint, eō melius res habet. Ceterū ordo exit, vt ex composite toleretur signum, simul ab auguribus aues ritē admissa essent: vt simul intelligamus dictum, pro statim vt, quemadmodum huic auctori per quā familiare est, ac iterum Horatio, Ver poterit aetas interitura, simul Pomifer autumnus fruges effuderit.

Hoc ego cum Augustum Césarē templorum omnium cond.) 128. G. Hoc in loco post verbum, refecit, multi codices habent, dicentem, quod placet: nec video causam quare quidam summouerint.

Septimo pōst demum anno cum T. Quintio Poeno.) 128. H. Legendum decimo pōst demum anno cū T. Quintio Poeno 11. Nam cum hoc Quintio septimo pōst anno non A. Cornelius Cossus cos. fuit, sed Cn. Julius Mento: decimo verò ab hinc anno, T. Quintius Poenus iterum cum A. Cornelio Cocco cos. fuit, & tum etiam pestilentia, ac triennio pōst altera equestris pugna, qua idem tribunus mil. con. potestate ac magister equitum sub M. Amylio Mamerco aduersus Veientes ac Fidenates depugnauit. Sed ex hoc loco, ac item quarto pōst anno satis liquet non parum cura fuisse Romanis historicis vt Consulum nomina recte ordinarent, quae causa nobis fuit Chronologia nostra edenda, quamuis hac ex parte quidam leuiter curāt. Ceterū hāc Liuius verba, Existimatio communis omnibus est. Item hāc. Ea libera coniectura est. Denique illa, Sed (vt ego arbitror) vanā veritate in omnīs opinione liceret me cum annexis rationibus non plane intelliguntur.

Dictatorem Q. Seruiliū placent.) 129. A. Ita plerique habent libri. Aldinus codex mutauit in A. Seruiliū quod non placet, etiamsi alijs sequi sint. Nam etiam Quinti hūius multa in posterioribus mentio.

Ibique primū census populi est actus.) 129. C. Sub Servio Tullio Sexto Romanorum rege etiam census populi est actus in campo Martio, vt li. i. ait hic auctor. Vide etiā quid sibi illud probauerunt, velit, quod proximè precedit hāc verba.

Vt ad Voltuninē fanū indiceretur omni Hetr.) 129. D. Quidam Voltunnam interpretantur Voltunā, pro Voturnam, nunc Voltetram, vbi deo nomine olim fuerit, quod ego lectori indicandum relinquō. Id non abhorret a vero, locum in media alicubi Heturia fuisse aptū duodecim yribus, ē quibus ad concilia mittebantur legati.

Primates patrum, quantum diminutū censurę ius.) 130. E. Repetendum verbum, serunt: nisi quis aliquid deesse existimet: Nam & illud, quippe, nihil post se habet, vt sēpē alijs.

L. Furius Medullinus.) 130. H. Hic yisque ad annum ab Urbe condita 364. vt minimum noties nominatur. Sed in prænominiis errore puto: hīc enim Sextus legendum, non Lucius. Fuit autē Sextus iterum tribunus mil. cons. pot. anno ab Vrb. cond. 335. cum L. Quintio Cincinato, M. Manlio, & A. Sempronio vt oēs habent codices. At vbi primū sit factus, nusquam habetur. Ergo hīc Sex. legendum, nam Lucius sua habent loca. Quidam etiam codices aliquot locis P. Furium habuebunt, sed errant.

Egregia dictatura tristem memoriam.) 132. I. Valerius Max. lib. 2. de disciplina militari, & de Polthumio & Torquato hāc memorat. Ceterū Postumium Tiburtum, non Tiburtum vocat, & quidam Liuius codices Tiburonem. Quae verò sequuntur verba, Et licet in varijs opinib⁹ & argumento est, à me non plane intelliguntur: nam alterum &, nuper adiectum est, quidam pro etiam exponunt.

Coss. siunt L. Papyrius Crassus.) 132. K. Addendum est, iterum: Antea enim Coss. fuit Crassus anno ab Urbe cond. 319. Ceterū hīc Equi imperient inducias octo annorum, cum sexto deinde anno rursus trium annorum im-

rum impetrant. Quare videndum, num sex annorum, pro octo legendum.

Vaticinando inferentibus in domos quibus quæst.)
133.B.

Etiam atque etiam considerandum hoc dicendi genus, nam ego syntaxim ac compositionem non assequor. Quidam libri etiam in domo habebant:

C. Seruilio Hala, L. Papyrio Mugillano Coss. 133.C. Legendum, L. Papyrio Mugillano iterum, quippe qui fuit anno ab Urbe condita 311. Coss.

Cum Veientibus nuper ac dimicatum ad No.) 133.C. Nuper ait, cum hic decimus sit annus ab ea pugna. Post eam autem pugnam induciarum earum nulla antea ab authore mentio facta est. Item quod subiungit. Ut Quintius Coss. de bello ad populum ferret, quomodo verum esse potest, cum Seruilius cum Papyrio esset Coss. Nec recitat prioris anni gesta (vt quidam excusare nituntur) cū statim subiungat. In eo quoque plebs superior fuit, quod tenuit ne Coss. in proximum annum crearentur. Ceterum quod subiungit: T. Quintius Pœnus ex consulatu, innuere videretur ex Quintio Coss. factum tribunum consulari potestate, cum hoc anno non fuisset Coss. & A. Cornelius Coslus etiam antea fuisset Coss. non minus quam Quintius.

Eoque ob rem male gestam.) 134.F. Quidam adiecerat, eoque ipso: verum non video qua de causa hoc fecerint. Quidam ab re male gesta legunt quod placet.

Veientem hostem septies victum.) 134.G. Iudicem pro septies reposuerunt sexies, quod continuo sequitur. Septimanam infelicem defectionem. At non difficile fuerit ex Livio ostendere nouies cum Veientibus hactenus conflitatum, ac pugnas post amissum Cremeræ præsidium, pro vina suppudare videntur. Appius autem libro 5. ait Veientes septies rebellasse.

A. Sempronium Atratinum, L. Quintum Cincinnatum.) 135.D. Vtrique addendum, iterum. Nam Cincinnatus antea fuit trib. mil. con. potestate, anno ab Urbe condita 317. Sempronius autem anno 311. inter primos tribunos mil. con. potestate. Cincinnatus item anno 335. tertium dicitur tribunus mil. con. p. Ergo haud dubie hoc loco iterum. Ceterum L. Furius non in omnibus exemplaribus habetur.

Tribuni consulari potestate erant, C. Crassus.) 135.E. App. Claudius Crassus legendum, vt ad finem huius anni patet, vbi Virbis præfectus relinquitur, ac Decemviri filius dicitur. Errant autem qui c. Papyrius Crassus emendarunt. Sed de hoc Appio paulo post plura dicemus.

Creatio Coss. A. Sempronius Atratinus, & Qu. Fab.) 136.H.

A. Quidam emendarunt c. Sempronius. Auli autem & Lucij Semproniorum mentio est anno ab Urbe condita 311. Ceterum pro Q. Fabio Vibulano Valerius Max. li.

2. cap. 2. Q. Catulum habet, sed errore codicum, v. puto.

Ab Romanis dissonus, impars. seg. sepe iteratus.) 136.K. Post iteratus, colon ponendum puto. Deinde legendum: Quo maiorem incerto clamore Romanus prodidit paucum animorum, eo ferocior illatus hostis, &c. Atque ita quidam habent libri. Alioqui enim si Romanus omittitur, vt facit Aldinus codex, sensus est, clamor incerto clamore prodidit paucum animorum.

T. Quintum collegam eius.) 138.I. Tres apud Veios tribuni male pugnarunt, M. Posthumius, C. Furius, & T. Quintius, ait enim: Documero que fuere quam plurimum imperium bello inutile esset. His duobus dies dicta narratur. C. Furius nulla mentio. Id etiam mirum, quarto demum anno reos factos, cum triennio ante magistratus abissent.

Plebs tribunos plebis absentes Sex. Tempanium.) 138.L.

Hoc absentes quratione dictum sit, lector despiciat. Ceterum horum tribunorum quatuor fuere, qui sub C. Sempronio militauerant aduersus Volcos, vt latim subneftit author: quare distingendum Antistitum & Spurium, quos quidam codices unum faciunt.

Cù pars maior insequenter anni per nouos trib.) 139.C.

Si maior anni pars exacta iam erat, & verisimile est non in aliquot menses creatos sequentes tribunos mil. sed in integrum anni tempus, ante quem credo non facile abiisse magistratu; certe hic annus nobis perditur. Quare mirari desino, quod Veientibus data inducere in annos XX. vi. habes anno ab Urbe condita 130. res tamen ab eis repetatur annis 348. Neque enim verisimile est anno 18. res repetitas, sed ad finem anni decimoni. Essent autem decem & octo duntaxat anni, si annum hoc in loco non numerauerimus: & Camilli suppudatio ad finem libri quinti eandem opinionem iuuat. & qui eo anno quo decemnum sunt depositi, creatos coss. putant L. Valerium, & M. Horatium hic annum inuenient ad Camilli suppudationem congruentem. Quidam hac excusant per diem sollemnem magistratibus in eundis: at ille mirum quam apud Romanos varius inueniatur. anno enim ab Urbe condita 305. Idus Maii nominantur anno 332. & 353. I. dus Decembres annoque eodem, calenda Octobres. anno 364. & 425. calenda Quintiles, alibi calenda Sextiles. Post anno 261. cum plebs in sacrum montem abiit, calendas Septembres diem sollemnem nominat Dionysius magistratibus in eundis. Multis item locis nominantur Idus Martia, vt anno secundo seitandi belli Punici, & eiusdem belli anno 17. ad finem, & primo anno belli Macedonici, & secundo omnia apud Liuium, apud Dionysium item solstitium astrium anno 278. Hec ideo à nobis refertur, vt notum faciamus, in vnius anni discrimine nullam nos facere difficultatem: quod etiam Diony. li. 7. admetet. Ea fuit causa cur in chronologia nostra hunc annum omiserimus.

Vnde si quid instrepatur terroris.) 139.D. Hoc alij mutarunt in. inciperet. Post verbum autem opprimi, ponunt punctum interrogatiuum.

Flexere iras in C. Sempronium patrem A. Sempronij.) 140.F. Pro A. Sempronij quidam Atratinus posuerunt, quasi Caius non etiam Atratinus sit cognominatus, vt A. & L. fratres. Mirum vero quod hic rursus damnetur, qui paulo ante ab Hortensio die dicta absolutius sit precibus quatuor tribunorum. Neque vero hic aliis esse Sempronius potest, quod hic de belli Volsci ignominia sit mentionis, in quo Sempronius ideam fuit dux, quodcumque praenominis eum vocatum contendas. Sed & hoc male habet quod anno 339. A. Sempronius tertium dicitur tribunus mil. conf. potestate, cum tamen hic tertium sit: quare hoc loco ego L. Sempronium huius anni tribunus mil. conf. potestate puto, cuius mentio est anno 311. fuit enim Auli frater.

L. Sergium Fidenatem, M. Papyrium Mugillan.) 140.I.

Hic Sergius etiam tribunus mil. fuit anno ab Urbe condita 322, quare hic adiacebat, iterum: nisi quis puteralium. Fuit item hic Sergius bis Coss.

L. Serulio Structo, P. Lucretio tricip. omnibus his iterum.) 141.E. Hic Serulius in plerisque codicibus omisitus erat, sed omnino tres esse oportuit: neque enim de duobus Liuius dixisset, omnibus. At in prioribus L. Serulius inter tribunos mil. conf. potestate non repertas, sed prioris anni tribunus C. Seruilius Prisci filius fuit, qui etiam Structus dicitur est. Quoniam hoc fortassis lectorem moratur, quod nulla causa referatur continuitati honoris, at Liuius aliquando causas recitat, aliquando omittit, vt patet anno 347. de Cn. Cocco, vbi nulla causa continuati honoris narratur. At anno 348. de C. Seruilio Hala vtique narratur. quare C. Seruilius, non L. videatur legendum.

Cum App. Claudius nepos eius qui Decemvir. 142.F. Primus Appius Claudius qui anno sexto ab Urbe liberata Romam proiectus erat, id consilij, cuius hic fit mentio, dedit M. Fabio, & Cn. Manlio Coss. anno ab Urbe condita 274. ac ab eadem liberata tricessimo. Hic autem datus habuit filios, Appium Caiumque Claudius. De Appio Claudio Appi filio Liuius lib. 2. sub finem, qui cum T. Quintio Capitolino Coss. fuit anno ab Urbe cond. 283. & die dicta à M. Duillio & Cn. Sicco mortuus est. De

Caioverò Claudiij Appij filio Liuius libro 3. qui cum P. Valerio Publicola cos. fuit anno ab Urbe cond. 294. quo anno Herdonius Capitolium cum exilibus ac seruis occupauerat. Rursus tertius Appius secundi Appij filius fuit Decemvir cuius hic nepos à Liuio dicitur, sed errore, vt puto, codicum. Nam ego filium credo, idque ea portissimum à causa, quod post quinquagesimum ab hoc annum nepos Decemviri Appius Claudius ad finem libri sexti nominatur. Præterea primus Appius non eius proatus erat, siquidem ipse nepos Decemviri fuit, sed potius abatus. Certè temporum ratio non cōuenit, vt & hic ne posuerit Decemviri, & item ille qui libro sexto aduersus tribunos habet concionem. ipse etiam Liuius anno ab Urbe cond. 331. Decemviri filium vocat huc Appium. Est & eius mentio ab initio libri sequentis.

M. Fabius Vibulanus trib. mil.) 142. I. Addendum, iterum. Nam tribunus antea fuit anno ab Urbe cond. 322.

Q. Fabio Vibulano iterū.) 142. K. Inter tribunos mil. cons. potestate hunc antea non inuenies, sed c o s. anno 332. atque inde fortassis error.

c o s s. creati sunt A. Cornelius Cossus, & L. Furius.) 143. D. Quidam codices sustulerunt L. in sequente c o s. sed hic fit primum c o s. Quinto dehinc anno sit iterum c o s. cùm antea s̄epiū tribunus mil. cons. potestate fuerit. Auli autem numerus omititur quod anno 318. dubius c o s. fuerit certus autem anno 327.

Iacere tandem irritas s̄ancti q. d. i. com. ferr. tamen interim.) 143. E. Tamen quod in quibusdam erat libris, quidam in cum mutarunt. Ego non minus planum sensum existimari si neutrū legatur, at si alterū omnino adesse debet, ego tamen malim, quām cum.

Tunc hac ipsa indignitas angebat animos.) 144. F. Quidam Lucilius legūt. Ego Liciniū malim, quod statim subfūgat. Is cum principio statim anni velut pensum nominis familiaeque seditiones agrarijs legibus promulgandis ciceret. Fuere enim Liciniū maximē patribus aduersarij, vt sequentibus patet libris. Quidam L. liciliū legunt, quod maximē placet. Et horum etiam c o s. prioris prænomen Q. posterius cognomen Petilius, suspecta.

P. Atratino. C. Nautio Rutilio coss.) 144. G. Pro P. Atratino, alij M. Papyrium Atratinum repoterunt: alij, quod cognomen Atratinus Posthumiorum sit, non Papryiorum. Mugillanum addiderunt: quod incertum rem linquimus, donec feliciora nocti fuerimus codices.

Cum in legationes non plus singulis scutoribus inuenitis.) 144. H. Pro inuenitis, alij inuenientes legunt: sed utraque lectio obscurum habet sensum. Verum quia intelligitur, nolim esse anxius.

Prænunciaruntque ex collegij sententia C. Valerio.) 144. K. Quid sibi velit hæc tribunorum præmissio, prater auxilium non hercule intelligo, quidam coërtione, quidam coercionem legunt: mihi posterius placet. Illud, inhibenti, facessit negotium non paruum lectori. Est autem obscurus sensus.

Sed nulla erat consularis actio, quām impediendo.) 145. C.

Consularem actionem vocat: vt delectum, bellum, & similia, que consules absque plebis auxilio perficerene nequibant. Quidam libri habebant quæ, pro quam, sed nō placet.

Verruginem in Volsçis eodem exercitu receptam.) 145. E. Hac ab initio huius libri à Romanis munita dicitur, sed quando capta ex hostibus, non dixerat vspiam author. Rursus hoc loco dicitur recepta à Romanis, cum nondixerit vspia à Volsçis expugnatæ, vt recipi à Romanis

potuerit. Præterea hanc vrbem aliquando Volsçorum non nunquam Equorum facit.

Et confilis quoque ab ea potestate vim.) 146. H. De Quintio loqui videtur, vide annum ab Urbe cond. 324. Et paulò pôst, Nihil esse in his auxilijs dicent: vide num dicere magis quadret.

Ac si quis intercedat S. C. authoritate.) 146. I. Obscurè hoc dictum, & haud scio quām facile explicari. Credo vult dicere, si quis ex suo collegio intercedat, se tamen cōtentum fore sénatus consulti authoritate, nec aduocatum tribunorum plebis auxilium.

Ad lacum Fucinum vi expugnatū.) 146. K. Huius lacus aliquoties meminit Plin. Vergilius lib. 7. Vitrea te Fucinus vnda. Plinius in Marsis, Liuius in Volsçis ponit. Sed haud scio potuerintne hi duo populi alicubi esse consines.

Cn. Fabius Vibulanus.) 147. A. Legendum puto. Q. Fabius pro Cn. Fabius. Nam Q. Fabius etiam fuit tribunus mil. anno ab Urbe cond. 341. Cn. autem Fabius nusquam a c o s. fuit anno 324.

Quod Lars Tolumnius dedisset.) 147. C. Ita quidam hunc locum legunt, vt per quod, mortem intelligat. Pœnas autem adiectum putant verbum. Sed alij legunt, quas Larci Tolumnio dedissent: & vtrumque intelligitur. ad legatos enim, à Fidenatisibus iussi Tolumnij cœsos referunt hoc dictum, de quibus anno ab Urbe condita 317. Atque hoc loco, cur Seruilio Halæ continuatus fuerit homines, ratio assignatur, cum de Cn. Cocco non fuerit data prie anno.

Proferunt tempus ferundæ legis, quod si subiecta.) 147. D. Pro quod, alij quam legunt. Si clarum esset qua de lego loqueretur, Agrariane, an de Consule ex plebe creando, clarius utique esset sensus, subiectam autem inuidix esse quis dubitare. Ego locum suspectum puto.

Fabius quod maximē petebatur ad Anxur opp.) 147. E. Nec hoc satis clarum est. Fabius petebat, Anxur petebatur. Sed quare maximē petebatur? an quia locupletius oppidum, & plus ibi prædæ sperandum?

Saltem acquiescere eo tempore.) 148. O. Ethic videtur aliquid naïui, sed alij distinguunt anterem familiarem, vt acquiescere compositum, nihil plus significet, quām simplex quiescere.

L. Curius Medullinus tertium.) 148. I. Anno ab Urbe cond. 357. rursus tertium fit hic Lucius tribun⁹ mil. cons. potestate, quare necesse est, vt alterius in loco Sex. Furius legatur: neque enim idem bis potest tertium suis tribunus. Eadem de causa anno 355. Sextum Furiū Medullinum quartum legam. Omnipotens in his prænomiibus tantus est error, & tam nulla propemodum via ad veritatem, vt de eis desperarim. Furiū enim Medullinum ab anno 323. ad annum 364. decies ter habebis in magistratus. In Chronologia nostra hæc magna cura digessimus, ideoq; hīc obiter ea annotamus. Lectori ipse dispiciat.

Cn. Cornelium Cossum. C. Fabiū Ambust. Sp. Nau.) 148. K. Et horum tribunorum nomina mirè variant codices. Cornelius s̄epiū ante fuit, s̄epiū & Fabiū Ambusti. Itaque Cn. Cornelium Cossum illi. legam, & C. Fabiū Ambustū iterum. Porro Sp. Nautius Rutilius anno 339. tertium fuit tribunus mil. con. pot. quare, si modò nō est alius, hīc quartum adjiciendum: nisi q. quis dicat codices errare, vt certè s̄epiū scilicet. Sequente etiam libro anno 354. pro C. Cornelio, quidam Cn. Cornelium repoterunt, cùm eo tamen in loco iterum dicatur qui tum quintum fuerat.

Sunt qui Artenam Veientium non Volsçotū.) 149. A. Vellem Liuium & in alijs tam sollicitum fuisse oppidorum non minibus, nec barbarorum tantum, sed ipsius Italiz: quod nimis s̄epè fortasse querimur, at non absq; causa, vt suis locis ostendimus.

IN T. LIVII LIBRVM QVINTVM,
HENRICI GLAREANI LORITI
ANNOTATIONES.

ALIA in urbem & contra oppidatiorum eru-
ptiones versa, alijs frōs.) 149. E. Vide genus
hoc dicendi, ut mutatum alia, mox alijs.
Neque enim, alijs, cū auxilijs coniungen-
dum.

Quām ne quid per infrequentiam iuuentim.) 150. F.
Infrequentiam plerique habent codices, quod etiam ex-
cusari potest, prēfertim si, per, propter accipiatur, ego
tamen frequentiam magis probo, quod quidam emen-
darunt.

Et ne in turba quidem herere plebeium quenquam.)
150. G. H̄erere quid sibi hoc loco velit, ipse propemodum
hareo. Turbam autem vocat octo tribunos mil. cons. po-
testate, quod nunquam antea creati fuerant.

Quām dissoluendā maximā tribunitia potestatis ren-
tur.) 150. I. Quidam causam intelligunt, vt sit sensus, quā
concordiam rentur esse causam dissoluēdā potestatis tri-
bunitia. Quidam pro genituio, potestatis, datuum, po-
testati, restituerunt, quod placet: nān verbum, sum, sap̄e
hunc habet casum.

Nec ipsi per intermissiones has interuallaque lentio-
rem.) 151. E. Legendum puto, & ipsi, pro nec ipsi: nisi quis
pro leniorem malit legere celeriore.

Q. Seruiliū, P. Virginīū.) 153. D. Q. Seruiliū Fi-
denatem legendū puto, vt poeta aliquoties legitur. Fuit
autē filius Q. Seruiliū dicitoris, cui alijs Struc̄to, alijs Pri-
fco cognomen fuisse tradiderunt, vt præcedenti parer li-
bro. Iterū Q. Sulpiū Camerinū, vt anno 357. legitur,
ita hic quoque existimō legendū. Hunc quoque Man-
liū, alijs Maniliū vocant, & Sergium Fidenatem ter-
tio hincanno ip̄e Liuius vocavit: nisi quis hoc loco ab
authore consulto omissa cognomina putet, quod ego nō
existimo, prēfertim vbi magistratus creantur.

N̄ ego libenter experir quām nō plus in his iuriis.)
154. I. N̄ cum diphthongo posteriores scriperunt. Ceterū
sum non plāne (nisi iuriis pro equitatis ex-
ponamus) p̄cipio. Comparatio est Sergij Virginij que
ad tribunos plebis. Sed iudicet lector.

Cn. Cornelio Cossio iterum, Cn. Fabio Ambusto.) 154.
K. Ad finem prioris libri testati sumus, in huius Cornelij,
arq̄ ad eam Ambusti prænomibus miram esse va-
riationē, v̄ryix quid sequamur, certò definire queamus.

Vnum bellum annum iam tertiu trahi.) 155. A. Atqui
hic erat annus quintus quando cepti erāt Veii obsideri.

Vide anno ab Urbe condita 350. ipsius Liuij verba.

Quāre annum iam quintum legam: neque enim minueret tē-
pus, sed ampliare volebat.

Is quod petillent patres quidam primo incep. Repu.)
155. B. Hunc locum varie lectum, & varie distinctum in
plerisque codicibus reperias, sed mihi nondum liquet
quid de eo statuēdūm. Longum hyperbatum est. Ceterū
quā post paucos versus sequuntur. Cum ardenter
inuidia non patrē modo, sed etiam Tribunilebis, & i-
psum obscurē dictum est, quanquā ita intelligi potest,

quomodo dicuntis. Socrates laborabat magna inuidia,
videlicet cui multi inuidabant, quod s̄p̄ius gloria est,
quām virtus.

Vt multo verisimilius sit compacto eam rem.) 155. D.

Quidā compacto mutauerant in conspecto, temere meo

quidem iudicio: nam cōpacto dictum videtur pro com-

posito, quo alijs sap̄e v̄titur Liuius.

M. Amylius & Q. Fabius.) 156. G. In hortum magistra-
tus creatione C. Fabius Ambustus, non Q. Fabius nomi-
natur. ita & in posteriorib. quare hoc Q. suspectum. Sed
de C. siue Cn. Cornelio iam sap̄e admonuimus.

Vetus tantum senator.) 156. I. Non meminit Liuius v̄

piam vbi primum senatores ex plebe accepti fuerint: at

meminit Dionyssius lib. 7. qui anno ab Urbe condita 263:
primum ex plebe factos scribit. Cornelio antem fratrem
non alio modo intelligimus Licinium, quām quod pa-
triū ac plebis post Decemvirois connubia promiscua sunt
facta.

Grauis pestilensque omnibus animalibus ætas excep-
pit.) 156. K. Sub Liciniū magistratu priore anno gelidam
hyemem descriperat Liuius: nunc hoc anno sequente,
quo quatuor plebei tribuni cū vno patrīo fuere, tristē
hyemem ac grauem æstatē fuisse ait, quā descrip̄io hyē-
mis ac æstatis duorum annorum bene perpendenda est
propter sequentia.

L. Furium Medullinum tertium.) 157. D. Priore libro
non ita longè à fine annotauimus, bis legi hunc Furium
tribunum tertium: itaque authoc loco sextum, aut suprà
anno 350. pro Lucio legendum. At anno sequente haud
dubie legendum L. Furius Medullinus quartum, quippe
qui posterioribus annis ter adhuc fit tribunus mil. cons.
potestate.

P. Cornelius Maluginensis, Au. Manilius.) 158. G. Le-
gendum, P. Cornelius Maluginensis iterum. Nam fuit
etiam anno 351. Item A. Manilius III. quippe qui fuit ante
bis, anno 350. & 353. Quidā etiam Manlium vocatum
putant, atq̄cū ita codicēs variant.

Maximē in ea parte Heturia.) 159. A. Vide quid refe-
rat in ea parte vniuersalme Heturiam, ap̄ eam vnde pe-
tebatur auxilium, & quā Gallis vicinior, Romanis remo-
tior erat, de Gallis autem Liuius pertinde atque de Indis
loqui facit Hetruicos.

Omnesque deinceps ex collegio eiusdem anni.) 159. B.
Hic P. Licinius Calvus tribunus mil. fuit anno 355. ar-
liqui quatuor anno 356. Calvus quidem ex plebe cum
quinque patrīis: at hi quatuor plebei cū vno patrīo
M. Verurio. Illud igitur eiusdem anni, quomodo intelligendum sit, hareo. Nam quidam dicunt, eiusdem
non ad Calvum, sed ad ipsos quatuor tribunos referendū, mihi nōn satisfacit: paulo enim post Licinius ipse
collegas vocat haud dubiē suos: quare hoc effugium est,
non vera soluēdā via. Ego puto lapsum memoria authō
rem, necid adē religiosum illi: nisi quis codicēm corru-
ptum existinet, quod necipsūm impossibile est.

Vt eum inuidiam lenire suo priuato incommodo.)
161. E. Hic locus in Aldino codice (meo quidem iudicio)
corruptē legitur, ad hunc modum: vteam inuidiam leni-
re quām minimō suo priuato incommodo, publicoque
Rom. populi liceret, quasi Camillus pro se deprecatus fu-
erit, quod alienum à veritate esse puto, cum contrarium
apud Valerium Max. libro I. de omnibus pateat. Quare
veterem lectiōnem magis probo, quā ita habebat: Vt
eam inuidiam lenire suo priuato incommodo, quām mi-
nimō publico populi Romani liceret, quasi Camillus de
publico bono magis sollicitus, quām de priuato, optarit
Reipublice commodum p̄ suo commodo. Itaque incommodū suum non deprecabatur, & publicum quā
minimum incommodū, si totum abigi non poterat,
precatur.

Cæsonem Fabium Ambustum iterum.) 162. K. Fabij
Ambusti quater ante hunc locū in magistratib. mentio
est. Anno enim 343. COS. Q. Fabius dicitur anno 349. itē
351. & 354. C. Fabius: quanquam quidam libri Claudius
habebant, luculentō codicū errore. Hic denique C. Fa-
bius. M. quoque Fabij in sequentib. mentio est, qui pa-
terdicitur legatorum Fabiorum ad Clusium, a contra
Gallos pugnātium. Atqui si hic iterum fit tribunus mil.
qui ex prioribus emendandus ad hunc sit locus, non pla-
ne constat.

Nihil de collatione dicero stipsis ver. quām de.) 163. D. Meritum à pollinis fatetur Camillus in vrbem Romanā ēgo stipsis verius inquit, quārū decima. Ceterum que sequuntur verba, difficultatem habent. Populum enim liberatum vult, quod quisque priuatum se obligauerit. At quod paulo ante dixerit fure reūtate: ob id dixit, quod non modō reūtum mouentium, sed vrbis agriquē capti decimam quoq; debet, nec tamen de illo vllā fieri mentionem, quae mihi in hoc notantur, vt lector veteres codices diligenter introspicat.

Latores legis in annum cōsiderē reficiunt.) 164. F. Hic ergationem vocat legēm: tertio statim verfu, rursus rogatiō nem. Hoc idem facit anno 362. cū iuri spiritu ea distinguant, vt est apud Festum: quidā tamen terro pōst verū largitione legunt, quod mihi non placet.

L. Valerius Pub. Sp. Polth. P. Cornelius iterum.) 164. F. Prānomē Valerij hīc L. est, sed initio libri sequentis anno 366. in plerisque codicib. Au. legitur, & anno 368. rursus L. non A. habetur, vbi tertium fit tribunus mil. Paulō autem post hunc locū L. Valerius legatus Delphos mittitur, hād dubiē alius à tribuno. De P. Cornelio maior est dubitatio, Cossimane an Scipionem velit. Scipio prioris anni fuit tribunus mil. cui si continuatus honos esset, Litius forte innuisset, quanquam id aliquādo omittit. sīn Cossus fuit, iam hic non iterum, sed quartū esset, ideoque de neutrō quicquam definitio.

Creati cōss. L. Valerius Portitus, M. Manl.) 167. D. Dionysius lib. 1. vbi chronographica tractat, hunc annum à primis cōss. atē cōntē centesimum vnde uicefimum: quib. si addideris annos quib. Roma sub regib. fuit, reperies annum ab Urbe condita trecentesimum sexagesimum tertium. Rectē igitur biennio pōst Camillus suppūta trecentesimum sexagesimum quintum, contrā atque sēnes paulo pōst suppūtant, in dō quām Plutarchus in Camillo, arquē adeo quām Plinius libro 33. cap. 1. sic codices noi fallunt.

Ob quā Volfinienses Salpinatibus adiunctis.) 167. E. Volfiniensem meminit Plinius in descriptione Hetruriae: Volfinij oppidi Ptol. Salpinates qui sunt, mihi nondū comp̄p̄sum. Cum C. vrb̄ Julio cōsōre collega fuit L. Papirius, vī lib. 9. P. Sēmp̄ronius tribunus plebis recitat aduersus App. Claudiū cōsōrem.

Artinetum Clusinum ira corrupte vxoris.) 168. I. Sermo est relationibus latēs impedītus. Lucumonem intelligimus vxoris tutorem suū, aut Aruntis, non autem Aruntē Lucumonis. Hunc autem repetit Liuīus, quod vide batū longius hyperbaton.

Nec cum his primum Hetruscōrum, sed multo antē.) 168. I. Vide & hoc genus sermonis. Dubium enim non est quān dicere velit, nō cum his Hetruscōrum, qui hoc tempore Clusinum, aliaque circa Thuscia loca possidebant, Gallos pugnasse, sed cum ijs Hetruscis, qui inter Apennīnum Alpesque incolebant. Sed haud scio an huiusmodi dubitationes propriè nostri sint propositi.

Ab Saluīorū gente oppugnari.) 169. B. Strabo lib. 4. Salyses (inquit) inter Rhodanum Alpesque possident agrum ad quingenta stadia. Pli. lib. 3. cap. 5. Ligurum (inquit) celeberrimi vltra Alpes Salyi. Ita variegatum nomē est & declinationē & literis. Nam & hīc Saluīi legitur, & Saluīj. Forstā hīc & Salasīj, quorum in Italia memināt Ptolemaeus. Saluīorū etiamnum nomen in Italia manet vicinum Ligurib. Hac idē nobis annotantur, quod vidēmus aliter atque aliter apud diuersos scribi. Ceterū si hoc in loco pergam de Rhetis, item de Celtarum populis dicere, res nullum inueniē finem. Sed hoc non agimus.

Masilienses erāt hi, nauibus à Phocide profecti.) 169. B. A Phocæa legendum ex primo libro Herodoti, atque adeo ex ipso Liuio. Nam libro 4. decados quartæ, vbi de Emporijs Hispaniæ vrbē disserit. Nam tunc Emporia (inquit) duo oppida erant muro diuisa. Vnum Gracī habebant à Phocæa, vnde & Masilienses oriundi, &c. Eodem modo libro sexto, de secundo bello Pun. vbi primū P. Scipio copias Emporijs expōsūt. Pro quo notandum

Phocæam esse Ionia vrbem in Asia, vnde denominatiū, Phocæus, Gracī, & apud Herodotū, apud alios etiam Phocæus Latinè Phocēnses tetrayllabon. In Strabōnis Gracī codice de præparatiō reperies pōneūt, pro pōneūt, de Ionibus. Porro de Phocēnsibus his est adagium, pōneūt, id est, Phocēnsium execratio. Phocis autem regio non ciuitas est Gracī, longe marī à Phocæa, proximè Boeotiam, in qua Delphi oppidum, Apollinis oraculo clarum. Vnde denominatiū pōneūt, vel pōneūt & adagium pōneūt, siue pōneūt, id est, Phocēnsi desperatio. Hinc Latinis erroris occasio in Phocēnsis & Phocēnsis siue Phocēnsis, vt multis Romanorum vel non attendisse, vel ignorasse id discrimen putem. Nam & Ouidius Phocæus à Phocæa Ionia vrbē dixit libro sexto Metamorpho. & Phocæus ab Phocide Gracī regiōne libro quinto, vbi de Pyrenæo tyranno, & libro vndeci mo, Phocæus Anactor, & Aul. Cell. libro decimo, cap. decimo sexto, ex Iulio Higino similiter ex terra Phocide ait, vbi de origine Masiliensium, qui non ex Phocide Gracī regiōne, sed à Phocæa Ionia vrbē pulsi ab Harpagō Cyri praefecto, in hanc conceperunt Gallia regiōnem.

Saltusque Iulia Alpis.) 169. C. Iulia Alpis eo in tractu hād scio num quis alijs author præter Liuīum meminerit. Certe Cornelius Tacitus Iulia vocat Alpes que versus Cartos sunt. Nisi in Liuio sit anticipatio, quod mihi non placet. Ideoque facile assentior D. Beato Rhenano hunc locum rectē refutanti, vt legatur ipsi Taurino salutis intias Alpes transcederunt.

Cenomanorum Elitouio duce.) 169. G. Atque inde ex istimo quosdam erroris sumptuile anfām, vt hoc loco pro Cenomanorum substituerint Germanorum, non attē dentes hīc ante Belloues vtrique Gallo dictum, Taurino saltu per inuias Alpes duxisse suos, subsecutos autem eodem saltu Cenomanos, quod de Germanis, qui in Triastinos non venerant, intelligi non potest. Præterea hīc Gallorum in Italiam transitus describitur, non aliorū populorum. Primum autem Liuīus cōmemorat septem Celtarum populos cum Belloueso venisse in Italiam: post hos Cenomanos, tertīo Saluīos, quartū Boios Lingonesque, vltimò Senones qui Romam deleuerē. Fortassis & inde decepti, quod sensum authoris non rectē perceperunt. Non enim Liuīus vult dicere, Cenomanos ibi transīisse Alpes vbi Brixia ac Verona sunt, sed postquam per Belloueli vestigia in Italiam venierint, confidisse ad ealocā (videlicet superioribus occupatis per priores) vbi nūc Brixia ac Verona, & quā quidem antē Libuorum erant. Et Plinius lib. 3. cap. 19. Brixiam Cenomanorum vrbem satetur, quemadmodum & Ptolemaeus, & Liuīus quoque lib. 2. de bello Macedonicō. Idem qui priorem emendarunt temerē, meo quidem iudicio, locum hunc quoque corruperunt, pro Libui repentes Ibi. Nec obstat quod & Plinius & Ptolemaeus Libuīis Vercellas attrībuan: verisimile est enim ante Gallorum aduentum latiores fines habuisse eos. In codicib. Ptolemai magis pūdendo errore Libyīi legitur. Legendū præterea puto Lītauico duce, quod nōmen est libro séptimo comment. apud Cæarem, atque etiamnam hodie manet in Gallia.

Post hos Saluīi qui prope antiquam gētem.) 169. C. Ethunc quoque locum idē Beatus cōgregat restituit: quāquam id obscurum est, num Saluīi cū Saluīj, Salibusque idē sint populus. Leuos item Ligures non meminī ferē apud authores legere.

Deinde Boij, Lingonesque transīfēti.) 169. C. Qui-dam codices habebant Ligures, sed errant. Boij autem Callis haud dubiē prisūs populus, quippe qui cum Lin-gonib. in immenſā potentiam creuerunt, ita vt cū Romanis exercitibus lēpē conflixerint, idque multis annis: vt exterrīa quartāque decad. apud Liuīum latē pater. Postremō autem à Romanis eiēcti supra Tauricos, ad Danubium habitarunt. Rursus tēpore Marij vñā cum Cimbriis ac Heluetijs, vt Strabo scribiti, aduersus Romanos pugna-

pugnauerere, atque etiam tum vieti, ad tempora vsque C. Caesaris vicini Heluerijs in patre aliqua Hercynia sylva, ut quidam credunt, manferunt, cum quibus postea contra Caesarem tulerunt arma: vbi rursus vieti, deprecantibus Caesarem Heduis, quid egregia virtute erant cogniti: ut ipse ait, in antiquam remearunt patriam, relieta, ut verisimile est, ad Danubium prole aliqua, unde quidam Boemos ac Bauaros dictos volunt. Hac pluribus verbis quam oportuit egimus, ne temerè libri emendarentur, si quando non congruentia de Boijs apud authores inueniantur, propter tot eius populi mutations.

Ab Vfene flumine.) 169. D. De alio loquatur flumine oportet quam quod Plinius lib. 3. cap. 5. ad Anxur describit: hic enim de Venetorum regione loqui videtur. Meminit Boccatus, sed ex hoc Liui loco adiutus, nullum alioqui ex authoribus adducens testimonium.

Nec villa cæde pugnatum fuit.) 171. B. Alij hoc mutarunt, atq; ita legunt: Nec villa cædes pugnatum fuit, id quod ego non intelligo. Fortassis autem propter sequentia continuò verba, ita legere placuit. At etiam illa obscurum habent sensum, ideoq; lectori consideranda sunt.

Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos.) 171. D. Sed ne hic locus totus sat is patet. Trium temporum est hic ordo, & vis in illo, identidem. Primo quidem aduentu imperium Gallorum Romani Romæ expectabat, alioqui apud Alliam mansuros fuisse Gallos existimabant. Deinde sub occasum solis, cum neutrū quidem inuaderent urbem Galli, quod tamen expectauerant. Romanī, in noctem dilatum consilium iudem existimabat Romani, quod plus paucis illi referrent. Deniq; lux apropinquans examinabat, timoriq; quem perpetuo habuerant, malum hoc, quod videlicet urbem inuaserant hostes, continuum fuit, cum primum signa infesta portis illata sunt. Verum instituti nostri non est his diutius immorari.

Vrbis per trecentos sexaginta annos.) 172. F. Non ad-

modum rotunda est hæc annorum suppeditatio, sed ea potius quam postea in Camilli oratione ad finem huius libri exhibetur: erat enim hic annus ab Urbe cond. 365. Scio apud Plinium lib. 33. cap. 1. legi. 364. & apud Plutarchum 360. at codicibus non confido:

In eo clino eas cū L. Albinus de pl. R.) 172. H. Valerius Maximus lib. 1. L. Aluanium vocat, fed errore, ut puro, co dicum.

Cædicius negare se commissurum.) 173. C. Video, inquit Cædicius, finis mei adeo imperij. Atqui ego haud committam vt mihi aut deorum aut hominū quisquam imperium finiat potius, quam ipse memor ordinis mei depositam imperatorem. De quo autem propriè ordine loquatur, considerandum. Item quod post aliquot deinceps tequitur versus, Militésque haberent imperatorem quem vellet: de Camillo intelligendum: quem volebant milites, nō alium. Etriusq; paulo post, Lex Curialata est, quidam male mutarunt in, lecta est.

Hac culti neglectaque numinis tantæ monumenta.) 178. H.

Monumentum à monendo proprio hæc quadrat: quamquam quibusdam momenta etiam nō displicet, sed non mutauerim.

Aio Lucutio templum propter cælestē vocem.) 179. A. Et hoc loco, & paulo ante initū huius orationis quidam pro, Aio Locutio, emendarunt, Allocutio, quam syncopam ego neutiquam probo. Meminit huius Dei Aul. Gel. lib. 16. cap. 11.

An malitis hanc solitudinem vestram quam urbem.) 179. D. Quidam pro, an, legunt, non. Sed ego haud sat intelligo quid sibi per solitudinem velit: & quæ sequuntur, non ad modum clara sunt. Utitur libro sequenti rursum hac voce, de Volscis loquens: Quæ nunc vix seminario exiguo militum relicto, seruitia Romana ab solutio- ne vindicant.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM SEXTVM, HENRI-

CHI GLAREANI LORITI ANNO-

TATIONES.

NITERREGNV M tum iniij P. Cornelius Scipio iterum.) 181. B. Cornelius atq; Camillus amb̄ interreges fuere anno 364. ab Vrbe cond. ideoq; non legam Scipio interrex, pro Scipio iterū, vt quidam temerē, meo quidem iudicio, hunc locum emendarunt. IJdem etiam, tum, sustulerunt ante verbum, iniij.

A. Valerium Publicolam iterum.) 181. B. Hic Valerius superiori libro, yt diximus, anno 361. ab Vrbe condit. & hoc libro anno 368. Lucius, non Aulus vocatur. Lector dispiat vter erret locus. Et A. Manlius legendum, non Manilius, vt patet ex anno 372. vbi tertium fit trib. mil. cons. potestate.

Alia ex alijs edita etiam in vulgus. Quæ autem.) 181. B.

Obscurus est hic sensus: nam illud, alia, quid referat nescio: neq; enim magis foedera quam leges referre videtur. Quidam pro ex alijs, emendarūt ex eis, nihilominus in obscuro manente sensu. Porro quidem sacris suppressis subiunguntur, & ipsa explicari coenuebant, quamnam fuerint sacra, & quomodo suppressa magis obstrinabant religione animos: nisi Bacchica erant, & nisi per dolum oppressa à pontificib; intelligamus.

Quidam, quod postridie Idus Quintiles, &c.) 181. C. Vide in hoc contextu, traditum putant, dictumne sit pro tradunt: nam aliqui planè syntaxim non capio. Itē illud, neq; exponendū pro, & non: vt negatio in verbum, inuenta, incumbat: nō in, obiectus eset, tum illud etiam notandum, quo p̄cepto dicat, post diem tertium, quod factum est die tertio. postridie enim Idus Quintiles nō litauit Sulpitius, hoc est, pacem Deūm nō impetravit, expositore Nonio Marcello: & ad xv. calendas Sextiles exercitum Romanū hosti obiecit, quasi ita dicas: Sulpitius decimā sextā Iuliū dīē non placatos inuenit deos, & decimā octā eiusdem mensis dīē conflixit. Vt nō magnopere mirandum, quod apud Marcum euangelistam capite octauo legitur, οὐ μετ' οὐδὲν ἡμέρας ἀναστὰς, & post treis dies resurgere, vbi magnopere laborant magni nominis Theologi.

Qui post pugnam ad lacum Regillum factam.) 181. D. A pugna Regillensi ad hunc annum, in Liuius sunt plures quam centum ac decem annūt: à pace Hernicis data prorsus centum. Ad Hernicos itaque hoc loco anni referendi.

Ad dedicationem Volscos septuagesimo dēmū anno.) 182. F. Primum bellum Volscis à Romanis mortū fuit sub Tarquinio Superbo in ducētos amplius post suam etatem annos, aī ipse Liuius lib. i. Politea verò liberata Vrbe anno decimoquinto, ab Vrbe autem cond. 259. rursus illis bellum motum, vbi centum ac plures sunt anni in utroque numero, quapropter in illo septuagesimo anno errore puto. Ad id iam & in alijs locis lēpō ostendimus, quare hīc minūs mirum.

Q. Seruilius Fidenas, Q. Julius Tullus.) 183. C. Legendū, Q. Seruilius Fidenas quintū, Q. Julius Tullus. Errorem fecerunt, quintū ac Quintus, videntidem in codicibus alterum omisum fuerit. Legendū etiā L. Lucretius Tricipitinus iterum, & Ser. Sulpitius Rufus iterum, fuisse enim tribuni vterque anno 364.

L. Papyriū. Cn. Sergium.) 183. E. Hoc loco Cn. Sergius legitur, postea verò anno 375. Caius, vbi tertium dicitur tribunus mil. cons. pot. Nec tamen vbi iterum fuerit, vspianum inuenio: vt planè suspicer anno 370. omisum eius nomen. Nam post Camillum v. tribunum mil. perpetuò sex fuisse tribuni mil. cons. potestate.

Tribus quatuor ex nouis ciuibus additæ Stell.) 184. F. Annius Viterbiensis, homo Heretus, legendum putat Tormétina, pro Pomentina, & Arniensis, pro Narnien-

sis, quidem re quidam posterius nomen mutant: at in priore neminem vidi motum vt variaret, neq; enim firmis pugnarationibus. Ceterū hic numerus mihi suspectus de xxxv. tribubus, denario: quippe tempore Coriolani xxii. erāt tribus, authore Dionysio Halic. hoc autem loco quatuor additæ efficiunt numerum xxv. Neq; villas haec tenus tribus additas memini. Cum autem tempore Liuij tribuum numerus erat xxv. vt ex libro primo patet in Ser. Tullio, quatuor autē vltimis huius decadis libris binæ additæ inueniātur, præter quatuor urbanas, à Q. Fabio Maximo (qui id cognominis ea de causa habere meruit) libro 9. adiectas, quomodo hic legemus xxxv? Errorre errori accumulavit, vt puto, locus ille libro secundo, anno ab Vrbe cond. 259. vbi xxxi. tribus pro XXI. leguntur factæ: quod ibidem annotauimus: quanquam tribus nomen latè patet, vt vel apud Dionysium liquet in Ser. Tullio.

Ser. Cornelius Maluginensis.) 184. F. Quidam libri Seruilius, quidam Sergius Cornelius habebant: sed ea nomina sunt, non prænomina, ideoq; Seruilius legendū.

Qui dictatorem se iam quartum creasset.) 184. H. Non hoc loco quartū fit dictator Camillus, sed postea anno 366. quintum autem ad finem huius libri. At tantum senatus de se iudicūt, collegarūque tamē benignum animū, perinde habuit atq; si dictator creatus fuisset: ipse enim non ita multo pōst dicturus est ad cunctabundos milites, An me, quod non dictator vobis, sed tribunus signum dedit, non agnoctis ducem?

Sed quia nīl magno apparatu tormentis mā.) 185. E. Mirūt hoc videri potest, cum ad finem libri secūdi iam facilē capta fuerit. Sed dicit quis, interea temporis coloniam factam, ac ideo firmiorem fuisse. id verò est effugere obiectionem, non solvere nodum. Nam eadem opera dici poterat, & Romanis ab eo tempore multum ditionis ac imperij accessisse. Sed hoc non agimus.

Ab Nepete ac Sutrio auxiliū.) 185. E. Ita Liuius id nominis usurpat, perinde atq; tertie fit declinationis, ac neutri generis. Nā paulo pōst dicturus est, Nepete exercitus ductus. & anno 372. Et triumuiros Nepete colonia deducendæ creauerunt. At tertia declinationis neutra in e. ablatiuū habent in i. Nisi dicamus negligisse hoc Liuium. Græcē est Νέπετη. In Strabonis codice Νέπια lib. 5. & in Plinium Nepeta, ita vt nihil inde certum colligas.

Legiones urbanae quibus Quintius p̄fuerat.) 186. F. Superius in exercitum diuīsione L. Quintius Cincinnatus caſarīs senioribusque p̄ficitur, quos hīc cum Camillo missos nō est verisimile, sed alterum exercitum paratum instructumq; in vrbe ad omnē euentum, cui Camillus Q. Seruilium collegam p̄fesse voluit. Ergo hoc loco Q. Seruilius legendū, pro quo Quintius possum est, & potuit videri à Libranijs corruptum, si non continuo altero versi sequeretur, Quintius Horatiusq; successores Valerio in Volscos missi. Quare Liuium memoria lapsum hoc loco putamus: nisi quis & hæc corrupcta puret.

In sequenti anno A. Manlio, P. Cornelio.) 186. K. Manlius ab initio huius libri tribunus mil. fuit, ergo hic addendum, iterum. P. Cornelius autem ab anno 360. quater fuit in Magistratibus, sed ter, nullo adiecto cognomine. Credo Liuium offendit tot nominum inani propter modum nomenclatura. Ita & Cn. Sergij Fidenatis nomen tu. hic omisum, vt paulo ante diximus.

Idem moliri cepit aciores, quippe axis al. sti.) 187. B. Colon ponendū puto post verbum, stimulos. Quæ verò deinde sequuntur, verba sunt Manlii seditione conquerentis de patribus, mouentisq; senatui inuidiam.

Quæ

Quæ nunc vix seminario exiguo, &c.) 187.D. Seminarium pro semine posuisse videtur. Ceterum quidam ven-
dican legunt, quod est appropriant, ac si unum esse dicunt.
Quidam vindicant, pro vñciscuntur, ac à consumelia de-
fendunt, quasi dicat Liuius, ab solitudine vindicant, id
est, à latronibus defendunt. Ego, vt ingenuè fateor, sen-
sum non intelligo, præcipue verò illud, solitudine.

Et Certiensium quidam, & coloni etiam à Velitris.)
187.D.

Quidam hunc locum emendarūt in Circeiensis: nam
Velitris Circeosque ipse Liuius coniungit anno 372, et
iam si hoc loco & paulo pōst separare videatur, excusatio
nem tamen hi loci habere facile poterunt. Certiensis
certe qui sint, non puto vñpiam reperiri: quare libro octa-
vio quoq; non ita longe ab initio L. Numitium Circeien-
sem legendum, non Cerciensem.

Multiplici iam forte exoluta mergentibus se perfor-
tem vñ.) 188.I.

Quidam pro se per, legunt semper, vt intelligamus, vñ-
suras ita multiplicatas, ac ab ipso solutas, sortem iam ali-
quoties equalis: vt sit sensus, vñsuras toties suppullulasce-
tes meritis sortem, atq; ita se sc̄enore obrutum. Quan-
quam, vt vñsurae mergant sortem, dubitabit alius.

Neminem vestrum, inquit, Quiri.es dōne nec quicquam.)
188.K.

Ethunc locum ijdem mutarunt, ne quem legentes,
pro neminem. Sed imperfectior est sermo, & qui deside-
ret aliquid, quasi dicat, ideo fundum meum præconiū sub-
ieci, ne quem. Manilius sunt verba, vt illa superius posita:
Esse qui non egestatem modo atq; ignominiam minen-
tur, sed neruo ac vinculis corpus liberum territ.

Ne abstuleritis obseruantibus etiam oculis.) 189.D. Si
obseruantibus oculis legamus, vt habent plerique libri,
simplicior erit enunciatio. Sin oculos, vt quidam, specio-
sa erit hyperbole.

M. Furius Camillus quintum.) 191.A. Legendum Mi-
Furius Camillus vi. & Ser. Sulpitius Rufus tertium: vt
facile patet ab initio libri quinti (nam illic primum Ca-
millus creatur tribunus mil. cons. po.) omnia magistra-
tuum nomina recensent. Idem erroris, de Camillo qui-
dem, accedit anno 374, in plerisque codicibus, vbi vii. fit
tribunus mil. De Sulpitio anno sequenti 372, vbi fit quar-
tum, etiam si codices reclament. Ceterum quod hic duo
verba, iterum, ac secundum, indifferenter leguntur, vi-
detur ex numeri notis II. accidisse. Hæc vt puillula ridebit
fortassis quispiam, vt haud quaquam notata digna. At
non piguit Aul. Cel. lib. 10. eadem de re longum texere
caput, vt non dicam anxiæ, quod nos leui brachio.

Ne fortuna mea defit, vide.) 191.C. Satis obscurus fer-
mo, nescire enim, mihi ne, at vobis intelligentum, a-
nimus ipsius planè iam ruinam præfigebat. Sed multa
huiusmodi dissimulamus.

Forte etiam in arce positum.) 191.E. Quid illud, forte,
sibi velit, non planè video, quando non fuit dubium M.
Manilius domum fuisse vel in Capitolio, vel in arce: sed vi-
detur de his duobus dubitate Liuius: nisi quis, forte, ex-
ponat pro casu, aut Liuium Monetæ adem ignorasse,
quod nequit credo, putet. Ceterum vt Capitolium
ab arce discreti, ex Liui non facile constat, sed ex Dio-
nycio, vbi de App. Herdonio.

Nam &c, quia eundem & suæ potestatis, quem lib.)
192.F.

Quidam ante nam, & post verbū, crediderant, paren-
theseos signa apposuerunt: alij ante quia, & post verbum
cernebantr: alij vtroq; in loco, alij nūquam. Sensus haud
est obscurus, durā tamen habēs compositionem, vt cun-
que distinguas. Paulo pōst item legendum, Q. Publius
non Q. Publius, nemo enim duo habuit prænomina.

Ab accusatorib. obiecta sunt reo.) 192.H. Quid si, sint,
leges? vt sit ordo: Quæ pertinentia proprie ad regni cri-
men ab accusatoribus obiecta sint reo, apud neminem
authorem inuenio.

Cicatricibus bello triginta tribus acceptis.) 192.I. Ita
pleriq; habent codices. Alij numerum sūtulerunt, tan-

quam ex Plinio subdititiū, quod ego non credo, quia
quam neutrum, curvel negem vel affirmem, sat habeo;
Ceterum nec cum Plinio nec cum Cicero in Manili
donis Liuius probè conuenit: sed non in hoc solum, de
Dentato ac alijs idem accidit.

A. Manilio tertium.) 193.C. Hic locus satis cohtincit;
anno 369. initio huius libri A. Maniliū legendum esse;
non Maniliū, quod ibidem etiam adnotauimus. Fuit
autem M. Manilius frater, vt Titus, quemadmodum pau-
lò antè habetur. Legendum etiam hoc loco, Ser. Sulpitio
Rufu III. quippe qui ter antea fuit, & L. Lucretio Trici-
pitino tertium, qui antea bis fuit.

Sp. & L. Papyrius duo noui tribuni.) 193.E. Ita habent
verutiores aliquot codices. quidam mutarunt ita: Sp. &
L. Papyrii noui tribuni mil. At ego cognomē appositum
suspicio vel Crassi vel Cursores, pro illo, vs duo; & anno
375. Papyrium ex his diobus alterum fuisse.

Ser. Cornelio Maluginensi II.) 193.E. Quidam pro ter-
tium, legunt quartum. Sed ijdem tertio hinc antea an-
no legunt iterum, hic igitur tertium legendum, quippe
qui proximo anno non fuit in magistratu. Nisi quis an-
no 358. pro Publius, Seruius legendum existimet, quod
ego non puto.

Et supina vallē Romanam inclinavit aciem.) 195.B.
Haud dubie hac retulit ad verba præcedentia paulo su-
peritus: Letis a tergo clivus erat inter aciem & castra, at
nihilo minus locus obscurus est, mihiq; suspectus.

Optimum visum est in fluctuantem aciem tradi eq.)
195.D.

Hac obscure dicta sunt, nā de qua acie intelligendum
fit ignoratur. Verūm cum ipſi pedites in certamē ibant,
non equites, fortassis equos fortunæ commissiles cōmo-
dè quis exponat. Illud etiam paulo pōst: Sensit ergo e-
uentus virtutis enixe opem, dubitationem haber, sed
tolerabilem. Itaque quidem libri enixa legunt, ultima
cum diphthongo.

Pace conflanti vim Romam tortum archierunt.) 196.F.
Valerius Max. lib. 7. cap. 3. manifeste fatetur consilij acu-
men fuisse in Thusculanis. Sed mirum Romanos tant
facile ignorisse, imò ciuitatem eis dedisse. An vicinitas
terruit? Ceterum scire velim vt cum captiuitis actum, ne-
que enim hoc recitat Liuius: & suspectam rem faciunt
nec minus dictatoris Thusculanī verba. Sed hec longius
proseque, non est huius instituti.

Atrepletas semitas inter vulgus.) 196.G. Neque id ge-
nus locutionem planè aequaliter, tametsi sensus non est
vñq; adeo difficilis. Forte autem anastrophe est, vulgus
interrepletas semitas.

Precibus euentum vestris Senatus quem videbitur
da.) 196.H.

Et id genus oratio notanda, nunc quem videbitur dī-
xerit, pro qui videbitur, malens cum casu antecedente
conformato relatiū quam cum suo verbo: quod apud
Græcos est frequens, & Latini non omnino frigerunt.

Peccetur in vos, dum digni sitis quibus ita satiſfiat.)
196.I.

Ethic sensus admodū obscurus est, præcipue vero vñ-
torum verborum. Videtur autem Senati Romano
blandiri de iustitia, & sermo est adulationi proximus.

C. Sergio III.) 196.K Huius Sergij nomen in magistra-
tibus antea semel duntaxat, videlicet anno 368. inueni-
tur & prænominem tamen Cn. non Caio. Sed suspicor an-
no 370. vbi iterum fuit, omissum nomen, atq; hoc loco
tertium factum, quod constanter omnes Liui habent
codices. Legendum item Ser. Cornelio Maluginensi
quartum, quippe qui anno 373. fuit tertium. Sed de hoc
etiam paulo ante.

Eodē anno etiam ipſis querentib. penuria ho.) 198.I.

Omissum est hoc loco coloniæ nomen. Nam de Præ-
nestinis intelligi non potest, qui iam rebellarunt. Qui-
dam de Satrico hoc intelligunt, ad hoc statim pōst, sit
hostium receptaculum. Ego de Veliternis intelligere ma-
lim. Nam illi ocio gestientes, in agrum Romanum in-
cursonem fecisse paulo pōst describuntur.

L. Aemy-

L.Aemilium, P. Valerium int.) 199. B.Aemylius fit tribunus mil. quartum anno 373, vt omnes habent Liuij codices: quare si idem est, adjiciendum quintum. Qui-dam putant hunc Mamertinum cognomine, sed eum qui initio libri septimi cum L. Sextio fit cos. Mamer-tum. At ratis temporum nō obstat quo minus sit idem omnib. his locis. Præterea L. Quintius Cincinnatus et iam anno 369. fuit tribunus mil. Hicigit, iterum, adjiciendum: fed Liuius breuitatis gratia omisit, offensus opinor tanto nominum aceruo, & planè res nimium mo-lesta est.

C.Veturius, M.Aulus, & M.Cornelius.) 202. F. Qui-dam pro M.Aulus, emendarunt A. Manlius: sed is prioris anni fuit tribunus mil. Quare legendum C.Veturius II.A. & M.Cornelij. Nam C.Veturius primùm fuit anno 378. hic autē II. Cornelij verò postea iterum fuit anno 388. ad huius libri finem. Hic itaq; primum fuere, & fa-ciliter ex II. potuit M. fieri. Mirum autem, & in his qui-dem, & precedentiis anni omnibus tribunis, omisita & cognomina & numerum.

An placaret scenore circunuentā plebem, ni potius.) 202. H. Hoc, ni, tollerem, & planior erit lectio. Neq; vero me latet quā portenta quidam hic prodiderint, vt hunc explicarent locum: mihi satius hoc videtur.

Nisi alterum cos. vtiq; ex plebe si. necesse sit, nemini-nem fore.) 202. I. Illud, nemini fore, quid sibi velit, quid-ue ad sensum faciat, fateor plane me necire: nisi in nō ni-fi, incipiamus nouam sententiam.

III. ac XL annos neminem ex plebe trib. mil.) 202. I. Hic annus est trecentesimus octuagesimus quintus ab Urbe cond. At ille quo primi tribuni mil. conf. potestate creati sunt, fuit annus trecentesimus yndecimus, hos si ab illis subtraxeris, relinquerat anni 74. tot enim annis licuit tribunos mil. conf. po. creare, ac ex plebeis etiā. Sed quadragies quater (inquit) hoc neglectum est, imò verò sepius: nec enim rotundum hunc exhibuit numerum.

Et tyci rogassent primā tribus dicerent.) 203. C. Locus vehementer obscurus. Cū rogassent, tribuni scilicet. Et cū primā tribus dicerent, opinor legem exponen-dum.

Et quod eundem M.Furium dictat, in sequens annus ha.) 203. D. Hic omnino annus rufus omillus est, cuius rei dura sunt suspiciones. Altera, quod Licinius Sextius que statim pōst dictū sunt, noncum se annum iam velut in acī stare, cū alioqui hic octauis esset. Anno enim

379. coepérant hoc certamen. Item postea Liuius dicet, decimūm hos refectos, ante annum trecentesimū octua gesimū octauum qui notūm refecti essent, si hic annus non inferatur. Altera suspicio quid C.Licinium, pri-mum ex plebe magistrum equitum Liuius dicat antea fuisse trib. mil. conf. potestate, cum nusquam antea legatur. Et loquitur quidem de C.Licinio Stolone, nō Menenio, quid quanquam hoc ex loco ostendi non potest, at lib. 10. in P.Decij oratione aduersus nobilitatem de-pontificibus etiam ex plebe creatis, satis luculenter id patet. Quare Stolo, quando nullo alio anno inuenitur, hoc anno fuisse videtur tribunis mil. conf. potestate. Idem sentio de P.Valerio hoc anno cū Stolone tribuno. Nam anno trecentesimo octuagefimū octauo sextūm dicitur tribunus, cum ybi V. fuerit, non inueniatur. At, vt tandem concludam, hic liber visus est mihi mutillus, & alijs plus iusto brevior, ideoq; hæc omnia mihi suspecta.

Deinde comitiis tribunitiis declararent vol.) 204. H. Vide num legendum, comitiis tributis, vt ad finem orationis Claudij etiam haberetur.

Non (inquit) licebit tu de scenore atq; ag.) 205. A. Verba sunt tribunorum pl. per μηναν ab Appio prolata. Ve-rum cum ait, Et hoc portenti, nisi ex stomacho Appij in-telligamus, non planè capio quidnam sibi velit.

Hoccine est in commune honores vocare.) 205. C. Si hic atq; sequens versus absq; interrogacione legantur, cum quadam dicentis admiratione, plus gratiae habe-bunt, quām vt passim vulgo leguntur verba.

Est aliquis qui se inspici, qui aestimari fastidiat.) 205. D. Hac quoq; absq; interrogacione legam, cum ironia, & quasi per irrisione, & estanquis, dixit, velut in Thra-sonen, utrillud Satyrici:

*Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignam,
Si vis esse aliquid, probat is landatur & alget.*

P.Valerius vt.) 206. G. Hic Valerius quartūm fuit tri-bunus mil. anno 378. interea nusquam inuenitur. Suspi-coreum V. fuisse, superiore qui omisitus est anno, quem admodum paulo antē testati sumus. Ceterū P. Manlius, & L. Veturius iterum hic fuere, quod omisimus est.

Cum dignā eam rem Senatus conseret.) 206. K. Quām rem dignam vocet, ex prioribus nō satis liquet. Quidam post facturos, adjiciunt fore, sed ad sequentia verba, nihilominus in obscurō manente sensu.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM SEPTIMVM, HENRI-CI GLAREANI LORITHI ANNO-TATIONES.

RATIA campestri dederunt.) 207. C. Quī-dam ceperūt legunt, quāsi patres illis, hoc est, Pax tori ac adibibus, ceperint prætruram adilitatemq; pergratiā, quam in campo Martio apud populum Romanum inue-nerint, technis videlicet, quibus in comitiis vti confuerunt. Id autem lectoris iudicio relinquimus.

Proportione & ex multitudine, &c.) 207. D. Id etiam obfūrum, quāquā relatione intelligitur, quod tam-en non dico ad eum modum, quo nunc ex præpositio-ne ablativeq; fecimus nomē propotion, quod haud scio fueritne in aliquo apud veteres vsu.

Par deinde per v. & XXXX. annos.) 207. D. Impudens hoc omnium codicum erratum, ac mirum ab nemine animaduersum, cū nihil facilius correctu fuerit. Annī enim capita virbis sunt 365, vt ipsemet Camillus in oratione ne Veios migretur, ad finem lib. 5. fatetur. Hi autem anni quando mortuus est Camillus 390. à quibus si priores subduxerimus, relinquentur XXV. non XXXV. anni. Et paulo pōst, C. Sulpitio Petico legendum, non

Titio Sulpitio Potito.

Accepta itaq; res, s̄p̄iusq; usurpando excitata.) 208. F. Post excitata distingendum: nisi quis acceptare in auferendi casu legere malit. Fescennino autē versu quidam in dandi casu antiquè dictum putant, quid nescio quām probem: neque eum necesse est, vt ab accusatio-ni similem regantur, quod ab solūtē positum videtur, vt il-lud, incompositum.

Quā exodia postea appellata.) 208. G. Absq; r. hoc legendum, non est dubium: sed num etiam abfque aspira-tiōne, non ita clarum. Quāquam si exodia sunt dicta, quid extra cantum essent, videlicet ridicula versibus in-texta, quā sine cantu iactare iuuenes solebant, non est omnino dubium. At in his quid deuerbia, quid exodia, quid ad manum canere, nemo non exponit, sed non etiam ita nemo non intelligit.

Notam numeri annorum fuisse ferunt.) 208. I. Quo-modō vnicus clausus, numeri nota esse potuerit, lectori expendendum, nam ego planè non intelligo.

In templo Nortia Hetrusca dux.) 208. I. Iohannes An-nius in

nius in commentario in Erosum, Propertijq; Vertumnun, ait hanc deam Horchiam vocatam; quod, vfolet, non admodum firmis probat rationib. Item paulo post legendum, Q. Seruilio Hala II. L. Genutio II. coss.

M. Horatius coss. exlege templum Iouis.) 208. I. De dicatio templi Iouis Optimi Max. lib. 2. quid attinebat ad solenne clavi figendi? Neque enim Liuius eo in loco quicquam de clavi pangendo scriptit.

Vtrum nutritendum patri, si quicquam in eo humani.) 209. A. Ego hunc locum ita legendum puto, Vtrum nutritendum patri, ac vexatione insigne faciendum, an castigandū potius si quicquam in eo humani esset, fuisse? Quasi dicat, nutritiebatur id vitij in agro, patris deinde vexatione insigne siebat, castigari poterat in vrbe si volueret pater.

In expectatione ciuitas erat, quod primus ille.) 210. H. Quod, pro qua, positum videtur. At illud, perinde, quidam mutarunt in deinde: vt, comparatiuum, at ita sequitur, quanquam videri potest esse sermo non omnino curiosus. Neque era illus primus ex plebe coss. sed ex coss. plebeis primū occisus.

App. Claudio & Cn. Manlio coss.) 210. I. Dictatorem abfc; magistro equitum hoc loco exhibet Liuius sicut libro secundo M. Valerium, quod idem admonuimus, cum satis constet Romæ nunquam hoc factum.

Quadrangentiarē octo cohortes.) 210. K. Quadrangentiarē quidam legunt, quod mihi quoq; placet. Nam libro decimo eodem vtitur verbo Liuius. Puto autē quadrangentiarā à quadrangentis militibus dictā, vt quin gentariam cohortem à quingentis. Nam in additione supra quingentos, quadrangentosue, non omnino conuenit inter authores, nos de appellatione duntaxat disputamus.

Multiplex quām pro numero damū est.) 211. C. Vide num poftiuū multiplex, pro comparatiuo possum, alioqui non intelligo.

Cum præter mēnia eorum in frequentia signa con.) 211. E. Sed neque hæc verba planè capio, sunt enim oppidū obscura.

Quia collega comitia bello preferre festinante.) 212. F. Quomodo autem bello præferebat comitia Sulpitius cos. Num putemus sperare se festinatione consulatum adepturum omisso bello? an proferre potius legendum? Sed iudicet lector.

Gallia ad tertii lapidem Falaria via.) 212. F. Falarium meminit Plin. lib. 3. cap. 13. in Picenis, quod melius quadrat quām Salaria via, vt quidam habent codices. Et nota quanto terrori fuerunt Galli Romanis: nam proximo sequente quadriennio ter dictatoreum crearunt propter Callos, non ausi cōsidere coss. De Cisalpinis nunc loquitur.

- Totoq; corpore interior periculo vulneris.) 212. A. Pictura est, fed admodū difficultis, ita vt quidam pro interior legerent: inferior, fed non placet. Portò quod ait, inter corpus armāq; nisi de scuto ac Galli gladio intelligentias non equidem aequor.

Torquati cognomen auditum.) 213. B. Non patitis verbis egerim, si quām diuersē hic locus legatur, enarrare voluerim: neque solum verbum, auditum, pro additum, sed in præcedentibus quod. Si igitur suū vnicuiq; liberum iudicium, nam hac omnia prosequi neque possumus, neque volumus.

Tumultum excire in hostium portis.) 212. E. Pro excire, quidā excire reposuerūt, proper verbū significatum. Id autem num in ysi sit, quem maximē spectandum existimo, hand equidē scio, & in his verbis promiscuus est aliquando, quanquam rarus, ysi, vt in compositū à fideo ac fido, apud poetas maximē: tamē fideo, ac fido, significatione propria sunt, quām cieo ac cio apud quosdam, Priftiano tamen idem significare videntur.

Verba pro exercitu faceret Sex. Tullius.) 214. I. Qui dam codices Seruum habebant, quidam Sextum. Sed fortassis Seruī Tullij sexti Romanorum regis nomen, errorem librarijs dederit.

Quæ sicut vos vestra habeatis confilia.) 215. A. Conuersio est sermonis satis dura, quam premolluit tamē Tullius. Deinde succensat, pro censeat, posuisse videtur cōpositum pro simplici, vt apud alios quoq; authores sāpē vñuenit.

Biniq; tahtum centunculis relictis.) 215. D. Tantum adieceret quidam, quod placet. Nihilominus tamen obscurus est sermo videlicet non planè patente, cui centunculi, & ad quid relicti, sensū.

Qui profligato dextero coritu obequitabat ho. m.) 216. F. Sinistro cornu legerem. Nam Callorum sinistru cornu oppositum erat dextero Romanorum cornu. At Dictator efficerat vt ibi turbarentur hostes, ac inde eques turbatoris auerterat, vt paulo ante ipse fatus est Liuius.

Veliterni deinde incursione repentina fecerunt.) 216. G. Ad calcem propè prioris libri ita ait Liuius: Cum præter Velitarum obsidionem tardi magis rerum exitus quād dubij, quieta externa res Romanis essent. Hæc ille. Cū ergo obsideri cōptæ essent Velitrea anno ab vrbe cond. 384. mirum cur non vel dissolutionis vel expugnationis alicubi meminerit Liuius.

C. Martio, & Cn. Manlio coss.) 216. H. Cn. Manlius etiam anno 396. fuit cos. quare hic II. adjiciendum. At alij T. Manlium legere malūt, quod is anno 402. & 406. dictator fuerit, nec alibi ante cos. nisi hoc ponamus loco. Idem autem anno 408. Cn. Manlium iterum. Sed tanti in omnibus codicibus errores implicat lectorem, vt satis patet indicasse, nam emendasse certe non perinde tantæ utilitatis, quantilaboris fuerit.

Facibus ardentiibus, anguisbusq; prælatis.) 217. A. Hoc vt facile intellexi est, ita factū difficile: quare explicandum erat hoc plurib, quām hic fecit verbis. Illud etiam: Lymphati & attoniti monumentis suis trepidō agmine inciderunt: de Romanis intelligo.

Vt quodcumque postremum populus iussisset, id jus.) 217. C. id ius ratumque esset, ad præcedentia referri debet, vt exortatione App. Claudi cōsoris libro nono postea patet, anno ab Vrbe cond. 445.

C. Sulpitius Peticus tertium.) 217. D. Si quidem hic locus bene habet, anno 391. non recte T. Sulpitius legitur, nec anno 394. L. Sulpitius: sed vtroque in loco. C. Sulpitius legendum: quippe qui nunquam antea cos. inuenitur, etiam tribunis mil. conf. potestate, sed nihil ad hanc supputationem. Diodorus item Siculus C. vocat in Philippo Alexandri Magni parente.

C. Quadrangentesimo anno quām vrbs Rom. cond.) 217. D. In fi. Velle hercule Liuium sapius quām fecit, annorum ab Vrbe condita meminisse. Ceterū ex hoc loco satis constat, post annū 386. omissum annūm esse. & quod statim hic sequitur, quinto & trigesimo quām à Gallis recepta, optimē habere: quando captae vrbiis anni fuerant, Camillo ad finem libri quinti numerante, trecenti sexaginta quinque, quib. si addideris 35. emergent quadrangenti. Quod vērō deinde sequitur, Ablato post nonum annūm à plebe consulatu: non item bene. Est enim hic duodecimus annūs à primo plebejo cos. Ergo legendum, post vndecimum annum. Errorem natum hinc credo, quod non ac vndecimum numeri facile fallunt.

T. Manlium Lucij filium.) 219. A. Mirum cur non addiderit Torquatum. Deinde aut exemplū est possē fieri dictatorem eum qui anteā non fuerit cos. vt de L. Manlio parente ante potuit nisi quis eum patrem tribunum mil. cons. potestate fuisse existimet, anno 387. quod equidem coniicio, aut anno 398. pro Cn. Manlio legendum esse T. Manlio, id quoq; mirum, quia causa coegerit dictatorem creari, cum tamē eximiū Consilium par in magistratu esset, quorū alter etiam anteā dictator fuit bello Gallico, vnde eximiam pepererat gloriā. Alter præter generis nobilitatem cos. etiam eo anno fuit, quando ē plebeiorum manu consulatus rufus ereptus videbatur. Eāne meritos crederet quisquā, hostes repen.) 219. B. Niſi sit deriuatio causā in fortunā iniquitatē, hunc sensum nequaquam intelligo.

Q. Publius, & T. Aemylius.) 219. E. Q. Publius legendum est, qui postea IIII. fit cos. Publius enim prénom est, non nomen. Cæterum huic Publio Philo cognomen fuit. Ante aliquot item versus legendum C. Martius Rutilius II. fuit enim antea cos. anno 398.

Rerum ad interregnū produxit.) 220. F. Perduxit alij emendarunt, & rectè. Porro eius verbi nullus est nominatiuus, sed tota præcedens loco nominatiuui oratio. Versu deinde tertio legendum C. Sulpitius Peticus V. nam quater antea fuit cos. ab anno 391. vbi primum factus est cos. Mirè vero eius cognomen apud authores variatum, quidam enim Potitum vocant, alijs Bethicum, non nulli Pythium. Nec in prænomine minor variatio, cùm alibi Titus alibi Lucius, sed à pluribus Caius vocetur, vt antea dictum est.

M. Popilius Lenas à plebe cos.) 220. I. Adiiciendum tertium, quippe qui bis antea fuerit cos. Nisi quis putet à Liuio hæc confundit neglecta, quod mihi non sit verisimile.

Vt pila omnia hastæq; non tanquam ex æquo.) 221. A. Eadem libro decimo de secundo bello Punico habet Liuus, vbi Carthaginenses Romanorū oppugnant naues. Eadem Dionysius Halicar. lib. 10. vbi Romani App. Herdonium in Capitolio oppugnant. Verum Aul. Gel. lib. 9. cap. 1. ex Claudio Quadrigario contrarium docet. Sed est pro ingenij exercendis ea theoria magis, quam ut vulgo vel creditur vel recipiatur.

Lævo humero machæra propè traiesto.) 221. B. Machæra quid sit, nemo ignorat. Quidam matari supposuerunt, quæ autem hætam longiorem lancea, qua Galli vabantur, cum lance Suevi.

Quaternū millium & ducenorum pedi.) 222. F. Mīrè variatum inuenimus militum in legione numerum. Anno enim 374. quaternū millium est, hi duceni pedites adieci. At lib. 8. sub T. Manlio quinū millium. totidem lib. 6. de secundo bello Punico, adieci træcenis. Denique lib. 6. eiusdem belli sénū millium ducenorum peditorum, equitum træcenorum. Hæc obiter duntata anno tare placuit, propter quosdam nimium hac in re curiosos.

Prouocat per interpretem vñū ex Romanis.) 222. G. Hic Gallus per interpretē loquitur, at qui cum T. Manlio pugnat, latine scilicet scit. Si Herodotus talia scripsisset quām clamasset impurus Iuuenalis. Et quicquid Graecia mēdax Autet in Historia? Sed hæc non agimus.

Inde Appuliam ac mare superum petierunt.) 223. A. Quidam meo quidem iudicio temerè pro superum, emendarunt inferum, cum Volsci fuerint ad inferum mare, Appuli ad superum.

T. Manlio Torquato II. C. Plautio cos.) 223. C. Bis ante de hoc Manlio admonuimus: nam quo pacto hie II. cos. dici potest, qui antea non fuit nisi anno 398. pro Cn. Manlio legas T. Manlio. Alij hoc in loco illud iterū, ad C. Plautium posuere: qui tamen lib. 8. ab initio non considerarunt iterum cos. dici, qui tum tertium erat. Duo autem C. C. Plautij fure, Proculus, ac Venox. Proculus cos. fuit anno 397. Venox hoc loco, & lib. 8. ab initio: quare locum ambiguum pato. Et quis haec omnia persequitur? Quantum errorem attrit historiæ Romanae ambitio illa, & immortalitatis sitis?

M. Valerius Corvinus II. cos. cum Petilio.) 223. D. Petilio etiam adiiciendum II. quippe qui fuit cos. anno 395. Nisi quis alium fuisse conteundat, quod vt negari, ita scire non potest. Porro anno sequenti legendum C. Martio Rutilio III. T. Manlio. Torquato II. cos. quod ideo admoneo, quod in plerisq; codicibus ea corrupte legantur.

C. Martio Rutilio III. T. Manlio Torquato II. cos.) 224. G. Quidam codices utriusque III. dederunt, quidam II. sed utriq; errant. Martius enim ter fuit hic cos. Manlius iterum, vt cunq; in prioribus instituatur lectio.

Ijs tamen maxime, qui etiam implorantibus alijs auxil.) 225. I. Pro triâ, quidam restituerunt, eam, vt referat in concordiam, regaturq; à participio implorantibus: au-

xilium verò referatur ad verbum, præstant. Est tamē impenitus sermo, vt cunq; ordinemus.

Sed tamen si ostenderitis auxilia vestra.) 225. K. Illud, sed tamen, nō video vt ad præcedentia cohæreat, fortassis autem legendum, sed tantum. Ego ea de re lectori iudicium committo.

Ille ad montem Caluum, hic ad Satriculam.) 226. K. Seruata hoc loco differentia est inter ille, at hic. Ille Vallerius, hic Cornelius. Cæterum pro Caluum, quidam posuerunt Gaurum. Et Gauri Florus etiam in altera Epitome de bello Samnitico meminit. Et Plin. li. 3. cap. 5. Cauranos montes propè Mafiscos atq; Surrontinos ponit. Satricum autem oppidum in Samnio, Satricum in Volscis, Sutrium deniq; in Hetruria. Quanquam anno 435 Satricam genere feminino in Samnio yrbe facit, unde Satricanus. Satriculanus autem à Satricula. Ipse tamen Liuinus libro eodem anno 438. altero pro altero vtitur, ni, quod fieri potest, codices errant.

Quicquid ab vrbe longius profereretur.) 227. A. Notandum & id genus sermonis, quicquid longius, pro quanto longius. Verum hæc proprie non sunt huius instituti.

Vtrum qui audiendus duntaxat Magnificus.) 227. B.

Vide num legendum, Vtrum audiendus qui duntaxat magnificus adhuc sit.

Non factioribus modo.) 227. C. Tametsi paulo antè præcesserit verbum, modo, tamen hoc loco quid sibi velit, haud equidem intelligo, cum absq; eo sit longè luculentior sensus.

Benignus pro re dicitis.) 227. D. Horum verborū sensus mihi non admodum patet, & est totus versus obscurus. Alij aliter distinguunt, sed est nihilominus sensus obscurus.

P. Decius tribunus mil. conspicit vnum editum.) 228. K. Vide an hoc locutionis sit quod vulgo dicuntur, vñus dixit mihi. At ego vñum pro insigni positum puto, quasi alij non tam celii, & item omnes ab hoste incessi.

Nectu mihi plus quām vñus legionis principes hastæ.) 228. K. Principes ac hastatos ipse author pôl. lib. 8. quinque manipulis separat: & hoc xxx. manipulorū agmen, antepilanos appellatos tradit. Vide ergo an non potius legendum, vñus legionis principes hastatosque dederis. Porro ipse author numerum certum alioqui nullum exprimit.

Vbi secundæ vigilia buccina datum signum esset.) 229. C.

Qui buccina, in buccinæ mutarunt, perperam meo quidem iudicio fecerunt. Sed & hoc lectorum morari merito potest, quomodo taciti venerint ad Decium, qui bus buccina signum detur, nisi quis etiam clamore concurreret solitos post datum signum existimet.

Neq; immeritd suum iplorum exemplum in eos versurum.) 232. F. De præterito licebat dicere, Neq; immeritd suum iplorum exemplum in eos versum, ita de futuro versurum, sed impersonaliter.

C. Martius Rutilius.) 232. F. Adiiciendum, quartum: fuit enim cos. annis 398. 403. 411. atq; hoc anno. Quare temerè hæc quidam pro quartum posuerunt tertium, quod etiam antè admonuimus. Q. jte Seruilio adiiciendum III. quippe qui prius bis fuit anno 393. nisi quis intrat tam paucos annos alium esse contendat, aut prænominiibus variatum.

Lex quoq; sacrata militaris lata.) 234. G. Hanc legem cum nuper Iuri peritus inter ceteras Roma. leges edito de his libro allegasset, ne uno, quidem verbo dignatus est eam explicare, cum ex proposito id in plerisque alijs legibus fecisset. Nos id nō agimus. Admonendum tamen est lector vt considereret, quare id noluerint nullites, vide licet haud dubiam infamiam denotante lac deletione. Deinde cum additur. Ne quis vbi tribunus militi, fuisse, postea ordinum ductor esset. Tribuni nomen honoris fuisse existimo: at duotoris ordinum, officij. Sed de hoc attigit non nihil lib. 2. vbi de primipilo M. Lectorio diximus.

Et ne particeps eorum esset qui ab Lautulis.) 234. C. Obscurus est sensus, quem ego hercē nō intelligo. Haud dubiē dicere vult, cum illis coniurare nouisse, ideoque illos nolle eum in futurum suum esse primum centurio-

nem. Ceterū Lautularum antea mentio habita: at de fuga ab Lautulis, nihil proorsus. Ego locū murulum puto, ac illud, & ante ne, tollendum esse.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM OCTAVVM, HENRI
CHI GLAREANI LORITI ANNO-
TATIONES.

MA M COSS. erant C. Plautius iterū.) 235. B. C. Plautius bis antea COSS. fuit anno 397. & 408. hicigitur III. Sed id ita quidam defendunt, quod qui anno 397. COSS. fuerit Proculus dicatur: qui vero anno 408. atq; hoc anno Venox. Hac nominum cōfusio à quibusdam, vt exiguā, nihilq; ad rem pertinens, ridetur: mihi etiam non prorsus agelasto facile ad eum modum erat ridere. Sed interim, cum tot loca depravata viderem, non potui non dolere Latinorum authorum tantam iacturam. Voluisse abesse prorsus magistratum nomina ab historia Romana, plus enim lucis illi adesse. Sed quomodo id posſibile? Pone qui III. COSS. fuit iterum, dij boni quantum flagitiū admiseris etiamnū nostra etate? quid faceres Liuij tempore, quando viuebant adhuc familiæ quorū maiores in magistratu fuere? Sed iudicet lector.

Et quanquam superiores certaminib. Latini erant.) 235. E.

Si superiores certaminib. erant Latini, quin bellum perficiebant? Nec satis mihi facit qua subiungitur ratio, ne sepius dimicandum foret scilicet. Fieri etiam potest, vt locus sit mutus, quod suspicor, non etiam affeuerio.

Iussisque ante tempus COSS. abdicare se magistratu.) 336. C. Vterq; COSS. bello strenuē se geserant. Plautius aduersus Priernates, Latinos inquam (si quid hoc ad rem attinet) ac Antiates: Amiylius etiam pacem ex Samnio attulerat. Mirum igitur quare hi magistratum abdicare coacti fuerint. hoc mea quidem sententia, Liuij diligentius explicandum erat. Dionysius nō tacuit, si modo eum haberemus. Excellentia etiam horum duorum, Torquati ac Decij, quātūm M. Valerij ac Coſsi, virtutem antebarū cum anno 420. postea ipse Liuij fateatur M. Valerium Maximum ea tempestate Imperatorem.

Et L. Numitium Circeiensē ambos ex col.) 336. I.L. Numisum quidam legunt, quod mihi non probatur. Circeiensē autem à Circēis intelligo, quam L. Tarquinius Superbus Coloniam deduxit. Ambo autē pro ambo, vt quidam legunt, Liuij nulla necessitate dixisset, vt Verg. de duo. Si duo præterea taleis Idēa tulisset Terra viros. Quidam tamen in vetustis Liuij codicibus subinde ita inueniri aiunt.

Agitatum etiā in concilio est, vt si quando vñquam.) 238. H.

Vide in eadem sententia posita, cum vñum sufficeret, vt, & vti. Quod si bene habet, certū indicium est authores non tam anxiē locutos, quemadmodum id quoque quod continuo sequitur, in accusatio ait, quod aduersus Latinos bellandum erat. Reliqua qua sequuntur, in nominatio dixisse videtur. Quanquam vbi eam distinctionem incipias, meritò hasfites, neque enim satis claram est.

Praerat Cenutius Meritus.) 238. I. Quidam ex Valerio Maxi. restituerunt Geminius, at haud scio quām bene: neq; enim codicum fides magnopere me mouet vel huius vel illius authoris.

Ordo enim sexcenos milites.) 239. D. Quidam hoc in sexagenos mutarunt. Si certum sciremus quid ordo hoc loco significaret, non erat difficile definire quid legendum. At paulo post quindecim ordines vocat, longe dispari (si quidem illi recte mutarunt) significatione. Itaq; nihil definitio. Sicut nec illud, Vexil. CLXXXIII. homines erant, quod ijdem CLXXXVI. emendarunt. Vegetius sa-

nē lib. 2. capitib⁹ duobus VI. ac octauo; cum hac Liuij descriptione minimè conueniat: quare nos quoque ea de re plura dicere (quando hæc non sunt nostri propositi) superseedimus.

Samnites quoq; sub radicibus montis pro in.) 241. D. Vide quam varia de Samnitibus scribat. Antea dixerat COSS. adiuncto Samnitium exercitu ad Captiam castra locasse, hic dicit, sub radicibus montium prout instructos. paulo post dicturus eos post prælium auxilio venisse Romanis, vt quidam tradiderint. Nam hoc ipse dixit se videre voluit.

Tum signum septem pedes altum, aut maius.) 242. F. Signum quid propriè hic significet, scire velim, ad quod Romanum magistratum defendere fas non est. Et piaculum hostiū caxdi, siue hostia, vratij legunt: pauloque post, siue hostia, siue quo alio votariis effō: ea minus intelligo. Ruris quod sequitur: Si potiatur Marti solitaurilibus piaculum fieri, quidam ita legunt, Marti siouetaurilibus, quod ego intelligo, solitaurilia, quæ apud Festum immolationem significat tauri, arletis, ac verris, vt etiā apud Homerum est Odyssea. ac. 4.

Ibi in concilijs Num. impe. eo. af. com. vere bell.) 242. G. Pro vere, quidam emendarunt fore, non recte, vt puto. Porro de Vesca yrbe quid dicam, non habeo.

Bina in Latino iugera, ita vt dodrantem ex Pri.) 242. I. Sensus apud quidam est, in Latino agro colonis data iugera, ac dodrantem ex Priernati adiectum, in Falerno autem tria data cum quadrantibus, ita vt qui in Falerno agro partē acciperet, semife plus acciperet, quām qui in Latino atq; id propter longinquitatem, nemo enim est qui proprietaria non præferat. Quanquam hæc Liuij verba: Ita vt dodrantem ex Priernati completeret, data, amphibola videri queunt, nescias enim dicere velit, dodrantem eos explesse quadrante quem ex Priernati accepint, vt in gerum integrum fieret, an dodrante ex Priernati accepto quadrantem Latini agri expletint, vt fieret iugerum, nisi quis verbū completeret, pro adiacerē positum existimat, quod equidem nescio, atq; hoc quidem modo intelligeremus in Latino duntat bina data iugera, in Falerno autē terna cum quadrantibus. Verū id iudicio lectoris committimus.

Denarios numeros quadragenos quinos.) 242. K. Quod hæc in casu accusandi legēda sint, fortasse nulli dubium. Ceterū quod alij decuplo auxerint hanc sumnam, legerintque quadringenos quinquagenos, non item certum. Denos denarios singulis coronatis dabimus Budæana estimatio: qua supputatione prior lectio minutum quidem singulis tribuit annuatim equitibus, videlicet coronatos quaternos, cum quinis denariis: altera vero lectio quadragenos quinos coronatos. At annuum in vniuersis sumnam immensam 72000. videlicet coronatorum, posterioribus etiam feculis, quantumvis magnæ ciuitati gratiæ. Hæc ei de causa annotamus, vt vetus ita exemplaria diligenter intropisciantur. Nam hæc in omnibus codicibus variata inuenio, cum equitum, tūm summae pensionis numerum.

Antiates in agrum Host. Ard. Solonium incurſ. fe.) 242. K.

Soloniū ager quis sit, adhuc querero. Sollinatium ac Solonatium meminit Plin. lib. 3. at nihil ad hūc locum.

Neque in similem materiam rerum & ipsi aut sua.) 243. A.

Cum neq; dixisset, subiungit aliam sententiam: suspicor defectum esse, quem ego absq; vetusti codicis fide non facile restituere. Id etiā quod sequitur, in campis Senechanis, mihi ignotum: quanquam quidam Fenechanis emendarunt, non minus obscura voce. Denique legem de plebiscitis omnibus Quiritibus obseruandis. non à Qu. Publio Philone (ita legendum est, non Qu. Publio, vt pasim errat codices) dictatore, sed ab Hortenio latam authore est Cellius lib. 15. cap. 27.

L. Furio Camillo, C. Merito.) 243. D. In Diodori Alexandro, pro C. Menio C. Manlius legitur, quod non placet. Nam oportebat alterum cōs. ex plebe esse. Et Plin. lib. 34. cap. 5. Menium habet. Quidam, quod Menius obscurum sit nomen, C. Menenium legerunt, qui postea dictator sit libro sequente anno ab Vibe cond. 441. Quidam & libro sequente Menium legunt, nō Menenium. Sed fieri potuit vt nomen esset obscurum, quia ex plebe erat, & aliis postea fuerit dictator, quapropter cuīq; libera sit hac de re coniectura. Legendum etiam L. Furio Camillo n. Nam primum fit anno 406.

Ad Asturum flumen.) 243. E. Quidam Satyrus supposuerant. Plin. autem lib. 3. cap. 5. ait & flumen & Insulam in Latio esse Asturam. Sabellicus Afura legisse videtur.

Camillus ad Pedū cum Tyb. ma. va. ex maiore meo.) 243. B. Praepositionem, ad, bis iam proprio minoris loci praeposuit. id quod in obscuris locis sapienter. Ceterū quod ait maiore mole, haud scio vt intelligatur.

Et Antium ex Volscis.) 244. F. Hoc καὶ σωπήν intelligo, nam ipse antea nusquam dixit: quanquam memoria lapsus videri potest, in tanta cum scriptorum, tūm renum confusione.

Lanuinis ciuitas data.) 244. H. Lanutium haud dubiè aliud est oppidum quam Laniniū, quanquam ea inter se haud multum distant. Apud Lanutium Sospitis Iunonis & templum & lucus erat, vt ex Cicerone etiam ante nos annotauit Sabellicus. In Strabonis codice ea ita corruptè leguntur, qui lib. 5. de vtroq; ni fallor, differit, vt verba ea ne clatinè nec græcè allegare ausim. Vide Seruum in secundum lib. 1. Aeneidos carmen. Lanuinum autem agri Horatius nominat lib. 3. carni. ode. 27. Tu vide quae in eo loco Mancinellus. Porro Liuus hoc loco Lanuiniorum facie mentionem, quos paulo ante bis cum Volscis Antiatib. numerauit. Lanuinum autem adhuc paulo superius, vbi Milonis prætoris diē & refert de magna mercede Romanis pro parua via soluenda. Hic autem, cum nominati omnia pœnam referat. Lanuinorum non meminit, vt planè in suspicionem veniam, vel hęc defēcta esse, vel Liuum quorundam omisile multam, quod verisimilius est.

Cuius Capuam esse placuit.) 244. K. Campanos agro multatos ante a dixit, iuslosq; equitibus summatam quan dam soluere, sed de iure conditioneq; eorum neverbo quidem meminit.

Eodem anno Q. Publius Philo.) 245. B. Paulus ante ad monitionis hunc non Publū nominari, sed Publū. Publius enim prænomen est, nemo autē duo prænomina habuit. Id vt ante sepe habitum, ita sapis postea. Scire tamen velim vt cum in seris Auruncis actū, pro quo rūm auxilio tam seuerē dictator creatus, tam leviter deponitur. deinde cum ijs quid actum ēt ēt narrat nobis Liuus.

Pacem cum Romanis fecit.) 246. G. Qui potuit cum Romanis facere pacem, qui cum eis nunquam bellum gesit? Sed pacem pro amicitia dixisse fertur, aut feedus quod tamen mihi non sit verisimile. Quidam exponunt à Saminitibus Romanis fuisse pacem, quod Alexander ea pugna superior fuerit. Verum Liuū verba id nō offendunt. Ut vt exponamus amphibolon est, non satis claram.

Ancilla quedam ad Q. Fabium Max.) 246. H. Nisi καὶ ἀρχὴν hęc accipiamus, non video vt hoc excusandum. Nam hic Fabius Maximi nomen ad finem libri non i ac quisfuit, vice simo se p̄imo post hunc anno. Fieri autem potest vt a scio aliquo adiectum fuerit. Certè Valerius

Max. lib. 2. cap. 2. vbi Papyrij dictatoris metminit, Q. Fabium hunc Rutilianum vocat, non Maximum: quanquam alibi hoc in eo authore neglectum, sed errore codicum, vt puto, qui nusquā nobis nō faciunt negotium.

Duæ ex eis Cornelia ac Seruilia.) 246. I. Quidā Sergiam pro Seruilia substituerunt: quod si absq; fide veruti exemplaris fecere, haud parvam iniuriam in gentem Sergiam commiserunt. Sidēa paulo pōst. Vt se falsam commentam arguerent, in commentata mutarunt, vbi de ancilla indice loquitur, sed res est non magni momenti.

In secessione quandam plebis clauū ab dict.) 246. K. Lib. 7. non ita longè ab initio, de fixo causa sedanda p̄fis clau mentio est: at de secessione plebis nulla prorsus, quanquam huiusmodi apud Liūum multa.

Cuius principio anni leg. ex Volscis Sidicini & Lucani.) 246. K. Pro Sidicini quidam restituerūt Fabraterni: & sane in veteri oribus exemplaribus ita legitur: & Plin. lib. 3. cap. 5. in agro Falerno Fabraternos ponit veteres ac nouos. Sed illud Lucani magis torque lectorem: paulo autē enim vñā cum Samnitibus cōtra Alexandrum de pugnarunt, nec interea vspiam de inimicitia eorum mēto. Deniq; quinto pōst anno Lucani (inquit Liuus) atque Appuli, quib. gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt. Id si verum est, haud dubiè pro Lucanis aliis populus, qui in Volscis aut circa Volscos habitat, substituēdus. Ar qui substitui debeat, nihil definitio: certè Lucani hic non conuenit.

Nō patriā Fundanos.) 247. B. Hoc recte emēdarūt alij, Fundos legentes, vt est in veteri oribus codicib. Est enim Fundanus denominatiū à Fūdis, vt Faliscus à Falerijs.

Bona Semoni Iano censuerunt consecranda.) 247. E. Hæc lectio placet, quasi dicat, Iano semihomini, vt quidam interpretatur. Heros enim erat dimidiatus homo, dimidiatus Deus. Quidam tamē editis exemplarib. Semonianum legunt, sed librariorum errore, vt puto, vicinatate I&I. Quidam Semoni Sango legit, qui idem Santos, vt diximus in Dionysium.

Tribunatuq; plebis prox. comitijs absens potentib.) 248. I. Quidam libri tribunatum habebant, vt sit, tribunatum potentibus: sed videtur coactum, quanquam & præsentibus malum vt quidam habent codices.

Primò in insulas Aenariam & Pitheciulas.) 248. K. Liuū Aenariam hic à Pitheciulis separat, quas Plin. lib. 3. cap. 6. vnam facit insulam, ab Homero Inarimē dictam: sequitur enim Plinius errorem illum, quo Latini Poëtae ex ditibus vnam fecere dictiōnem, av. dēlōs. Itaque letori considerandum vt locus Liuū legendus.

Recepta Palæpoli miserat.) 249. A. Palæpoli recepta intelligendū, nam Nolanos Samnitēs à Publilio mis̄os Palæpoli, neuriq; quadrat, quippe qui vtrique hostes erant: ergo miserat literis ad fēnatum hęc millia Palæpoli recepta, est tamen durus sermo.

Quid perplexè agimus, inquit) 249. B. Quem habeat nominatiū verbū. Inquit, non planè video, sed mutatus est numerus, nisi dicas quadam desiderari verba.

L. Aenylius cos. crea. C. Petilium.) 249. E. Hic Petilius ante a bis cos. fuit, anno 395. & 409. quare hoc loco addendum illi, quod Cæsiodorus non neglexit.

Eodem anno Alexandreiam in Egyp̄o.) 249. E. Hoc loco Alexander edificat Alexandreiam, qui non longe ab initio huius libri, in alio tractu orbis à fortuna morte extintus est. Diodorus Siculus ait Alexandreum extinctum anno primo olympiadō centesimā quartā decimā. Cæsiodorus autem ait cos. C. Petilio III. & L. Pa pyrio Mugillano Alexandriam conditam.

Consentiam ex Lucanis Sipontumq; Brutiorū sol.) 250. F. Quidam distinguunt post Sipontumq; ac deinde inferunt Brutiorum Coloniam Acerinam. Sipontum tamen non Lucanorum intelligo oppidum, sed Appulerum Dauniorum, vt testatur Plinius lib. 3. Cepitigitur Sipontum, ac ex Lucanis Consentiam, deniq; Brutiorum coloniam Acerinam: quanquam hoc nomen mihi suspectum. Nam Acerā oppidum, & Acerrani populi, nihil adhunc locum.

Corpo regio vt cunq; multato.) 250. H. Ita ferè habent libri: sed D. Erasm. Roterod. præceptor noster mutato legendum nos olim admonuit.

Eo enim deinde summa rei Gracorum venit.) 251. C. Obscurè dicitum, etiam si à Liuio ita positum est, vt causam antedictorum explicet: neq; seudis hoc notum est.

Et aucto honore triumphus.) 251. D. Alij pro aucto, le gunt tacto. At ego ingenue fateor me neutrum intelligere: reaucta tamen malim, nisi quis acto intelligat contrarium negato.

L. Papyrius fuit.) 252. G. Cognomē omittit multum ad rem pertinens: sed ipse metit Liuius de his dubitat, vt anno 428. & postea anno 435. Porro haec tenus tres L. Papyrij à Liuio numerari sunt; Curiō, Crassus, ac Mugillanus. Cursorum Crasso dictatore magister equitum fuit anno 415. quo P. Decius pater perierat. Crassus ipse cos. fuit anno 424. Mugillani autem ab initio, anno 428. & 435. Est & mentio M. Papyrij Crassi anno 422. vbi dictator creatus fuit aduersus tumultum militum. Fortassis autem & in prænominiibus & cognominiibus Papyriorum erratum, vt ex varijs huius belli locis lector facile notabit.

L. Furio Camillo iterum.) 252. I. L. Furius Camillus primū fit cos. anno 406. deinde iterum anno 417. Ergo hic non iterum, sed tertium legendum: nisi quis duos fuīle contendat, quod mihi non sit verisimile.

Q. Fabius Maximus Rutilianus.) 252. K. Duo fuere Q. Fabii: hoc tēpore, Ambustus & Lucianus Ambustus Magister equitum fuit cum dicitore P. Valerio Publicola, anno ab Vrbe cond. 411. Rutiliani autem hic est mentio, & anno 423. vt puto: nisi quis vñst esse censeat. Certe nec hic nec in superiorib. recte additur Maximus, vt antea ad monuimus. Porro ambōne fuerint M. Fabij Ambusti filij, nil aſeuero. ni Rutiliano autem nulli dubium.

Quo tu imperio meo spreto.) 254. H. Illud quo, quid referebat dubiū est. Ego distinguendum puto post imperio, & deinde inferendum, meo spreto, siquidem interrogatiū legendum est.

Et patre authore M. Fabio, qui ter cos. & Dict.) 255. A. Qu. Fabio, & tertium cos. quidam libri habebat, sed errant, fuit autē hic M. Fabius Ambustus primū cos. anno ab Vrbe cond. 395. iterum anno 399. tertium anno 401. dicitator autem feriel anno 404. & pater Rutiliani. M. verò Fabius Dorsuo, alius fuit cos. anno ab Vrbe cond. 410. Post aliquot versūs legendū, cum omnia a gmine principū.

Capite anquishitum ob rem bel. ma. gest. de imper. null.) 255. d.

Quidam hoc nullo, in nullum mutarunt, quod mihi non placet, nisi quis anquishitum substantiū judicet, vt decretum, & similia, quod mihi non sit verisimile.

Digressum eum templo latus sen.) 256. K. Vide quid hic templū significet. Paulō antē dixerat: Ex curia in concione itur, quod cum paucis Dicitor, cum omni agmine principū magister equitum cum ascendisset, deducit eum de rostris Papirius in patrem inferiorem iufis fecutus pater, &c. Quidam curiam Hostiliā intelligunt.

Q. Aemylium Cæretanum.) 257. A. In plerisque libris Aurelius legitur, anno ab Vrbe cond. 435. Sed ego Alius vbiq; de hoc Cæretano legendum puto. Aulus, quia prænomen est, prorsus nō quadrat. Aulus fortassis magis quadraret, quod quidam subsituerunt.

Ceterum fortuna Samnitū vix à scipis.) 257. D. Sed quomodo vix à scipis propulsantū bellū, qui statim sequente anno, tanto exercitu Romanos aggredi sīnt? aut quomodo Appuli tam citō defecissent, qui superius vñacum Liticanis in amicitiam Romanorū venerant? inq; posteriori libro statim post initium boni ac fideles socij appellantur. Hac vt Liuio diuīsa sint temporibus, iudicet lector.

Nec quenquam ex Pollia tribu candidatum fermè Papyriam.) 258. F. Moguntinus codex pro Papyriam habebat suffragia, quod melius intelligitur. At ego locum corruptum valde vereor.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM NONVM, HENRI-

CHI GLARE ANI LORITIANO-

TATIONES.

ITO. Vertilio Calphino, Sp. Posthumio cos.) 260. F. Adiūcīdūm vtrisq; iterum, vt Cicero lib. 3. Officiorū habet. quādū apud eundem in Catonē maiore omīlīs est numerus, errore, vt puto, librariorū. Fuere autem hi cos. ante anno 421. ab Vrbe condita.

Non bona sequentia domini deditiōnē exatent.) 260. H.

Quidam exatent, in exatiant temerē mutarunt, cūm hac tria verba, sīt, exatent, nequeant, velut vno tenore de Romanis in coniunctiō dicantur modo.

Circa Caudium castra quām potest occulit. locat. inde ad Gal.) 260. B. Cicero item 2. lib. Officiorū Caudium vocat. Meminīt & Horatius Saty. 5. lib. 1. sermōnum. Caudinos Plin. lib. 3. cap. 11. numerat. Galatiam autem, sive, ut alij, Calatiam, nescio quis alius commōmōret. Suspicitor Calorem flūtūm (cuius Liuius de secundo bello Pun. bis meminīt, vbi de Sempronio) legendum ēste, qui est prope Beneventum. Galatia rūtūs mēminīt lib. 3. de secundo bello Pun. Sed & haec topographia clarior ēste poterat.

Luceriam omnibus copijs circumcidere.) 260. I. Mīrum est ne vno quidem verbo huius oppidi antea meminisse Liuium, cum hic Romanas legiones, vt illi auxilio adēscent, in periculum venisse cōmemoret. Si ea est vrbis quā Appulorū Luceria dicitur, haud dubiē in Romano-rūm amicitiam cum alijs Appulis anno ab Vrbe cond.

428. venit, quibus quarto post anno Romani auxiliū contra Samnitēs tulerunt, vt Liuius quoſdam tradidisse ait: quanquam ipsi tum non ita vñsum. Sed hāc illorum opinionē egregiē confirmant, immērito à Liuio reiecat. Porro hoc q̄toque stratagēma de decem militibus in pastorum habitu missis, mihi sup̄spectum. Quis enim tam manifestum periculum adeat fine certo p̄mō, aut spē maiore atque h̄c ostendit?

Quām per han̄os iam prope xx. vincimus.) 261. B. Samniticū bellū cœpit anno 412. & nunc agitiran-nus 433. Ergo recte Liuius per xx. annos dixit, quod nū per corruptū est in xxx. annos; ab nescio quo minus attendente.

Seruare modo quos ignominia irritaueris.) 261. E. Alij seruare, alijs seruare legunt, neutro satisclaro sensu. Vult autem priorem sententiā ipsi persuadām, vt verba tantum sequentia indicant. Aut si Romanos seruare volent, vt contumelia nō irritent: cuius causam mox subiungit.

Dicitur Offilius Acalauins Oui filius.) 264. F. Sunt qui contendant, aut Offi pro Oui legēndū ēſſe, aut Oulius, & nō Offilius. Id ego lectoris iudicio relinquō. Ceterum Calauius, non Acalauius legendum.

Laticlāui, annuli aurei positi.) 264. G. Plif. lib. 33. cap. 1. Romā longo tempore inter priuatōs nullos fuīle annulos scribitaureos, publicē quidē legatis datos, triumphantēs autem ferreis vlos, atq; ita trūmphatum a C. Mario, nec ab eo sumptum aureum annulum antē terrium consulatum.

Q.F. Ium Ambustum dixerunt.) 264.H. Hoc tempore duo M. Fabij Ambustus & Dorfuo fuere. Duo item Q. Fabij Ambustus ac Rutilianus, ut priore libro admonuimus. Vtri autem vrorum filii fuerint, mihi non liquet, certe nemo Maximus adhuc habuit cognomen. Rutilianum video à Liuio Maximum vocatum καὶ τὸν αὐτὸν γένος ut vtea diximus, ut hic mox de interregibus probant.

Is COSS. creauit Q. Publum Phil. & L.P. 264.H. PUBLIUM legendum, non Publum, ut s̄p̄ius quām oportuit, nunc admonuimus, ac addendum, tertium: fuit enim iterum anno ab Urbe cond. 427. ut ipse Liuius fatetur. Idem Papyrio Cursori licet additum iterum, cum anno 428. Mugillanū posuerit, de Cursore dubitauerit, quem admodum & postea dubitat de Papyriorum cognominibus, anno 435.

Tentata paulisper intercessio est à L. Liui, & Q. Melio.) 265.A. Cicero, lib. 3. Offic. hos tribunos aliter nominat, T. Numinium, ac Q. Aemylium, si codices non fallunt, ut se solent.

Deuotioni P. Decij COSS. & alijs cla. fa. equa.) 266.F. Quidam sustulerint coniunctionem, & sicut paulo ante, Vilia hac capita luendā sponsoni feramus: vbi illi sponsonis legunt: Hac omnia prosequi non est huius propositi, & multa huiusmodi volentes omittimus.

Quandoquidē hisce homines iniisliu populi Rom.) 266.G.

Hisce homines quidam pro huiuscemodi homines exposuerunt, atq; ad hoc Terentium allegant: hisce hoc munere arbitrantur suam Thaidem esse. Verū in Terentij carmine, vel isce arbitrantur, aut eiſe arbitrantur legendum est, Grammatici precipiūt cē particulam tunc addi pronominibus, quando in litteram casus terminantur, ut hisce, hasce, huiusce, hisce. At ego puto in solenibus illis verbis non tam superstitionē inquirendum esse.

Papyrius in Apuliam ad Luceriam.) 267.C. Ab initio huius libri haec vrb̄s amica erat Romanis, vt eorum exercitus propter illam in periculum venerit, quamq; nūsc̄ quam antea narrauerit, quando aut quomodo in Rom. amicitiam veniret. Nunc hoc loco ita amica est Samnitibus, ut non dubitarine Romanorum obsides illic deponere; cū tamē ne uno quidem verbo innuerit Liuius, quomodo & quando à Romanis defecerit, etiam si intelligimus post Caudinam pacem id forte factū. Item statim pōst cū ait: Publius in Samnio substitit aduersus Caudinas legiones, Codex Moguntinus habebat, ad ducentes Caudinas legiones, ut intelligamus eas quae ad Caudium inclīne fuerant, alioqui Samniticas intelligimus necesse est.

Contemptu cultorum molliore.) 267.E. Non est obscurū quid velit dicere verba ipsa subobscura sunt. Nam quis dicere audeat, contemptu molliore, pro hominib. mollioribus, quos Samnites ob molliorem contemnebant? Quæ deinde item sequuntur verba, nō minus obscura sunt.

Aut interieat in Romā & Arpos penuria.) 267.E. Vide quid hic dicere velit. Quomodo enim penuria interierat Romē ac Arpis? Sit sāne figura vtr in priore annotatione, sed mihi in hoc annotata, vt exemplaria vestuta diligentius inspiciantur.

At obſſis priusquam alter COSS.) 268.F. Illud at, alij mutarunt in &, quod non admodum probo. De COSS. autem Publilio loquitur, nec obſſat quod eius nomen statim ſequatur.

Lucius Cornelius Dictator.) 269.B. Duorū L. Corneliorū antea meminīt Liuius, Scipionis ac Lentuli. Scipionis anno 405, ac 422. Lentuli autē anno 427. Duobūm igitur hic de vtro loquatur.

Cum Q. Aurelio Ceretano iterū.) 269.B. Anno ab Urbe condita 431. Q. Aemylium vocare viderit, & in quibusdā annalib. Aulum dicitū: quod ego errore codicum ita legi puto, pro Aelio, aut Aulio: & item anno 440. Et illud, iterum, referendū ad COSS. Ceretanum, quippe qui antē etiam COSS. fuit, tamē sī Papyrius ante quoq; rem

bene gesserit, vt illud iterum ad eum referri posse quibusdam appareat, sed mihi non probatur.

Nam cum ad mēnia Satricæ.) 269.G. Hic Satricam genere feminino dicit, cum suprā libris duobus sexto ac septimo neutro genere protulerit: nisi quis dicat diuersa oppida, Latinorum Satricum, Samnitium verò Satricam, aut pro Satrica, Satricula legendum: vnde tandem paulo pōst, vbi Satricula ab L. Aemylio opponatur, Satricanus dixit Liuius: nisi codices in his quoque errant, ut planè suspicor. Vnde quidam hic Satrici legunt, non Satrica.

Eadem nocte portam etiam consulibus aperuerunt.) 269.D. Consuli legendum, non Consulibus. Solus enim hic Papyrius erat. Alter COSS. Ferentanorum vrbem oppugnabat. Proabant item ea & sequentia, & præcedentia.

Quæ cognomen etiam dedit, pictoremq; cursu.) 269.E. Hac ita à Liuio scribuntur, quasi Papyrius, hic primus id cognominis meruit, cum multi ante Papyrii Cursoris nomen haberint, nempe primum quem Liuius commemoret, puto anno ab Urbe condita 270. & Censoris nomen anno 363, quod ersi ibidem omisum, ramē à Liuius postea in oratione Sempronij tribuni plebis Appiū incusantis ponitur, anno 445.

Quem iuuenes duo quibus cum Alexandro.) 270.I. Cum ciudēm prope atatis viros numeret, non satis certō sciri potest, quinām illi sint iuuenes. At ego Torquatum ac Corvinum designari puto, quorum alter quinto post Camilli morte anno, alter decimo septimo, singulare cum Gallis habuere certamen. Quod etiā aliquot veribus antecēdit, si Punicū Romano praeuertisset bellum: non admodum clarum, praeſertim illud, Romano.

Saltus Appuliae, ac montes Lucanos cernenti.) 271.A. Liuius Appulia saltus Tauri montis verticibus comparat, & Italie quartam partem tot regionibus quas vicit Alexander. Non mirum si doctissimo illi seculo risum mouerit, cum nostra atate qui buſſā hoc displiceat, certe affectui suo aliiquid dedit, sed iudicent doctiores.

Miremur si cū ex hac parte secula plura.) 271.C. Videlicet Liuius accepisse seculum pro atate. Nam pro centum annis nō erit hoc verū quod ait: sed atates populi Romani sunt duplo plures quam anni Alexandri ab Urbe condita usque ad Liuij tempora. Octingentesimum autem per Auxesim dixit, neque enim ipse Liuius tandem vixit, vt non cauller interim sub Numa Pomplio non bellasse eos.

Censēbantur eius atatis lustris ducenta.) 271.E. De hoc numero quid dicam necsio: ipse certe author aliquot libris nullū retulit nobis censem. Libro tertio bis retulit, sed numero haudquaquam conueniente cum L. Floro. Decem vero Legionū ex urbano exercitu, mentio est anno ac Urbe condita 406. Atlib. 8.vbi ordo exercitus descriptus est, quatuor legionum urbani exercitus meminit, quatuor item Latinorum: ne satis liquet in tanta vrbis necessitate, cur nō meminerit etiam decem legionum, nisi ad vrbis custodiā quis reliquias detentas dicat. Præterea L. Lentulus cum duo consulares exercitus apud Caudium obſiderunt, quas ego quatuor intelligentiō legiones, authoribus Polybio, Dionysio, Halicarn. ac Vegetio, falsus est illuc patriam esse. & quicquid Romanarum legionum, & quæ ſequuntur in eo loco reliqua: Et Antiochium magnum quatuor legiones vicere. Et quanquam ea Rhetorica arte excusationem accipiunt, lectoris tamen animus suspensus manet.

Et in bellum Afam quassifet.) 272.G. Vide vi. accepit illud, quassifet & num pro questus esfer: quod ipse tamē non memini legere.

Nam Florento quoque valido oppido.) 272.K. Qui-dam Tarento restituerunt, sed non recte, ut puto. Non dum enim Tarentum in manus Romanorū venit. Fortassis autem Frentone legendum ex Plin. libro. 3. cap. 11. Quanquā eo in loco Plinij varia est lectio. Hora. aut lib. 3. Car. Ode 4. Fereti meminīt, si q; forte hoc puret, est enim in Appulia. Paulo ante etiā Theates hic Liui⁹ ponit Appulos,

Appulos, quod nescio an quisquam alius, certe Plin. lib. 3. cap. 12. Teatinos in Marrucinis numerat, quorū oppidi Teate etiam meminit Ptolemaeus. Sed hæc & similia omnia prosequi eius est qui commentariorum scribit.

Ceterum dictatori L. Aemilio legi. tra.) 272. K. Mirum verò quid ita non narratur causa creationis huius, sicut nec paulò post Fabij, ut planè suspicandum hunc locum esse mutilum. Nos in chronologia nostra huic Dictatori annum dedimus, quem alij septimo post hunc anno ei tribuunt, ybi tamen Liuus manifestè scribit Fabio consulatum continuatum, de dictatura ne verbum quidem faciens.

Hinc Satricani magno cum tumultu.) 273. A. Satricula hic oppugnat, à qua denominatiū erat, opinor, Satriculanus, & à Satrica Satricanus, vrantea Liuus vītus est. Satriculanii igitur hoc loco legendum videtur admonimus paulò ante etiam nonnihil de hac re lectorem.

Coss. noui sicut superiores Romē manifertunt.) 273. B. Mirum & hoc loco Consuli orisla esse nomina, authōrisne, an temporum culpa, hæsito, Ceterum Fabij dictataram non videtur posuisse annuam abfque Coss. Sed non est dubium histōria hæc aliquid dæsle.

Id belli tanti ducere quod urbem oppugnabat.) 273. B. Quid certè sibi hoc velit, vix equidem planum facere possum, etiam in verba clara fint.

Sic fortuna exeruit opes, vt insignis vtrinque clad.) 273. C. Si verbum ederet nominatiū habet fortuna, necesse est, ut insignis vtrinq; clades legamus. Sin autem insignis nominatiū est, copula &c, abundat.

In Aulum temerè inuestitum per hostiū turmas.) 273. D. Aulum quidam legendum putant. Ceterum hoc in loco per aliquot verius vide ut congruant quæq; prædunt, quæq; sequuntur, primum in eum tela coniecerūt, deinde fratris dederunt, deniq; ille eum trucidat. Porro qui vivum eum retinere potuerunt, atq; adeò dare occideret, eius cadavere potiri non potuisse mirum videri potest. Præterea amphibolon est in genitio Samnitum imperatoris, fratrini Imperatoris, an ylti decus Imperatoris Samnitum.

Suspectus in locum Aulim.) 273. E. Qui in superioribus pro Aulio emendarunt perpetuo Aemiliūm, hoc loco id facere supercederunt. Ego sanè non Aurelius non Aemilius, non Aulus, sed vel Aelius vel Aulus legendum censeo. Mirum verò quid ea omnia ita variata in codicibus de vno hoc reperias.

Ausona, Minturna & Vestina urbes erant.) 273. B. An non ab Urbe 419. hic noster Liuus ait Cales urbem Ausonum fuisse, quæ proximo deinde anno à M. Valerio Coruino expugnata, colonia Romana facta est. Plin. auct. lib. 3. cap. 5. ybi de Latio Ausonas habuisse sedē inter Circeios ac Liuim amnum scriptum, reliquit. Hæc omnia diversis temporibus fieri poterant, sed tamen iudicet lector.

Quod execrabilis in his captos esset.) 275. D. Quando initio huius libri, ut antea diximus, Luceria Romanis amica esset, verisimile est fædere non oppugnatione Romanorum factam, quod Liuus tamen speciatim de hac urbe non meminit, de Appulis tamen non omisit anno 428. Deinde eadem urbs Samnitium facta est, videlicet in quam Samnites Romanorum obsides ponere non dubitarunt. Id autem intelligimus auctum dum ad furculas Caudinas Romanis obsidebantur, etiam si Liuus ne verbo quidem meminerit. Rursus deinde Papyrius Curius cepit: sed cum ad Samnites rursus defecisset, hic secundario capit. Terigitur Romanorum fuit, sed bis capta.

Commota pedetra acie Samnitium, eques in pug.) 276. K. Incerta est distinctio in genitio Samnitium. Nam & ad acie, & ad eques refertur: de vtrisq; enim loquitur non de Romanis quale propemodum illud Virgilij: Nec latuere dolí fratrem Iunonis & ire.

L. Papyrio Curiore, C. Junio Bubulco iterum.) 277. A. Quidam post Curiore, adjicere V. Sed Liuus duobus in locis dubitat de Curioris cognomine, annis 435. Tertiò omisit eius nomen anno 440. nos tamen in Chronologia nostra Cassiodorum fecuti, Quintum posuimus.

Dictatorem C. Junium Bubulcum dixit.) 277. D. Dictatorem nominat absq; magistro equitum, cum auctore Dionysio nonquam Romæ hoc factum sit. Id etiam lib. 1. admonuitus.

Q. Fabius in sequentis anni Coss.) 279. D. Hic addendum, Iterum. Nam primum fuit anno 432. postea verò adhuc ter. Maximi nomen ad fidem huius libri meruit, quanquam in prioribus sèpè huic appositum est, sed per etiam, meo quidem iudicio, ut antea etiam admonuitus.

Quæ velut fatalis cum tribunis ac plebe erat.) 279. E. Non cum tribunis ac plebe erat Appiana familia, sed contra tribunos ac plebē ergo cum tribunis aut contendens aut bellatrix intelligentiam. Alij legunt tum tribunis ac plebi, eodem sensu, sed luculentioribus verbis.

Nam etsi tenuerit lex Aemilia.) 280. F. Nisi hæc cauillatio reuera est, non video quomodo hic locus intelligendus, nisi forte quis aliquid ei deesse suspicetur, quod equidem nescio: id tamen in oratione Decemviri accidit. lib. 3.

Tertio nec ab se, nec ab illo creatus.) 280. G. Hic quintus poterat esse locus ad ostendendum Decemviro tribus regnasse annis, quemadmodum lib. 3. ostendimus: sed satis est probationum.

Cum centesimus iam annus sit ab Mamerco Aemyl.) 280. H. Non omnino rotundum exhibuit numerum, id quod in orationibus sepius fieri solet. Aemilius enim hanc legētulit anno ab Urbe condita 322. hic autem annus est quadragesimus quintus.

Nuper intra decem annos C. Menitus dictat.) 280. K. Hic quintus est annus. Nam Menitus dictator fuit anno ab Urbe condita 441. hic autem, ut iam diximus, 445. quare locus haud dubiè corruptus est. Nec oblat, quod iam diximus numeros non vbiq; esse rotundos, duplo enim hic auctum numerum quis feret nisi diuersos sit authores fecerit Liuus. Menitus autem, siue Menius, trifylla bonum legendum.

Quād nuper fuere Germanici saltus.) 281. E. Syluam Herciniam, opinor, vult dicere, cuius magnitudinem si Ciminia sylva comparat, impar erit, ne dica inepta comparatio, si densitatem, quid id scire potuit Liuus? Id verò haud in terito optimo cuiq; mirum videri potest, quia via Galli tam citò à Clusio Romanam venire potuerint, si hacten horrenda sylua penetranda erat. Quod si aliud iter ex Hertruria Româ ducebat, qua de causa Q. Fabius cos. eo nō est vsus? Longius erat, inquires, quid tum potest? Verius Posthumiusq; non erat in oculis? sed hoc est historiam scribere. Quid autem fibi vult quod ait, neminem præter ducem ipsum intrare ausum, qui hic non intravit? Deinde, omnibus alijs cladis Caudinæ, nondum memoriam aboleuisse, statim autem consulis fratre speculatum se iturum professum? hæc qui cauillari volet, nonne habet quo se tueatur?

Ibi, qui essent, fateri Romanum ausum.) 282. F. Vide vnde pendas hoc participium, ausum: non enim à verbo dictuntur, sed supplendum, fama est, aut quid simile.

Quæ extra saltum dispositæ erant.) 282. G. Superioris ait, in syluam fusos configuisse hostiles, & eos Fabium potitus hostium castris. hic verò ait, extra saltum dispositæ hostium stationes. Præterea quid opus erat hac consulis simulatione, cum ipse hostis fuderat, castrisque exuerat? Deinde quo pñcto hostis ludere poterat, cum ipsi per syluam eundum esset, in quam illi confugerant?

Itaq; quantus nunquam antea exercitus ad Sutriū?) 282. H. Quod quidam pro nunquam, reposuerunt, non vñquam, res est non in magni momenti. Illud mihi magis considerandum videtur, quoniam in loco hæc subsequens pugna, quod etiam apud veteres dubium fuisse ipse author fatetur, facta sit, & amphibolon de industria fecisse credimus Liuum. Exercitus enim iam venisse ad Sutrium videtur, cum Fabij tamē redditus nulquā hic describatur, nisi quis hæc verba ita torqueat, Ad Fabium ultra Ciminiam syluam tantum venisse exercitū, quan-

F 3 tūs antea

tus antea nunquam ad Sutrium venisse memoretur. Nam ad Perusiam paulò post ad finem huius anni degunat.

Papyrius D.Iunium Bubulcum.) 283.E. Pro D. quidam emendarunt C.Iunium, qui ter cōs. fuit. sed poterat & alius esse. Porrò que sequuntur verba, in codice Aldino egregiè corrupta habebantur. Nam pro diem diffudit, diem diffidit in eo legitur, fortassis ex Angeli Politian eximia ista scilicet emendatione cap.41. Miscellaneorum, de qua iure eum increpat Guil. Budæus annotationibus in Pandectas, apud quem Budæum, quid sit diem diffundere copiose explicati reperies. Admonuit nos eius loci eximus vir D. Georgius Amelius Marcomannus compater meus, doct̄r lectionis ac vera eruditio nolumen. In eodem Aldi codice pro his verbis, quod saucia, positū erat, qua id efficiat. At Budæus legit Faustia curia, quod cur id faciat, nescio. Porrò que proxime sequuntur verba varie leguntur, sed ex quib. nullum potui elicere sensum. Si, quid curia vocabulum hoc loco significaret, planum eslet, facilius ea intelligerentur. Deniq; legis curiate aliquoties mentionem facit Liuius: at que ea sit, nusquā explicat. Curiata comitia erant, quando viritum inibantur suffragia per tribum Curias, ut ex Dionysio colligitur, quibus Camillus de exilio reuocatus dicitur lib.5. & lex ibidem Curiata lata est, dictatorque absens dictus.

Nam & cum Vimborum exercitu acie depug. 284.F. Non est dubium quin præcedente verba de Dictatore in Samnio res agente sint dicta, & nunc de Vimbris sine villa digressionis nota loquitur eosq; fusos ait, de quibus postea dicturus est. Tranquillas res iam Hetruscis turbauit repentina defectio Vimborum, gentis integræ clavis bellū. Quare suspicor pro Vimbris populum hicalique Samnitium legendum, etiam si mihi non liquet quis substituendus. Deinde nouam digressionem incipiendam, Etad Vadimonis lacum, &c. quomodo Liuius sepius orditur.

Galeæ cristaue.) 284.H. quidam emendarunt galeate crista, temerè meo quidem iudicio. Videndum etiam quām benè habeant quæ præcedunt verba, Spongia pectori tegumentum, neutrum enim intelligo.

Fabio ob egregiè perdonitam Hetruriam.) 285.B. Perdonitam ait, quæ nondū domita erat, quippe in quam nunc mittitur exercitus consularis. Ceterum Decio hic addendum iterum. Fabio m. Valerio prætor hic additur quartum, quod de prætoribus rarum est.

Profectus ad Luceriam Allifates.) 285.C. Vide num legendum ad Luceriam, quæ Romanorum colonia iam erat. Nam Nuceria longius abest in Picentibus, etiam si tres Nuceria à Ptolemaeo referantur. Sed quam ipse Appulorum facit, eam puto Luceriam dici, eius & Horatius in Odis meminit. Hoc autem de Allifa & Allifatib. mirū. Capitul Allifa anno ab Urbe condita 428. & 445. Hic Allifates subiungunt, cum de eorum defectione vix yllum habeamus verbum.

In agro Pipinieni.) 285.D. Quidam Pipiniensi restituerunt, sed nihil certi adferre possum.

Plagavna (materiam ipsi appellant.) 285.E. Plaga hic haud dubiè militiæ nomen, & fortassis quod σταυλανον vo-

cant Græci, aciem quadratam altera parte longiore. Certè vox hæc à Litio ita ponitur quasi omnibus nostra, cùm ipse nusquam ante, quod sciā ea vñus sit.

Trinis castris intra paucos dies exuti.) 286.E. Ita libro 5. Antea inquit tria loca cum contentione summa patritios explere solitos. Laurētus Valla de lingua Latina meritissimus de hoc nomine dubitare visus est lib.3. elegantiarum, quasi non ex eorum numero que nominib. tantum pluralis numeri addantur. At hic locus de trinis castris satis conuincit esse de eorum classe. Addam exera plura aliud ex Cesare lib.5. de bello Gallico. Ipse cum tribus (inquit) legionib. circum Samarobrinam trinis hyberni hyemare constituit.

E cum Carthag. eodem anno fœdus tertio iustum.) 287.D. Polyb.lib.3. ait primum fœdus cum Carthaginensibus iustum sub primis cōss. quod Liuius omisit. Tertium autem iustum eo tempore, quo Pyrrhus Rex in Italiam traiecerit. Liuius hoc anno, tertio iustum. Antea etiam anno 407. Sed primūne an secundō incertum.

Hos cōss. Piso Q. Fabio, & P. Decio suggesterit.) 287.E. Si quis dubitet, cur ène fuerit Liuius vt annales per cōss. nomina diligenter describeret, habet hic opinor factis italiculentum exemplum. Quare trium annorum Consules omisso lib.2. ab Urbe condita, puto iniuria temporum non Liuij negligētia accidisse.

Tifernam Polthuniū, Bouianum min.) 287.E. Cum ambo cōss. in Samiū misi sint, necesse est Tifernum in Samnio oppidum esse, cùm omnes authores Vimborum esse oppidum diuerso celi tractu fateantur. Fieri tamen potest, vt duorum oppidorum hoc sit nomē. Libro etiam sequente Liuius montem in Samnio Tifernum perhibet. Est & apud Plin. lib. 3. cap. 11. Tiferni amnis mentio, cuius meminit & Ptolemeus apud Garganum. si codices non errant.

Et Bouianum, vbi postero die ceptum oppugnari.) 288.G. Hoc oppidum anno 444. ruris postea anno 455. capitul. ita Liuius ter captum memorat, cum ne semel quidem defecisse vspiam scribat.

Eo anno Sora Arpinum, Cessentia recepta.) 288.G. Quidam Cessentia restituerant, quod nescio quām bene. quidam Cessentia, quod minimè quadrat, est enim Conuentus Brutiorum oppidorum longè à Samnitibus. Vide num Esentia legendum, cuius in Samnitibus meminit cum Ptolemeus, tum Plinius.

Eodem anno C. Flavius Cn. filius.) 289.B. Quidam etiam filium Cn. vocant Gellius lib.6. cap. 9. nō Chei, sed Anni filium ait. Ita Cicero ad Atticum lib. 6. Ceterum quod hic ruris de aureis annulis nobilium Liuius tradit supra contra Plin. esse ostendimus.

Vt equites Idibus Quintilibus transiherentur.) 289.E. Satis concisè hoc tradit, quod Dionys. lib.6. post pugnam ad Regillum lacum copiose narrat. Meminit & Valerius Maximus lib.2. cap.. Trabeatos (inquietus) equites Idibus Iulij Q. Fabius transiheri instituit, Quo in loco etiā tribus III. à Q. Fabio descriptas memorat, cum paulò ante de equestris ordinis spectaculo disseruerit, sed alio apparatu quām Idibus Quintilibus.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM X. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNOTATIONES

 ORA atq; Alba coloniæ deducta.) 290.F. Quidam mutarunt hos casus in accusatum Soram arque Albam, sed in pte, meo quidem iudicio, cum id genus loquendi per nominativum sepius apud authores inueniatur, atq; adeo maxime apud hunc, vt præter alia

innumerā loca præcedente libro anno 442. ita ait: Suetta & Pontia eodem anno coloniæ deductæ.

Thurias urbem in Salentinis cepit.) 290.H. Omnes fatentur Thurium neutro genere, vel Thurij masculino genere oppidū esse magnę Græci, vt videre est apud Strabonem lib.6. etiam si initio sere euīdem libri supra Thurius fa-

rios fateatur regionem esse, quæ Thuriana (sed corruptè id ita legitur, Tauriana enim legendum) vocetur. Fieri autem potest, ut & in Salentinis eius nominis fuerit opidum.

Ostium præalti fluminis, quo circumagi, &c.) 290. I. Hæc verba adhuc exploratorum puto: sed quidam, posint verbum, sustulerunt, ante verbum, viduisse, sine quo sensus non constat. Meduacus autem nomen non temere apud autores repertas. Boccatius Venerorum ait flumen hanc dubiè hoc ex loco, nihil præterea addens. Quod autem Patauios metu accalarum Gallorum semper in armis fuisse Liuus dicit, causa innuitur cur ita bique Gallos eleuet. Sed ab historico abesse oportebat odium. Ex hoc item loco satis appareat quantum luminis sensu adferat vel addita vel detracta aspiratio in ostium & hostium.

In quem colonia Carscoli deducta erat.) 291. B. Postea anno 455. ab Urbe cond. rursus deducta refertur. credo memoria lapsum Liuum, non bis deductam coloniam, quatuor enim duntaxat anni inter sunt, nec vispia interea amissa describitur.

Ceterum ex Maximi cognomine.) 291. C. Colatio est Q. Fabij ad M. Enylium Paulum, non ad M. Valerium Max. Quare hæc Liuui suspicio de nomine Maximi, minimè congruit.

Miloniam, Plastia, Fresiliam intra p. d. cep.) 291. D. Qui dam codices Miloniam habent, ac ferè verustiores. Carterum postea anno 459. Samnitium oppidum dicitur, Plastia ite superiore libro, anno 440. hic (si dijs placet) Marsorum. Neque verò perpetuò audiri oportere puto diuersorum oppidorum fuisse nomina, sed credibilius est in his velerare codices, vel memoria lapsum Liuui: utrumque sanè non multum abest à vero.

Castra in agrum Rusellum promovit.) 291. E. Meminit Rusellæ Ptolem. & Plin. item Rusellæ colonizæ. Eiusdem agrum item hic nostrarum author in hoc adeò lib. anno ab Urbe condita 459. vbi tamen codices ferè legunt Roselianum.

Et si super alios alij nunciāt dictatori.) 291. F. Vide ut hinc sermo statim versus est. Præcedentia enim verba manifestè de Hetruscis dicuntur, hæc autem omnino de Romanis. Neque enim Hetrusci dictatori nunciant omnes legiones Hetruscorū capessiſe pugnam. Sed certè coniunctio et, nouę digressionis est nota, quod superiore quoq; libro admonuimus, nisi quis mendā in hoc loco putet. Illa etiā verba quæ cōtinuō sequuntur, Carterū facis frētus: et si intelliguntur, duram tamē habent compositionem.

M. Valerio, & Q. Apuleio coss.) 292. Ethicrurus Valerium ab illo cognomine profert, ut anno ab Urbe con. 443. fecerat, & bis, hoc adhuc anno, & sequenti, quanquam Maximus hic fuit Dictator, ac illi consulatus duobus sequentibus annis datum videretur. Id vnum apud me dubium, num Coruinus etiam Maximus sit cognominatus, analius quispiam M. Valerius cum Coruino hoc tempore vixerit ex eadem familia. Nam à quadringéfimo ab Urbe cond. anno, nouies in magistratu M. Valerii nomine reperiāt sed Coruinus anno 407. primum fit c. o. s. in sex sequentibus locis aliquis alias semel fuit c. o. s. non Coruinus. At qui ex illis locis sit, non satiſliquet, suspicor tamen anno 443. Alioqui Coruinus hic erat vi. c. o. s. anno sequenti vii. quod nō videtur verisimile. Nemo enim ante C. Marium leptes c. o. s. fuit Rom. e., authore Plutarcho. Plinius sanè lib. 7. cap. 4. 8. à primo Coruini consulatu ad sextum usque ait intercessisse annos 46. quod ego intelligo non connumeratis extremis. At hic annus est 47. Quare sequenti, non hoc anno, puto Coruinum sextū fuisse c. o. s. vbi Torquato subrogatus fuit: & vel hunc locum, vel eum anno ab Urbe condita, 443. ut diximus, dealio intelligi Valerio. Sanè lex de prouocatione, à Coruino magna authoritatis viro lata videri potest. Et fortassis Dictatori prioris anni male additum Maximus. Nā & Liuuius in comparatione illa ex nomine Maximi orta, lapsus videtur, ut paulò ante demonstrauimus. Sanè Liuianus codex in his oppidis negligens est, authorisne culpa, an temporum iniuria, ignoro.

Qui cum eadē ferme de iure patrum ac pl.) 293. B. De iure patrum cōtra legem Liciniām dixerat Appius ad finem lib. 6. Sed de iure plebis pro eadem lege tribunū ple. Quare hoc loco, dixissent, numero pluratiō legendum, quod quidam codices neglexerunt. Et quia libro sexto Liuuius Appij benè longam, omissa tribunorum, posuit orationem, hic eidem vīsum puto operæ precium esse, ut Decij ponere, omissa Appij, non eiūdēm, sed Censoris, ut puto. Intercesserunt enim anni plures LX.

C. Martius, T. Publius.) 294. C. T. Publilius legendum puto, quod ante toties de Q. Publilio Philone admonuimus: erant enim Publili ex plebe, & ex Publilius quām citio factum Publius?

Eodem anno ab Hetruscis aduerfus iudicias.) 295. A. Biennio ante, c. o. s. M. Liuio, & C. Amylio, inducas data erant Hetruscis ad biennium, ab dictatore M. Valerio, quo pacto igitur parabant bellum aduerfus iudicias? Vide etiam in legendum talia, pro alia, in continuo sequentibus verbis: non enim alioqui facile intelleguntur.

Bouianum inde aggressus.) 296. C. Hoc oppidum bis antea captum à Romanis 444. & 449. quod admoneamus ob fidem exemplariorum. De Carscolis iam admoneuimus.

Qua intra decim annos eundem c. o. s. ref.) 296. I. Hic vñdecimus est annus, quo Q. Fabius c. o. s. fuit, nempe anno 446. Licuit igitur eum rursum c. o. s. fieri hac legem non impidente. Sed fortassis Liuuius oblitus sui, secutus est Pisonis ordinem, de quo anno 449. Id multò mihi dubium magis, quandōnam hæc lex fuerit lata, cum anno 446. in hoc ipso Fabio, prioribus quæ adeò annis raro obseruata fuerit, ne posterioribus item temporibus, ut Confulm nomina recensenti facile appetat. Annotū simile quid in Chronologia nostra de posteriore Scipione apud Florum lib. 56. in Epitome, anno ab Urbe condita 620.

Igitur non sefelle ad Tifernū.) 297. A. Admonuimus de hoc, priore etiam libro. Ex hoc sanè loco oppidum sit, anmons, an fluuius, sciri non potest. Ptolemaeus fluuium facit, Liuuius monter postea, atque hæc nō in Umbria, vbi Tifernum oppidum omnes fatentur.

Fabius etiam vrbē Gimeram cepit.) 297. E. Variè hoc in exemplarib; legitur, ceterum certi nihil: vidēda sunt exemplaria veteris hora, & fieri potest ut nomen cum loco interierit.

L. Volumnio & App. Claudio coss.) 298. C. Legendū iterum coss. hoc quod ipse paulò ante innuit, Priore (in quies) item cōsulatu inter se comparati, fuere enim ante vñ coss. anno 447.

Ferentinū inde.) 299. A. De Ferentino libris huius decadis duobus primis admonuimus, sed in Volscis oppido, cuius agrum Romani Hernicis postea dederunt, anno ab Urbe cond. 342.

App. Claudius prætor: omnes absentes.) 302. I. Oportuit Q. Fabium ac P. Decium nō descendisse in campū Martium, alioqui vtique præsentes erant. Appius autem erat in Hetruria. Carterum cūm aliud fuerit tempus creandi, aliud ineundi magistratus, Liuuius in nunc sequentibus frequenter numerum adiicit posteriori tempori, quanquam ea res indiligenter ab eo obseruata est multis in locis.

Fabius quam arborē conservasset.) 303. B. Si hæc veſcribuntur, qui factum est ut anno 446. idem hic Fabius cum eodem hoc P. Decio collega c. o. s. non contendit, atque adeò aḡe tulerit, Hetruria m̄ sc̄ iam in triumpho latam, ad fortem reuocari, vbi fors eius prouincia in Decium cecidit? Mirum verò Liuuius eius prorsus nullam dicere causam. Videndum etiam hoc loco, num conseuisit legendum, pro conservasset.

At oppidum Aharnam.) 304. F. Vel corruptū est hoc nomen, vel deletum oppidum, ut postea nemo eius memorerit, ut sunt pleraque alia.

Relicta secunda legione ad Clusum quod Camars.) 304. G. Clusum vetus intelligit, quod à Roma distans ait

Polybius libro 2. itinere trium dierum. Ioannes Annius Viterbiensis super Catonis nescio quo fragm̄to. Comor solvocatum at hoc Clusum. Verum quod ad hunc attinet locum, secunda legio Clusij relicta refertur: vbi autem exercitum alium Fabius reliquerit, neque hoc loco, nec in sequentibus Liuius explicat, castrorum meminit, sed illa ab secunda legione nescio ut discriminaret. Nec id satis constat, num Scipio legionis dux cum ea interierit, quippe cuius in posterioribus adhuc videtur mentio. Deniq; ante legio secunda cum tertia in Samnum mittitur sub Volumnio cōs. hic verò posteriore anno ad Clusum cēditur. Paulò pōst autem in acierum ordinatio aduersus Gallos ac Samnites ipsa aberat, videlicet cum quarta legione missa in Samnum.

Transgessu Apénino in agrum Sentinatem.) 305. G. Plin. lib. 3. cap. 14. Setinates in Vmbriis ponit. Ptolemæus Centinum oppidum non longè à Spoleto memorat. Idē Annius meminit eorum super eodem fragmento circa vetus Clusum. In Plinio litera n omisla videtur.

Ita ut magna pars integris corp. atto. concide.) 307. A. Hoc loco, magna pars integris corporibus attoniti conciderunt. Paulò pōst de ijsdem loquens, Galli, inquit, testi dñe facta cōferti stabant. Sed Gallorum certe hostis fuit Liuius, ut id multis ex locis colligitur.

Equitum sex & quadraginta mil.) 307. D. Quidam codices nullum milieiarium adiecerat equitibus, quod videbatur non verisimile, equitatus numerum maiorem peditatus numero fuisse: sed meo iudicio neque omitti milieiarium potest, neque equitatus excedere peditatus: ideoque ita legendus est locus: Equitū sex milia & quadringentos, mille carpentorum scripsere fuisse. Multa similia in numeris errata passim reperias.

Et partem aliam in Eserniacum quoque, que.) 308. F. Ita habent vetustiores quidā codices: & Eserniorū meminit Ptolemæus, & item Plinius lib. 3. ca. 12. in Samnitibus. Quidam ita emendarunt: Et parte alia in Eserniacum, queque Vulturno adiacet fluminī, descendere. Ego quid Eserniacum sit ignoro. Tum illud, queque, quid referat, neque obscurum. Planior erat sensus sita legeretur: Et parte alia in Eserniacum quoque, qui Vulturno adiacet fluminī, descendere. Sed lectoris esto iudicium.

Annumque sextum & quadraginta à M. Valerio & A. Cor.) 308. G. Hi fuerunt cōss. anno 412. quibus annis si adieceris 4.6. fient anni ab Urbe condita 458. Hic igitur locus conuincit in superioribus alicubi annum vñ aut alterum omnium iniuria temporum, quod nos in Chronologia nostra latius ostendimus.

Quinam sit ille quem non pīgeat longinquitatis.) 308. H.

Quidā sustulerant ex hoc loco negationē, continuoq; pōst reposuere. Ego quid ibi faciat non planè intelligo.

Attilius cum exercitu exemplo profectus.) 308. I. Perfectus ait primum singulariter: deinde pluraliter subiungit, obiūm habuere hostem. suscipit planè non integrā esse hoc in loco codicum fidem: quāquam quod ad eam rem dicere, habeo, verū mihi non satisfacio. Ibi & vbi, relativa hīc sunt, & Samnitium rem superiorē Romanā aī trifariam, quid Romanos ab ingressu, à vastatione, à regresiōe prohibere facile quieverint. Sed lector locum discutiat, perpendatq; dicēdi genus satis durum, mea quidem opinione.

Interanniam coloniam Romanam.) 311. E. Vbi & quādo hāc colonia dedūcta sit, non meminit Liuius. Ptolemæus Pragitorum oppidum ait prope Marsos. Plin. Interanniam lib. 3. ter meminit capitibus 12. ac 14. ut om̄inō non ynius dūntaxat oppidi nomen.

Cum L. Horatium, M. Valerium cōss.) 311. C. Legendum M. Horatium, L. Valerium cōss. ex libro tertio, anno 306.

Ibi ex libro veterē linteō lecto sacrifici. fācēd.) 312. H. Illud lecto, vide vtrum ad libro, an ad sacerdotē referendum, præterea qualis hāc compōsitiō?

Amiternum oppidum de Samnitibus vī cepit.) 313. A. Ptolemæus Vestinis hoc tribuit oppidum: aī de locis que-

Samnitico bello numerat Liuius, non omnia certa pronuntiā uero. Atinatem enim hic numerat agrū haud dubiē in Samnitium ditione, cum Plinius libro tertio capite vndecimo Atinates Lucanis adscribat, capite verò duo decimo Marsos, & quinto capite inter Latia populos seu meret. Comnos aī idem ex Äquicolis interiisse, hic autem ex nuntio Papyri ad Caruiliū misso, non ita longe ab Aquilonia distare intelligitur. Aquilonia verò Hirpinorum oppidum aī Ptolemao perhibetur. Duroniā non temere inuenies apud authores.

Nec grauitate pugnatū lacifendo qui.) 313. A. Quidā gnauit̄ emendarunt, ceterū quā sequuntur verba, perquām obscura sunt.

Papyrius nuntio misso, exemplū con.) 313. B. Aut οὐτού τε τέρηντος est, aut noua repertio. nam dies nuntij misso, vt cū die concionis conueniat, non planè video: nisi quis hic misso pro dimissō exponat.

Quadrigenaria ferme erant.) 313. E. Quadrigenarijs quidam emendarunt, temerē meo quidem iudicio. Allianus de aciebus instruēdis vocat cohortem pentacosiarchiam, id est, quingentariam, quā sit ex hominibus d. xii, ad quam formam hic quadrigenariam vocalis videtur Liuius. Similis locus fuit libro septimo ab Urbe condita, vbi obiter etiam aliquid attigimus.

Cum cohortibus alarib⁹ in tumulum consp.) 313. E. Alarib⁹ alij recte emendarunt. Nam paulo pōst de eodem Sp. Nautio dicturus est: Sp. Nautius dux alarib⁹ cohortibus erat. Vegetius libro 2. capite primo, equites intelligit, qui ad similitudinem alarum ab utraque parte protégantacies. Ceterū Liuius postea vbi Caruiliū cōs. praefidū cōtra Samnitium viginti cohortes mītit, ita ait: D. Brutum Sciam legatū cum legione prima & viginti cohortibus alaribus, equitatūque, ire aduersus hostium subsidiū iūsit. Hic pētē & legionarij, & alares, & equites distincte nominantur: quare etiam pedites intelligi fortassis possunt, etiam si hoc loco in equis veniant cum Sp. Nautio.

Insequitur acies ornata armataq;) 314. F. Ornata amaciē intelligo linteātam phalangē sexdecim millium hominū, quam legionē ipse paulāntē vocavit. Amaciā autem amaciē paulo plus viginti millium exercitū, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatae legioni disparem. Quā verò hic sequuntur verba, perquām obscura sunt, nisi hostibus pro hostiū legas. Il lud etiam, Emīlo temerē pilo, dubium, quis enim misit? Lepidissimum autē corū tam otiosi atque audacis prodigium. hīc Liuius non modō aequat Herodotū, sed pro pēmodū superat, vt critici dicunt.

Pauxillum mulsi prius quām temetū biberet, sese fa.) 315. D. Poccillum alij malunt. Plin. enim li. 14. ca. 12. de eodem Papyrio loquens ita ait: Votum fecit, si vicisset, Ioui poccillum vini. hāc ille, nihil præterea addens. Hic vix intelligitur hac argutia: et si quid mulsum, quid item teme tum sit, haud obscurum est, sed iudicet lector.

Diversi Papyriū ad Sepinum, Cartuiliū ad Vol.) 316. K. Sepini in Samnitibus meminit Ptolem. Volanam habebant veteres libri. at alij in Veliam mutarunt, temerē meo quidem iudicio. Estenim Velia in Lucanis littorale oppidum, longè à Samnio.

Quónā modo tolerabilis futura Hetruria.) 316. K. Hēc ita Liuius narrat, perinde atque ante Hetruria ac Samnum nunquam simul aduersus Romanos fuerint, cūm ad finem anni quadringēsimi quinquagesimi septimi hi duo populi, ac præterea Galli ac Vmbri, non parua accessio, bellum mouerint Romanis.

Neque obīdīo, neque bellū ex aequo erat.) 317. B. Hēc verba quid sibi velint, & an integra, vix equidem intellego.

Auri triginta tria millia.) 317. D. Legēdū puto, & auri mille triginta tria. sequitur enim pōdo. idque eam potissimum ob causam, quidē ex tempestate rarum esset aurum, & summā nimium excrescent. Nisi quis tantum auri contendat fuisse, quantum in moneta fācerent (vt cū vulgo loquuntur) triginta tria millia pōdo. Semel ita locutum

locutum puto Liuium li. 1. de pecunia ex Pometia vrbis præda à Tarquinio seposita. Triginta tria millia pondo argenti facerent 330000. coronatorum. Cùm totidē aurum pondo ingentem summā, nempe 3696000. coronatorum, ex vnius tum vrbis præda hanc quam sperandā. Scio quosdam aliter legere, sed cuique sua sit coniectura. Atque hæc in primam decadem. Quod si hic annus est ab urbe condita 460. perfectus, & bellum secundum Punicum

quod tertia describitur decade, decimopœctatio demum anno finitum est: denique bellum Macedonicum, quod quarta deinde sequitur decade, coepit anno ab Urbe condita 554. vt eo in loco ostendemus luculentis rationibus certe decados sequentis anni fuerunt 75. Sed hæc ab initio nostrarum annotationum latius prosecuti sumus.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXI. HENRI
CHI GLAREANI ANNOTATIONES.

NISSVS Hannibal in Hispaniam.) 322. K.
Haud abs re multi eximij viri hoc in loco dubitarent, quandonam Liuius crediderit Hannibalem in Hispaniam missum. Si enim cum Hamilcare parente in Hispaniam venit, quod Polybius, Plutarchus, alijque authores assertunt: & ipse Hannibal ter apud hunc fatetur authorem, semel libro huius decados primo, in oratione ad milites apud Padum: iterum libro decimo ad populum Carthaginem: tertio ad Antiochum regem libro quinto decados quartæ quo pacto vera esse poslunt que hic aliquot locis tam ambiguè ait Liuius: alibi vix dum puborem, literis ab Hasdrubale accessum, alibi quinto post patris mortem anno, quippe qui triennio sub Hasdrubale militasse dicatur, ante aquam imperator electus fuerit, cum tum temporis ut minimum 23. annorum iuuenis esset. Carterum cùm secundum Liuij verba nouem annorum pueradmotus altaris fuerit, ac ipse pater Hamilcare nouem deinde annis, Hasdrubal eius gener octo, in Hispaniis administraverint imperium, videndum omnino quo anno Hannibal accessitus videatur, quo anno venisse in Hispaniam, quo denique anno cepisse imperium. Quod si dicamus nouem annorum puerum Hannibalem cum Hamilcare parente venisse in Hispaniam, ac post nonum parentis in Hispania, octauumque Hasdrubalis in eodem imperio annum, ipsum electum imperatorem, cùm haberet iam annum 26. omnia tunc loca de Hannibale benè habebunt, & cessabit in tempesiuum hoc somma, quo Liuius in hac prefatione in hos viros iocatur, cùm nec temporum ratio, nec patris verecundia hoc, vt verisimile videatur, admittat. Fuere enim viri strenui, quantumvis barbari. Præterea nefcio quād longe vehementius viriliusque sonet, si quis omnibus his distinctionibus asperet, Hannibal, Hamilcar, Hasdrubal, Hannus; nec dubito apud priscos eam fuisse pronunciationem in Punica lingua, deinde per Grecos ac Romanos corruptam, vt pleraque alia barbarorum. Cum nemine tamen ea de re certauerit.

Arma atque equi conspiciebantur.) 323. B. Incerta est distinctione, in certus sensus: neque hercule ego satis explicare possum, nisi dicamus: Si quād arma atque equi conspiciebantur, tum equitum peditem quelongè primum fuisse Hannibalem. Sed neque sic satis fit mihi.

Finitimis domitis gentibus iungendoque.) 323. C. Videntur lectori, num hic nomen aliquod substantiuum desideretur: Nam illud iungendoque, quid sit, non inteligo.

Carteiam vrbem opulentam capit eius gentis.) 323. C. Carteia vrbis & nomen & situs variè apud authores habetur. At Olcadum nomen non fermè apud vllū classi cum iuuenias, nisi apud vnum Polybius, vnde hic noster Liuius totam huius libri historiam propè de verbo ad verbum mutuatus est, eandemque sicutus Plutarchus.

Hermádicā & Arbacala Carthorum vrbes.) 323. D. Pro Carthorum quidam Carteiorum restituerunt: at hi Olcadum melius reposuissent, siquidem Carteia Olcadum caput erat, vt paulo ante dixit Liuius. Verum ex Polybiō

clarum enadit Hermádicam & Arbacalam Vaccorūm vrbes fuisse, quare hoc loco pro Carthorum, nō Carteiorum, sed illorum, restituendum erat, vt Vaccas referat. Idem ostenditur apud Plutarchum in Hannibale. Sed ab aliquo scio hoc corruptum temerè, vt alia pleraque.

(Agates insulam Erycemque ante oculos proponit.) 323. E. Mirum hoc nomen tam variè scriptum inueniri, alibi Agades, alibi Agates, Agusam etiam apud Græcos, vt Polybius, quili. i. cam in insulam medium inter Carthaginem ac Lilybæum ponit. In eodem tamen libro paulo post ait non longè a Lilybæo abesse, atque ita etiā posuit Ptolemaeus. L. autē Florus in sua Epitome de pugna Carthaginensium cum Lucretio cos. ait, Carthaginensium rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuisse, vt Agates inter has duas insulas esse significaret.

Sed Tarentum in Italia non abstineramus ex fœdere.) 323. E. Hoc de Tarento apud neminem authorem inuenio: sed Messaha Mamertinorum vrbe non abstineat Carthaginenses, quæ vrbis principium fuit aut causa potius primi belli Punici. Porro bello Tarentino cum Carthaginensibus quartæ fœdus renouatum est, vt idem Florus in Liuij Epitome li. 13. facetur. Mamertini autē auxilio venere, apud eundem lib. 14. & 16. quo facto ab iis fœdus violatum est. Sunt autem Mamertini vrbis Messana iniusti occupatores, quibus Romani non sat is decorē auctiū tulere, vt author est Polybius lib. 1.

Itaq; nequicquam peragrata Hispania in Gallia transiunt. In his, &c.) 323. E. Cūm dicunt in Galliam, statimque subiungit. In his, videri potest syllēpsis & genere & numero esse. Quanquam etiam nomen aliquius populi omnissimum fortassis est, quippe qui post aliquot versus subnequit. Eadem ferme in ceteris Galliæ concilijs dicta auditaque. Sed iudicet lector.

Peditum Afrorum xi. millibus octingentis quinquaginta.) 323. K. In Polybiō ita legitur li. 3. Pedites autem ex Africa xi. millia oītingentos quinquaginta, ex Liguribus trecentos, ex Balearibus quingentos. quare hic distinguidum & post quinquaginta, & post trecentis: deinde post Balearibus addendum, quingentis: tollendaque distinctione post Liguribus, vt totus locus ita legatur: Firmat que eum Africis maximè presidijs: peditum Afrorum vñ decimi millibus, octingentis quinquaginta: Liguribus trecentis, Balearibus quingentis. In elephantorum ac Libyphenicum numero etiam discrimen est: sed fieri potest vt Liuius non vbiisque sit secutus Polybiū.

Atque inde profectus præter omisam vrbem.) 323. A. Quidam restituerunt, Etouissam vrbem. In Ptolemaiō dice Etobessa. Edetanorum vrbis hoc citinere legitur.

C. Luctatius, Aul. Seruilius.) 323. E. Libro decimo huius decados, vbi hi ex captiuitate liberantur a cōs. Cn. Seruilio huius Auli filio, legitur Cneius etiā, vt patris ac filii idem fuerit prænomen, sed placet magis Aulus hoc loco.

Necdum per patentia loca ducebatur agmen, cum apariuit hostis vbi.) 323. F. Ego, nec dū, duas esse dictiones existimo: & tollendum illud cum, ante apparuit, vt sic sensus: Hostem, quamdiu in patentia loco agmen Roma-

num ducebatur non vñsum: sed vbi rursus sylue intratæ, tum Gallos ruris adortos Romanos, quod & sequentia deinde verbæ satiſ indicant. Notanda autem significatio verbi intratæ. Porro quod devico Cannero ait, propinquum eum Padoflumitu, benè congruit etiam Muting. Nam libro dæcimo dicturus est Canneti hos legatos captos, cum alij Mutinæ captos credant, in qua opinione est etiam Polybius.

Iaque inges co-vis na. est lnt. quæ tem. ad vicinalem vñsum.)332. I. Vicinalis vñsum quid sit, obscurè intelligitur. Perotus Polybium vertes, hoc loco quotidianum vñsum traduxit. Vellem videre Græca, quæ ad manum nobis de fuere.

Ad id datuſ duces Galli edicunt inde millia v. & xx.)332. K. Apud Polybium ducenta stadia leguntur, quod idem est. Siquidem stadium ynum i25. palius cotinet, auctore Plinio libro secundo. Caterum quæ cōtinuò sequuntur verba, & male distincta sunt, & obscurū habent sensum: quæ quia plana facere diffisi sumus, sat erit lectori rem admonuisse, si fortassis correctiorem codicem natus, ipſe medicam manum adferre queat. Multa enim eiusmodi sunt, praesertim in hac decade, quæ mūtla, ac tempori iniuria corrupta dicere nō dubito: quale etiam illud statim de Hispanis: Ipſi ceteris superpositis incubantes. Quidam suppositis malunt, quidam in nominandi casu superpositi. Sed lectoris iudicio hac relinquo.

Vt quenq; timentem altitudinē deliteruerit vadum.)333. C. Quidam vado emendauerunt, sed nihilominus obſcuo manente ſensu. At ea omnia profequi neque possum, neque videret opere preceſum.

Pluribus retinaculis validis parte superiori ripæ relig.)333. C. Polybius longè plureis ratis ponit, duas à terra in amine, duas à parte ripæ retinaculis religatis ad arbores parti ripæ superiori eminentes: denique duas solituſ facileis ab alijs, ac longè maiores. Difficultas intellectus, quare & quomodo, quæ à teira erant ligabantur: quæ in amine proſutis, non ligabantur, cum hanc dubie maiore fluminis vi deferriri poterant. Sed talia multa à nobis indiscuta. Studioſis lectoribus consideranda relinqui mus.

Qui se duces irinerū, ſocios periculi fore affirmantes.)334. F. Cum hi duces itinerum eſſent, & Hannibal falſum Caſilini monſtratore cruciſigere nō dubitarit, mirum quo pačto toties poſtea in Alpibus errans, nō orīneis cruciſerit. Sed talia fortassis diſſimulanda ſunt: nam in Po lybio ea inuenit Liuius.

Sed ad leuam in Tricasti, flexit, inde per ex.oram Vo coniorū agri retendit in Tricorios.)334. K. Tricorij oppidi meniuit Plinius lib.3. cap.4. Caterum cum in Alo brogiibus iam eſſet Hannibal Alpes tranſturus, quomodo ad latam in Tricalticos potuit ſleſſere iter? quomodo deinde in Tricorios, atque adeo ad Druentia flumen? Polybius certè ea nō habet, vnde vnde accepit Liuius. Ego ad dextram malim legere, ſive locorum ignoratia, ſive caſu lapsus Liuius, ſive denique temporum iniuria id erroris in authoris codicem manauerit.

Vtraque ſimil obiecta oculis animisque.)335. F. Coniunctionem, que, omiſerunt quidam codices recentes, ſed abſque ea nullus erit ſensus.

Occurſantes per obliqua montani, erupto medio agmine.)336. H. Quid sit erupto medio agmine haud ſanè in telligo. Vide nū interrupto medio agmine ſit legēdum.

Recenti terra lapsu in pedum mille admodum.)337. C. Polybius cum hanc rupem deſcriberet, non dealtitudine, ſed de angustiore via facta meminit. Liuius verò cum ab initio dixifet, Ventum deinde ad mul tò angustiorē rupem, paulò pōſt ſubiungit: Naturalis locus iam ante præcepſ, recenti terra lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat, nulla amplius angustia mentione facta. Polybius præterea ducentorum pedum meminīt, ybi Liuius mille ponit. Sed haec eius eſtant qui commentarium ſcriberet longius profequi. Attigit & Valla locum.

Digressus deinde ipſe ad locum viſendū.)337. G. Sen-

fus ſequenti vñſum perquām obſcurus eſt. Polybijs verba Perotto interprete (nam Græci codicis copia defuit nobis) clariora viſa ſunt, ea ita habent: Dux Carthaginē ſum principio per loca inuita, nec ante eum diē trita, circumducere agmen conatus, quoniam iter id niues inſuperabile faciebant, à proposito defitit.

Ipſis admiculis prolapsi, ſi iterum corruiſent.)337. D. Hæc verba viſentur neſcio quid defiderare. Quid enim ſensu hic eſt, prolapsi ſi iterum corruiſent?

Secabantur interdum.)337. E. Ita quidem restituerūt hunc locum, cum prius necabantur legeretur. Sed totus hic locus verbiſ ſequentiibus perquām obſcurus eſt, ideoque & hic Polybijs verba ex interpretatione Perotti ponunt, ſi studiosus lector forrassis his adiutus, melius Liuij ſensum percipere queat. Iumenta verò (inquit) interdum quidem prolapsa glaciem ſecabant, fed preſſa oneris magnitudine, pedibusque corrum inſidratā glacie perſtrictis, moueri inde poſtea nō poterant. Hæc ille Tu etiam atque etiam vide quid ſensu ex his Liuij verbiſ colligere queas. Et prolapsa iactantis grauius in contine dō vngulis, penitus perfringebant, nam ego ea plene nō intelligo.

Quatriuum ſuper rupe conſumptum.)337. E. Alij emendarunt, circa rupem, nō multum ad rem meo iudicatu. Nam diertum numerum, quem poſtea poneat Liuij, iuare conati ſunt. Si enim nono die in iuga Alpū pertinentium eſt, bidūtum quæ ibi ſtatua habita: deinde tertio die ad rupem multo anguſtiorē venit, quatriuum quæ cīrcā eam abſumptum: denique poſtremo quiete data triduo, atque ita in planū deſcenſum, numerus excreſcer in decem & noctem dies, cum Liuius decimoquinto die ſuperatas dicat alpes. Sed in biduo intelligo etiā nōnam diem, ita vt vndecimo die ad muleo anguſtiorē rupeim veniſſe dicantur. Quatriuum autem ſequēs ita partitus eſt Polybius, vt ynum diē labore datum pro de ducēdū equis iumentisque dicat: reliquum triduum elephantis deducendis. Igitur hoc ſequenti triduo iuenerat equi que in plano paſta: quanquā Liuius dicit tridū datum etiam hominibus muniendo ſeffis, atque deinde in planū deſcenſum. Sed cum in hac numeri ſumma ſecutus ſit Polybius, etiam in paſtibus ſequi dōportuit, meo quidem iudicio, ſed iudicent doctores.

In Taurinis quæ Galis proxima gens erat in Ieſiā digreſſo.)338. G. Quidam diſtinxerunt poſt, in Taurinis, quāſi Hannibal in Taurinis eum utimur amiserit, quē verius toto a Rhodano itineri amiferit. Ego quid dicam, vix ēquidem communiſci poſtunt: Fortalſis autē in Taurinos legendum.

Cœlius per Centronis iugum dicit tranſiſſe.)338. G. Ita habent veruſtiores codices, non Cremonis. Et Centronū cum alijs, tunc C. Cœſar meruit. Cremonis iugum, quod quidam ſubſtituerunt, quid ſit, haud equeſdem inueniunt. Libuis autē & Ptolemy & Plinius Vercellias attribuunt. Hic noſter author libro quinto ab Urbe condita ait, olim eos poſſediſſe loca vbi Verona & Brixia, quæ Cenomani Elitonio duce poſtea ceperint, quanquam eum locum a lijaliter legant, vt ibidem commoniſtrauimus. Illud autem, ſemigermanis, vehementer me torquet, nec tamchū mutare auſim.

Cū Pifas nauibus veniſſe exer. à Mani. Att. que.)338. H. P. Cornelius ante dicitur à Liuiu veniſſe Placentia: Galia, quanquam alij in eo loco restituerunt Genuam: mi rum cur hinc non etiam Pifas emendarent. Nisi dicamus Consulē noluit ſe Tyrone obijcere Gallis dubijs ſocijs, atque ita à Genua Pifas nauib. iuifſe, vt à prætoribus (nā ita intelligo Attiliū Maniliūque) exercitum acciperet.

Peditum agmen, quod in modum fugientium.)339. C. Peditum agmen, conſtruendum cum aſequi verbo, quod non ita multo pōſt ſequitur, alioqui ſi ad huīus ſen ſus periodum connectes cum verbo, obiuus ſui, videri poterat legendum agnini, non agmen, ſed id perquām exiguum.

Quinque mille paſſuū à vico tumulis confedit.)340. D. Vicū nō nominat, & tumulis confidere quomodo in piano,

plano, vt hīc omnia erant, intelligatur, non hercle capio. Sūspicor proprium nomen oblitteratum, ac pro eo suppositum tumulis.

Tota rate in secundam aqitam labente.) 342. I. Locus per quām obscurus, confusione ratis & pontis.

Extemplo & circa prætorem à ciuitate misi.) 343. D. Ad ciuitates recte quidam emendarunt. Sed, circa prætorem, credo Græcam esse locutionē. Et illud, ante omnia Lilybæum teneri, obscurè dictum, nisi iusfit, vel quid simile intelligas. Deinde illud, perque omnem oram qui erant, insuetum dicendi genus: qui enim, videtur referre eos qui in speculis erant. Deniq; quod statim sequitur, simul itaque: vide vt suspensum est ad longe sequentia, extemplo datum signum, &c. Postrem quod ait, sublati armamētis, relatiū videtur illi, quod postea dicturus est demendis armamentis.

Vt socijs naualibus assatim instru. cla. ita in opem militē ha.) 344. H. Mirum si socij nauales nō erant milites, nisi milites solos Carthaginenses ciues, non socios intellexerit: aut socios fortasse, qui ducentis nauibus idonei, ceterū ad pugnandum inutiles, id quod quibusdam magnis verisimile. At li. 6. huius decadēs Sex. Digitius socius naualis dicitur, haud dubiè non inutilis ad pugnam, quippe qui muralem coronam petet.

Mille & DCCC. fūtere in nauib. capti.) 344. H. Quidam DCC. legunt. At res non est in agni momenti, qualia sēpē alia quoque, quæ lubentes negliguntur.

Ipsē compotis Sicilia rebus, x. nauium classe. or. Ita. leg.) 345. A. Pro decem nauium classe, alibi decem nauibus legitur. Ceterū cūm dicit oram Italā legens, non satis clarè percipit, vtro mari, superōne in infera viam fecerit: at quia Ariminū venit, videtur supero iussi, quid & exercitum miserat, vtait Liuius, cūm contrā Polybius Sempronij exercitū quadraginta diebus à Lilybæo Tream pedestri itinere venisse dicat, non nauibus.

Duo millia ped. & mil. equi. Num. pleroque mixtos) 345. B. Polybius ait Hānibalem missile Numidas Gallo-que inter se mixtos: quare hīc distinguendum ante verbum, mixtos, quod in omnibus prop̄ neglectū vidi codicibus, & ante aliquor versūs verbu declarabatur, muta runt in declarabat.

Varia inde pugna sequentes, &c.) 345. D. Hac lōgē clitoria apud Polybium leguntur. Et illud, Maiortamen hostium Romanis fama victorię fuit: ambiguè dictum videri poterat, nisi quæ continuo sequuntur verba, amphiboloni tollerent.

Et quicquid auræ fluminis appropinquabat, affla. ac fr. vis.) 346. I. Videtur & hoc obscurè dictum, quanquam sensus vtcunque percipitur.

Baleares locat ante signa leuem armaturam.) 346. I. In Polybio legitur cū coniunctione, ac leuem armaturam, vt non intelligamus Baleares leuem dici armaturam, sed alios. Tum hæc quæ sequuntur verba: Deinde grauiorem armis peditem, codem authore ad circūfundit verbum, referenda putamus, quorum viginti millia inter Hispanos atque Afros mixtis Callis fuisse scribit. Nec sequētia obstante, quippe & equites & elephanti in cornib. diuini fūtere eodem authore, si modò Perrottus græca recte extulit. Hęc ideo admitione digna duximus, quod non est verisimile tam negligenter Liuium hæc traduxisse.

Duodecimtū millia Romanorum erant.) 346. K. Polybius ait sexdecim millia peditum Romanorum, ex socijs vero Latini nominis ad viginti millia: id quod verisimilius est, quādo legiones quaternū millium erant, vt ipse Liuius superius scriptum reliquit, non ita longe ab

huius libri initio. Addit autem Polybius perfectum numerum copiarum, vbi de summa rerum agēbatur, conue niebantque simul duo coss. ex tot millibus constitisse.

Simil latebras corum improuida præterlata acies est.) 347. A. Latebras legendum, vt recte quidam restituere. Nota autem illud simul, pro statim, vt accipi, huic autho ri oppido quām familiare, vt Horatio, quod in superioribus quoque alicubi admontimus. Ceterū hīc præterlatata aciem ait, quam versū sequenti immotam aliquā diu manifesse dicit: quāquam cauillum hoc est, in hoc ap postum, vt videat lector, quid sit cum iudicio authores legere.

Creati cōs. Cn. Serilius & C. Flaminius.) 347. E. Addendum, iterum, ad C. Flaminius, vt ipsēmet Liuius author est, non ita longe à fine huius voluminis: Flaminio (inquit) fauorē apud plebem, alterumque inde consulatum peperit. Fuit autem cōs. ante hunc anno septimo. Ceterū quæ hoc loco paulo pōst sequuntur verba, de Celitberis ac Lusitanis impeditioribus quām Numidae essent, haudquam à me intelliguntur. Sūspicor autem ea corrupta esse.

Itaque sub lucem cum equitatū cōs. aderat.) 347. E.

De P. Scipione hoc intelligo. Nam Sempronius Romanus ad habenda comitia profectus erat. Quanquam hoc mirum, cum ad Emporium hoc prop̄ Placentiam occurserit Hannibali, egregie que locum defendisset, cur non ad Vicumias quoque adfuerit: at quia multitudo temere ibi egerit, vt verisimile est, an historia non omnibus vera credita, quippe non ab omnibus scripta, etiam à Polybius omisla, vt quæ luctuulentum damnum Romanis rebus attulerit? Et sequentia quoque vsque ad res Hispaniæ, ab alijs non sunt tradita.

Emporii appulisset classe.) 349. B. Alij classem in accu sandi casu emendarunt. Ceterū Liuius Emporias feminino genere vsuprat, vt libro octavo huius decadēs in oratione Fabij aduersus Scipionem, & libro quarto sequentis decadēs vrbem eam describit, postquam Cato in Hispanias venit, quare paulo pōst hīc legendum, Emporias cum classe redit, non Emporia, etiam Græci μαρτυρούσι dicant, nominatum Strabo in tertio.

Hostis eis Taracōniem, Iberum rursus redit.) 349. E. Ita veteres habent codices, quæ lectio placet, si recte intelligatur, quid hostis Hasdrubal qui cis Taracōne vna cum Ilergetibus, qui & ipsi cis Iberum sunt, socios Romanorum vexabat, adiutu Scipionis perterritus rursus ad Iberum redit. Nam Taracōnem veritus eum cessisse, vbi praefidum erat Romanorum, vix intelligitur: quanquam hoc quidam ita emendarunt, temere meo quidem iudicio.

Et Cærē fortes extenuatas.) 350. C. Ita habent vetustiores codices. Quidam extenuatas restituerunt, sed errant.

Sin decem annos R.P. eo. ste. lo. Hac proc. vota quæ.) 350. H.

Quidam R.P. legerunt Romanum populum, cū Res pub. significetur. Ego priorem dictiōnem Res, integrē scriberem. Quidam etiam pro loco, legunt statu, deniq; procurat avora, adiectiūm ac substantiūm cum relati uo quæ, nō cum coniunctione que: sed mihi displicet, tamē res est non magni admodum momenti.

Ob hoc ratus auscipijs emendis.) 350. K. Sabellicus emendandis legendū putavit, sed ex codice Moguntino emendandis recte restitutum est. Nam loquitur hic author ex opinione Flaminij. Præcedente autem versū diligentiū pōst legis, vt sua for legis intelligatur. Q. Claudius, non C. Flaminius.

IN T. LIVII LIBRVM XXII. HENRI CHI GLAREANI ANNOTATIONES.

MAM ver appetebat, cū Hannibal ex hyb.) 351. D. Priore libro ita habet Litius: sicutin dum eam pugnare Hannibal in Ligures, Sempronius Lucam concescit. Nec inter ea quicquam de eius in Galliam ex Liguribus reditu. Polybius omisit Hannibalis in Ligures discessum. Cūm igitur Hannibalis hyberna apud omnes in Gallia fuerint, mihi hoc quoque suspe^ctum totū Hannibalis iter visum est, vt pleraque quā in hac historia extra Polybiū admiscet Litius.

Consensū indicantium seruatus erat.) 351. E. Pro consensu, alijs consensum restituerunt, quod placet. Perottus cūm hac verteret, crimen indicantium extulit.

Quod enim illi iustum imperium, quod auspiciū est set ma.) 351. E. Querela est senatus, ea tamē verba me mālē torquent. Priore enim libro Flaminius priuatus clam in prouinciam abijisse dicitur, quōd rebatur Latinarum feriarum mora, & consularibus alijs impedimentis patres retenturos se in vrbe. Hic autē contrā, Latinis feriis adītis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis ritē in Capito lio nuncupatis, iustum imperium auspiciūm quē secum ferre dicitur. Quod de ea causa admonemus, vt cō atten tius lector id legat.

Et Caput speciem cœli ardantis fuisse.) 352. G. Hoc loco Sabellicus ait: Caput pro Capuae audacter reposui, q. & ego puto audacter factum. Caput enim legendū est, non caput: nisi alia verba aliter legerit.

Iunoni Mineruāque ex argento daretur.) 352. H. Tria magna Romæ numina, Jupiter, Iuno atque Minerua. Cæ terūm cūm primum Ioui domum fulmen aureum pondō L. fieret, quid Iunoni Mineruāque datum sit ex argento, non explicatur. Nisi quis argenteum fulmen dicere velit.

Hæc ybi facta, Decemviri Ardeū in foro.) 352. I. Mirum verò quid ita Ardeū sacrificatum, cū nullum prodigium illic visum in prioribus narretur. Ieiunum etiā est quod sequitur: sed his omnibus verè mederi nequimus.

Calli neque iūstinere s̄e prolapsi, neque assurgere.) 352. K.

Nullus propemodum liber est, in quo nō malē loquuntur Gallis Litius, ipse in Gallia Cisalpina natus. Sed scilicet Patauini ab Antenore nati ad Galliam non ī attinent: nam id aliquot locis innuere videtur. Rideo ineptiā tantū viri. Hoc etiā loco credemus (si dijs placet) Gallos neq; iūstinere s̄e prolapsi, neq; assurgere ex voraginibus portuissile, qui prius toties hoc iter totis exercitibus peragravit, atque adeō ipsam vrbe viētis Romanis ceperint direrintque. Sed Hercule affectus ab historica fide longè abesse debellant.

A tergo ac super caput detecta insidiae.) 354. F. Ego detecta pro recte positum puto, videlicet compositione pro simplici. Non dum enim Romani dolum ferant, de quibus postea dicet: eo magis Romanis subita atque improuta res fuit.

Romanus clamore prius vnde que orto.) 354. F. Sermo est impeditus, ac nescio quid desiderans post verbum, certe neret. Nam illud, sed circumuentum esse, ad sensū referē dum est.

Donec In' ubere eques (Ducario no. erat) fa. no.) 354. I.

Quidam pro eques equū supposuerunt, & faciemque, cum coniunctione post parenthesim. Sed simplicior lectio est eques, & faciem absque coniunctione, vt habent veteriores codices.

Spoliare cupientem triarij obiectis clypeis arcuere.) 354. K.

Scutis alibi legitur. Sanè scutum triariorum erat, vt etiam libro octauo ab Vrbe cond. Litius indicat, ybi etiā differentia inter clypeum ac scutum, & clarus deinde libro nono.

Profectus per Brutianum Hadrianum quē agrum.) 356. K.

Ita in Polybij codice legitur. Moguntinus codex Præ tutianum habet, idque cum Plinio consentire videtur libro tertio, capite decimo tertio, & decimo quarto. De hoc itinere habes rursus libro septimo huius Decados.

Quāque prophana erunt Ioui fieri.) 357. B. Verba sunt solennia, vetusta, quadam etiam obsoleta, vt nō sit opus ibi anxium esse, intelliguntur tamen. Ceterūm quōd quidam vere sacros etiam hominum fœtus intelligunt, ex hīce Liuij verbis certe colligere nequeunt, qui ex suis oīlio, ouillo, caprino gregē ait. Libro autem tertio, mūilio illo quartæ decados, hic prætor C. Cornelius Mammula dicitor, non Aemilius.

Aeris CXXXIII. millib. triente.) 357. C. Quia in hoc anno omnia ternario numero nuncupata sunt, vt ex Plutarcho etiam in Fabio patet, c c. legendū, non c. Nec vacat illud triente, propter eandem causam. Tractat & Budæus hunc locū libro tertio de Aſe perquām eleganter, vt solet alia.

Tum ades votū, Veneri Erycinē edem Q. Fab.) 357. D.

Hic locus in omnibus qua mihi videbatur contigit exemplaribus corruptus fuit, sed emendatu facilis est. Nam post vota distingendum, quasi, de quibus etiam supra memorauit, duabus generaliter dixerit: deinde devraq; inferendum hoc modo. Veneri Erycinē edem Q. Fabius dictator votuit. Menti adē Octacilius prætor votuit. Quare autem Veneri dictator, ratio posita est ex libris fatalibus. Obiter etiam notandum, Octacilium legendū pro Attilio, vt ex libro sequenti patebit.

Prius ab alijs iniūctūm animūm preſtans.) 360. F. Vt ingenuè dicam, quid hoc ab alijs referat, haude quidem intelligo.

Quinque & viginti ex triginta cepere nauis.) 362. K.

Paulū superius, quadraginta nauis ait Hemilconia ab Hasdrubale traditas itaque videndum num hīc quadraginta pro triginta legendū, quanquam ne Litius quidem sibi in hoc nauium numero cōstat. Libro enim precedente ait, Hannibalem, cum ex Hispania profectiōne in Italiā pararet, si trī triginta duas quinqueremes apte instructas, ac tūrem quinque reliquise. Quōd si hīc ad iecit decem, totus numerus erit nauium quadraginta septem, sed negetum non est tanti, vt diutius nos moretur.

Itaque ad onustam classem profecti.) 362. K. Ita fermē habent codices. Alij autem emendarunt, Honoscam clas se profecti, vt sit proprium Honosca. Verūm Litius non ita multo pōst, Romana castra ait ad nouam classem suis, cum Punica in agro Illecaonensium essent: quod non mutarunt, qui superiore locum emendare contendunt. Ego sānē loca illa apud Geographos non reperio, fortassis autem vetustate abolita, aut indiligenter à scriptoribus tradita, vt sunt eiūs regionis pleraque apud hūc presertim authorem, vt in sequentibus clarius demonstrabitur.

Mandonius vir nobilis, &c.) 363. B. Et hic locus in omnibus exemplaribus, quē nobis contigere, corruptus habebatur. Sequiture enim verbū, venēre. Nisi quis Latinē dici paret, Mandonius concitis popularibus venēre. Et, Plato vocatis discipulis in scholam adūtarunt. Et quod ab initio libri quarti huius Decados Litius postea habet, L. Attilio præfecto præsidij, quiq; cum eo milites Romanī erant, clām in portum deductis, atque impostis in nauis, vt Rhēgium deueherentur, ybi coniunguntur, Attilio deductis: quia milites, in medio affūptum est. Item lib. 7. huius Decados: Exinde Mutina, & si quorum aliorum merita erga populum Romanum erāt in Senarum introducētis, honores omnibus ad exoluendā fidem Cōfusilis habiti. Sed iudicio lectoris hoc item committimus.

Nihil

Nihil alius quām vnu vile atque infame corp.) 363. E.
Fortassis legendum, nihil aliud quām onus vile, atq; infame corpus esse ratus. Nam haud scio an Latinī dicant ynum vile, quo modo hic ponitur. Quod si locus benē habet, notandum sanē id locutionis genus vt rarum, atque infrequens.

Iamque artibus Fabij pars exercitus aberat.) 365. B.

Fabius Romæ erat: negotium hīc inter Minutum ac Hannibalem agitur. Itaque hæc verba consideranda lectori, quomodo Hannibal cunctando bellum gerebat, &c. nam ego planè hīc hæsto.

Et consule creato M. Attilio Regulo.) 366. F. Hunc po stea, vt male habent quidam codices, vocat M. Attilium Fabianum, qui Flaminio suffectus etiam à Polybio dicitur: sed & Polybius Regulum cognominat, vt hocloco Liuus.

Quem semper occursum ad obſi. satis sciebat, & contritum.) 367. A. Illud & cōtra iturum, recte mutatum est in contrahere, absque coniunctione: tametsi vetustiores quidam codices reclament.

Non celerius quām timui reprehēdit for. temeri.) 367. D. Hunc autem locum idem cum interrogatione legendum præcepunt, quod mihi neutriquam verisimile videtur, nec quenquam puto illis asserendum. Idem in Minuten verbis ad milites paulo pōst, vbi Hesiodi dictum allegat, Quid in re sit, legunt, cūm omnes vetusti codices habeant, quid in rem sit.

Vt à populo crearetur qui prodictator esset.) 368. K. Quidam diuīsum, pro, & dictatore, legunt: vt paulo pōst composite, vt dictator pro prodictatore diceretur, bis repetita prepositione pro, per appositionem & compositionem, vt loquuntur Grammatici. Ideoque superius in hoc libro vbi Fabius creatur prodictator, legendum. Nec dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem factum erat. Prodictatore populus creavit Q. Fabium Maximum. Hec idē admōnēda duxi, quod in quibusdam codicibus hęc corrupta vidi mus. Quę verō sequuntur verba, Adeoque in opia est coactus Hannibal, non videntur huc pertinere, neque ea sunt in omnibus libris.

coss. M. Attilius Fabianus, Cn. Seruilius Musitan⁹.) 368. K. Ita plerique habent codices, sed legendum est, M. Attilius Regulus, & Cn. Seruilius Geminus. His sequentis anni Procos. fūtere, vt author est Polybius. Ab initio autem huius anni cum C. Flaminio Cn. Seruilius cōs. factus est. Flaminio autem subrogatus M. Attilius. Quidā hoc loco & nouos coss. & nouum annum collegere, Attiliū Fabianū, & Seruiliū Musitanū vocantes, vtrumque in usitato cognomine.

C. Terentio Varroni quem sui generis hominē.) 370. G. Ita plerique habent codices in dandi casu, vt sit sensus, patres obstant C. Terentio. Sed melius omitit relatiuum quem, & in accusandi casu legitur, vt à nominatio patres, notus incipiat sensus. Præterea concussum legendum non concussum. Neque enim Varro concussum erat, sed Fabius. Meminit & Valla huius loci.

L. Ämylius Paulus, qui cum M. Lælio cōs. fue.) 370. K.

Cum M. Liuio legendum, ex Cassiodori catalogo. Præterea ex poenæ similitudine, de qua & hīc & anno 12. huius belli. Salinatorem esse puto, qui fuit cōs. cum L. Ämylio Paulo, proximo ante hoc bellum anno.

Septem & octoginta mil. armatorū & cōs. in castris.) 371. A. Pro cōs. integrē scribendum erat ducentos, ne ducenta millia stupidus aliquis supra septem & octoginta millia intelligat. Porrò legiones hic millibus peditum, & centenis equitibus antea, quod in ingenti necessitate fieri solebat: vt eleganter hoc apud Polybiū quoq; ynde hoc descripti Liuīus, legitur.

Et oratione auream pondo CCCXX. afferre sese.) 371. C. In Valerij Maximi codice libro quarto ad finem, aurum pondo ducenta & quadraginta leguntur. quod idē admōnēda duxi, ne temerē vel hic authore ex illo, vel ille ex hoc corrigatur, donec certiora argumenta appareat, quā

qua ex codicū fide vt plurimū vana colligi queunt.

Nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat.) 372. F. Hic plane videamus iusfirandum maius quiddam fuisse sacramento militari. Ceterū præter etymoni vtriusque dictiōnis, nihil nos differat possumus: quippe libro decimo ab urbe cōdita, vbi de linteata Samnitium legione etiam iusfiradū vocat, tametsi per sacra fieret. Ideoque lectori hoc quoque iudicandum relinquimus.

A veritate laborare nimis ius sep̄ aiunt, ex nun.) 373. A.

Quidam ita sententiam extulerunt: ius laborat, non extinguitur. Quidam autem ita, Ius aiunt, id est, fas labo rare à veritate. At non est ius vñquam extingui. Neutri autem satis explicant, quod ista aduerbia nimis & sep̄ referenda, quod simul explicatum oportuit. Ego sanē obscuram fateor sententiam. D. Erasmus in adagio, Tēpus omnia reuelat, laborari legit. Valla à veritate, prioribus connectit, nō posterioribus, & paulo pōst, Necego vt nihil agatur, legit, nec eo.

Hispālini reis prætextis purpura.) 376. F. Post purpura distinguendum, vt clarum est ex Polybiō, quod nō sine causa admōnēmus, quippe nullus alioqui sensus erit, & in omnibus codicibus hoc neglectum vidi mus. Notā autem versū sequenti, an non vulgata consuetudine vta tur verbo videlicet, contra quām Valla præcepit. Dicūm aut secundū Polybius, Hannōnem facit pro Mahārbale.

Hasdrubal qui ea partē præterat.) 376. K. Hīc de sinistro cornu Rōmano, & de dextro Pēnorū loquitur: ergo pro Hasdrubal legendum Mahārbal, quod diligens lector cū iudicio hæc legens facilē iudicabit. Quod si omnino quis contendat occultam digressionem ad finistri Pēnorū cornu pugnam describendam à Liuio factam, quod Po lybius de Hasdrubale diuerba quedam narrat à Liuio, erit haud dubiū legendum, qua partē pro qui ea parte. At pri or opinio magis mili probatur.

Quadrangula millia peditum, duo millia septē. equi.) 377. C. Polybius ad septuaginta millia cesa tradit. Diony sius etiam Halicarnassus, ex octoginta millibus tria eua sisse scribit lib. 2. Ceterū si versū sequente quis tollat ciuium, ac coniunctionem que, ratio numeri ferē cum Polybiō conueniet. Alioqui verborum Liuīi sensus est, tantum ciuium prope, quantum sociorum de quadrangula millibus cecidisse. Porrò in captiuorum postea oratione, ac item T. Manlii quinquaginta millia nominantur. Ex his lector iudicet quōdnam verisimillimum, nam ego planè hæsto.

Et C. Minutius Numatius.) 377. C. Priore anno Dictator creatus erat ad habenda Comitia P. Veturius Philo, eius magistere equitum M. Pomponius Mato: cum Fabio autem M. Minutius Rufus, square hoc nomen mihi suspetum.

Hæc vbi dicta dedit, stringit gladium.) 378. F. Carmen sequitur heroicum, vt appareat verum esse historicos medios esse in ter Poëtas & oratores, quando etiam ab heroicō versu cœpit Liuīus, vt author est Quintilianus: quanquā ego credo fortuito hoc potius factū, quām ex proposito. Quod autē sequitur, in maiora castra ad sexcentos euaserunt: quidam libri tria millia præterea habebant, cū tamē in oratione T. Manlii de captiis redimendis, sexcentorum dūntaxat sit mītio. Porrò quod ruris sequitur. Atque inde protinus alio magno agmine adiuncto, Canūsum incolunes perueniunt: puto eum loqui de quatuor millibus peditum, ac ducentis equitibus ex maioribus castris, vt non ita longē pōst dicturus est Liuīus.

Et omnium primū brachio fluminis obiecto eos excludit.) 378. I. Ego obiectus malim legere: Nam flumen qui obiecto potuit Hannibal? Quinetiam in oratione captiuorum postea, ab aqua coērciti dicuntur.

In capita Romanā tricennis nūmis quadri.) 378. I. Tricennis plerique habent codices, luculentō scribarum errore, pro trecentis. Qui enim fieri potuit vt caput ciuis Romanī triplo minoris censeretur, quām caput serui? Tricenni autem à triginta est, trecenti à trecentis. Huius nominis prima syllaba correpta est, illius verò producta. Similis

G error

error apud Horatius est libro secundo Carmen, Ode decimaquarta: Non si trecentis quotquot erunt dies, Amicē, places illachrymabilē Plutona tauris. Vbi omnes codices tricentis perperam legunt. Et quod hic trecentis distributiū ait, postea huius in oratione pro captiuis, trecentis dicturus est. Quod item hoc loco nummum quadratum, illic sim pliciternum vocat, fortasse com miserationis gratia. Nam quadrigati, bigatique denarij erāt, quaternis nummis valentes, ut clarum est ex Plinio libro trecesimo tertio, capite tertio. Ipse Liuius paulò post summam variat, vbi Hannibalem captiuis loquētem intrudicit. Equitum enim precium adjicit, de quo ante nulla mētio. prēterea socios sine precio dimisso, in quos hic duenos quadrigatos constitutus ait. Cellius libro 7. cap. 18. precium in captiuis ait ab Hannibale constitutū, argenti pondo libram ac selibram, nullum captiuvorum faciens discrimen: quæ summa dupla minor est trecentis quadrigatis, siquidem denarium per quadratum intel ligamus, authore Plinio. Quare & hæc summa hic nobis suspecta.

Nam ad vestiendum factō per exiguo utique militantes vtebantur.) 378. K. Vestiendū habent vetustiores codices, quidam emendarunt vescendum, quod ego non intelligo. Factō autem intelligit argento, ut opinor. Nam quod de auro quidam marginibus nota apposuisse somnum est.

Mulier Paula nomine, Busa genere, clara diuitijs.) 378. K. Et ipse Liuius paulò inferius Busam vocat, & Valerius Maximus li. 4. ca. 8. Quapropter Paula, quid hic sibi velit, siquidem Busa nomen est, non sanè video. Itaque considerādum lectori quo pacto distinguere hæc velit, Nominē Paula Busa genere an mulier nomine Busa clara gene re ac diuitijs, ut omittatur Paula, quod & alij omittunt.

Quorū principem L. Cæciliū Metellū.) 379. A. Valerius li. 5. ca. 6. vbi de Scipione, Quintum vocat, non Lucium, si codex non errat, ut sane huius authoris codex qui libro quarto huius Decados M. Cæciliū habebar, vbi Cenforū sedulitate refert Liuius.

Menibusque se certe, etiū non armis.) 379. D. Hoc recte ab alijs restitutum est, cum quidam se tueri, alij secreti, nonnulli se teneri legerunt pro se certe.

Sed multiplex clades cum duobus coss.) 379. D. Non est hoc contrarium illi quod paulò ante dixit, Cōsile exercituque ad Trasimenum priore anno amissi; nam hic

ita nunciatum ait. Ceterū duntaxat occiderat Lucius Aemilius Paulus, duo autem cōsili nunciabantur.

Literis confulis Proprætorisq; lectis, M. Claud.) 380. I. Hic locus in codice Aldino alterisco notat⁹ est, & recte, quanquam si pro verbo, præficit, legamus præferat, & super pleamus censuerunt, sensus erit clarus. Est tamen notandum locus.

Cum tribunis mil. Teanum Sidicinē præmissa.) 381. A. Ethic locus alterisco in eodem notatus codice. Ceterū si intelligamus partem militum tertiam legionis Romanam misam, partem Teanum, & deinde secundum Martellum cū Cannusum peteret, classem autem P. Furio traditam, non, ut puto, omnino militibus vacuā, aliquo pacto sensus cōstatib;. Tribunis autem ablative casis integrē scribendum. Teanum accusatiū, non datī, ut cōtra veteris codicum fidem quidam mutarunt.

Dictator ex autoritate patrum dictus M. Junius.) 381. A. In alijs codicibus D. Junius scriptū erat, fortassis quod captiuvorum orator M. Junius dicebatur. Verū in ijsdē lib. sequenti M. prænomen est dictatoris: quare nihil mutant, fieri enim potest ut duo hoc fuerint prænomine.

Sine ullius insectatione eorum.) 382. I. Illud eorū quid sibi velit, haud equidē intelligo, suspicor deesse aliquid.

Priore Punico bello Calpurnio Flamma.) 383. A. Calphurnium quidam scribit, arid leuiculum. Id magis mi randum tam varium apud authores eius esse nomen, ut Aulus Gellius li. 3. ca. 7. annotavit. Quidam enim Q. Ceditum, quidam Laberium, Liuius & Florus Calphurnium Flammam, vocatum scripserunt.

Defecere autē ad Peños hi populi.) 384. H. Non subito defecere omnes quos hic enumerat, populi: sed quidam statim, quidam post annū, ut Croton ac Locri. Tārentum verò, Metapontus ac Thurium quarto post anno, App. Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco III. Coss. Nec omnes Brutij defecere. Regini enim eius regionis, & in fide erga Romanos, & potestatis suæ ut yl timū man ferunt, ut ipse Liuius libro sequenti dicturus est, quanquam Petellinos eodem libro paulò ante vnos ex Brutis in amicitia Romana mansisse dixerat. Sed temere hæc mixta sunt Litio, ut in sequentibus libris luce clarius ostendi potest.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM XXIII. HENRICH GLAREANI ANNOTATIONES.

HANNIBAL post Can. pug. castra capta ac direpta.) 385. A. Romanorum castris capitis ac direptis legerem: quippe Hannibal Romanorum castra non mouerat, sua nō diripuerat, sed contra vtrunque.

A Statio pollicenta se Confam traditurum, Confam erat.) 385. Quidam pro Confam emēdarunt Cosſam & Cosſanus. In Tuscia est Cosſa, nihil prorsus ad hunc locum. Plinius libro 3. cap. 11. Complānorū meminit, vbi Beneventi ac Caudinorū. Itaque ego hic Complānorū legerim per ps. nisi diuerſis idem nomen fuisse quis contendat, quod ego absque authoribus non affirmarim.

Pacuvius Calatius nobilis.) 385. C. Calatius perū, nō perū, legendum. Est autem nomen Samniticum, vnde Campani oriundi erant, ut libro quarto ab Urbe condita docuit Liuius. Silius lib. 11. Paſtuloneū vocat, sed carminis fortassis gratia: quanquam is Poëta historico similior, ut de Lucano docti sentiunt.

Cœptum propter vos cum Samnitibus bellum per centum prop̄ an.) 387. A. Libro primo de bello Macedonio ait legatus Romanus in concilio Aetolorum per

annos prop̄ septuaginta: quod magis verisimile est ex catalogo coss. & annalibus. Sed hic oratoriē omnia auget.

Peñus hostis, ne Africæ quidē indigenam.) 387. B. Ita habent vetustiores codices, ut sit adieciū ad militem, non ad hostis. Quidam temerē, meo quidē iudicio, mutarunt in nominativum indigena: cum vtq; Hannibal esset Africæ indigena, sed non omnes eius milites. Loquitur autem de ea qua propriè Africa, in qua Carthago.

Vnus ex ijs Subius Virius.) 387. C. Hic est qui in summa desperatione Caprae senatores ad cœnam inuitatib. 6. huius Decados, quo in loco tamen Vibia Virius dicitur, non Subius.

Atque etiam modo diu ad varios omniū volupratū.) 388. I. Leuiculum fortassis est quod me hictorquet, tortuquē tamen, quid enim sibi vult illud modo diu? Num pro admōdum, ut s̄pē alias? an nāvus aliquis hinc occupauit locum, ut pleraque in hac decade? Valla legit, domo, & diu ad sequentia cōiungit: sed nēcō quid dicam. Sed & sequentia suspicione non omnino vanam conuincent, ut illud, ipsiū valetudinem excusans, patri, quomodo

quomodo prioribus sequentibusque cohæret? Sed iudicet lector Valla multis modis effert, verum coniectura sunt qualeis plureis effingere nō esset difficile, si quidem vulnus sic sanaretur.

Cum vi. Imperatoribus eum, quorum IIII. coss. duo di.) 390. G. Nemini dubium, Magone hæc qua potuerit magnificètia senatus Carthaginensis retulisse cū amplissimo, vt deinceps fratri encomio. Quare miror hunc locum nō ita legi: cum septem Imperatoribus eum, quorum quinque coss. &c. Sunt autē hi, P. Scipio, T. Sempronius, C. Flaminius, L. Aemilius, C. Terentius, Q. Fabius, & M. Minutius. De Fabio certe & Minutio dubitari nō potest, cū ipse eos hic nominet. Præterea cum sexa et consularibus exercitibus, vbi etiam plures inuenierunt qui pugnas ordine legeret: sed Hercules in repetitione Imperatorum Sempronij oblitus videtur. At nobis hæc cideo memorare placuit, vt videant studiosi, non omnino vanam esse suspicionem nostram, hanc decadem plenā esse mendis. Specro autem fore vt hæc per alios manifestiora fiant.

Pro his tortantisque victorijs rerum.) 390. H. Hocrum quidam haud temere amouerunt, mea quidem opinionē. Quidam mutarunt in verum. Quanquam præterea sensus videtur desiderare verbū, petit, vel quid simile.

Tacuisse (inquit hodie P. C.) 390. I. Iisdem vero hoc inquit, sustulerunt ab initio huius orationis, quod ego malim in posterioribus sublatum: Respondeam inquit Himilconi. Errorum fecit dilemma Hannonis altera defectum parte. Dilemmatis partes sunt, si reticeam, si respondeam, & membrum quidem precedens suis explicatum est partibus conditionalibus, sequens non item: sed statim absq; cōditionis explicazione respondet, quapropter non est mihi dubium, orationi aliud desse, quod cordatus lector iudicio hæc legens facile videbit.

Dicitorque cum Magone in Hispaniam premis.) 391. C. Utrum Carthaginenses etiam dictatores habent, an ita loquitur Liuius, vt paulo ante P. C. dixit in Hannonicæ orationis exordio de senatu Carthaginensi?

Latoque (vt soler) ad populum vt equum ascendere licet.) 391. D. De his dictatoris cæremonijs nihil antea in Liuius lectum, neque de ascensu, neque descensu quod e quidem sciunt: sed neq; apud Dionysium Halicarnassum, cum tamen is lib. 5, non ita longe à fine de alijs moribus dictatoris tractet, nihil tamen eiusmodi narret.

In agrum Nolanum exercitum traducit, & vt non hostiliter.) 391. D. Ego cōiunctionem &, tollerem ē medio, propter participium sequens, prætermisurus.

Ad pretorem Marcellum Clau. qui Casilini cum exercitu erat.) 392. F. Quidam pro Casilini bis in loco, sed male quidē meo iudicio, restituerunt Cannufij, propterea quid lib. præcedente dicatur Marcellus Cannufium magnis itineribus contendisse. Sed vel in itinere restitisse eum, vel Casilinum rediisse intelligimus, quod loca huius itineris facile conuincunt. Neque enim à Cannusio Nolam proficiscens Vulturum annis transiundis neque Galatia petenda: at utrumque à Casilino, etiam si de Galatia nihil definimus.

Et ante omnes L. Bantius.) 392. H. Valerius Maximus libro septimo cap. 3, de vastrè dictis aut factis, tale quidam non de Marcello, sed Q. Fabio scribit, quanquam subobscure.

In hac comitaria iam duorum exercituum statione.) 393. A. Hic locus quam bene habeat, vehementer dubito: neque enim vsipiam memini me legere quid sit comitia Itatia.

Casilinum eo tempore Prænestini habebant.) 394. G. Quidam adiecerunt numerum; quingenti Prænestini: sed vt alia in hac historia non constant, ita nec militum numerus. Valerius enim Maximus libro septimo trecentos fuisse Prænestinos ait. Strabo libro quinto circa fine, ait quingentos & quadranginta fuisse. Liuius paulo post ambiguè loquitur. Nam qui in praesidio fuere (inquit) ex quingentis septuaginta minus dimidium ferrum famis que absumpserat. Sed premisserat paulo ante, Prænestini maxima pars fuisse, quod mirum videtur, cum Perusina co-

hors, homines cccc. & LX. vna cum ijs obsidionem per tulerint. Verum cum cogito in hac rerum necessitate Valerio murem fuisse, Straboni autem medium ducens veditum denarijs sive drachmis: denique Liuius cum ex proposito vt historicus ea scriberet de fame, ceterū nihil hac de permutatione meminisse, suspicio subit animū vellibros corruptos, vel historiam indiligenter à Romanis scriptam, vt sunt alia pleraque.

Et cū hostes obarasset quicquid herbidi, &c.) 395. D. Hac ita Liuius narrat, quasi Poeni obarauerint quicquid herbidi terreni extra murum erat. Strabo autē de Prænestinis ~~παντούς τε της πόλεως~~ refert, quod ego intra muros inteligo, ac proinde Hannibalem territum aut tædio potius affectum si Prænestini obsidendi essent, dohec rapa maturecerent, atque hic sensus Strabonis verisimilior videtur. Hannibalis enim exercitus hulla tanta premebatur angustia, præfertim tam propinqua Capua, felicissimoq; Campano agro in Pœnorū iam manibus, vt rapa ijs renda essent.

Eodem tempore Petellinōs, qui vni ex Brutis in amicitia Rom. manserat.) 396. F. Quomodo vna Petilia cum Consentia ac Rheygium quoque manserint? Consentiam enim post Petiliæ expugnationem intra paucos dies cū minūs pertinaciter defendisser, in deditionem Hannibalis venisse scribit. Rheygos vero & in fide erga Romanos & potestatis sua ad ultimum māsisse, quod ad finem prioris libri ad montium.

Consultiq; iterum à M. Aemilio pretore.) 396. G. Hic primo huius bellii anno Sicilia prætor fuit, cui Sempronius C. O. s. cū ipse è Sicilia retocaretur, quinquaginta natuum classem expluit, cuiq; prorogatum imperium videtur anno secundo huius bellii, quippe cuius Liuius meminante creatos coss. tertij anni L. Aemiliū & C. Teretium. Ceterum huius anni prætorem vrbanum, M. Pomponium Mathonem ipse Liuius creatum dicit, vbi dictosā coss. Quare & hoc loco, & paulo post M. Pomponium Mathonem legendum puto pro Aemilio, vt postea sapè legitur. Anno vero sexto huius belli M. Aemilius fit prætor, sed opinor alii fuisse.

L. Furium prætorem cum classe ex Africa.) 396. H. P. Furium legendum, vt superius in creatione magistratum huius anni libro secundo, & alibi etiam sapè eodem libro.

L. Aemilius qui cos. censorque fuerat.) 396. I. Cum L. Aemilius Paulus iam occisus esset apud Cannas, alter etiam eodem nomine bello Gallico, anno ab Urbe condita 529. authore Polybio, hic locus mihi planè suspectus, maximè vero in prænominiis. Fortassis autem legendum M. Aemilius, qui cos. fuit anno 524.

Vt quisque eorum primus creatus erat.) 397. C. Hic codex Moguntinus, & eum secutus Aldinus, addit senator, ante primus, ex qualitate nullus est sensus, neque ego puto addi debere, sed Liuium id velle dicere, vt quisque eorum primus creatus erat, videlicet in magistratu, ita primus inter senatores electus. Sic enim ordinis ordo, ac tempus temporis, non homo homini præferetur.

Et T. Semp. Gracchus, qui tum magister equitum & eō accurrerat.) 397. E. Quidā hunc locū emendare volentes occurserat posuerunt pro, & eō accurrerat. At ego legendum puto qui tum magister equitum cum eo accurrerat. Veneratenim cum dictatore hoc tempore in urbe cum antea ad exercitum, manere, dictatore in urbem cōmeante, cogebatur.

De exercitu eos qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliæ ca. du.) 398. I. Ijdē hunc locū ita emendarunt: De exercitu Marcelli qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos tradi. Verum si Marcelli exercitus erat, quem Nole in præsidio habebat, quiq; ibi strenue nauauerat operam, cur ijsoli in Siciliam relegandi? cum maiorem partem Cannensem reliquiarum cum Varrone in Apulia fuisse verisimile sit, de cuius tamē exercitu minimē mintieō Senatus consultum factum erat. Quare ego veterem lectiōnem probo, hoc sensu: Qui ex Cannensi strage fugissent, vt iij omnes in Siciliam relegarentur, de quoque exercitu essent.

tu essent. Varronis autem exercitum non minui, intelligo numero; quot enim in Siciliam irerat, tot in locum eorum sufficentur ad eos. Scio autem quod postea de Claudiis, castris dicit Liuius rem nusquam antea proditam, ut mirum sit unde ea Marcellus corraserit castra supra Stesulam, quae deinde super Viuum ponit, in quibus Q. Fa-
bius confederit.

P. & Cn. Scipiones inter se partitis copijs.) 398. K. Qui-
dam hunc locum satis castigatum putant, si partiti copi-
as legatur, & intelligunt verbum substantiuum sunt. Qui-
dam locum nihilominus murum putant. Item quod
paullò post sequitur. Tum refecta tandem spe, ne scio ut pla-
ceret. Refecta caltra dicimus, & refectos milites: refecta ipse
haud scio quam sit in vsu.

Tarcesiorum gentem.) 398. K. Hoc quoque loco ijdem
Carpesiorum pro Tarcesiorum reposuerunt, quod nomine
haud vñquam, quod equidem sciām, lectum est. Tarces
verò oppidum ad Calpen, ita à Gracis dictum, alia Car-
teia, ut Plin. libro 3. cap. 1. innuit. Nec distantia ab Ibero
impedit, cum Hasdrubal alibi ad Oceanum usque fugisse
dicitur.

Nec diu in pacato mansit.) 399. D. Exercitum in pacato
ac in hostico esse, sepius lectum est apud authores. Re-
gionem aut gentem in pacato manere, haud scio quā sit
frequens.

Itaque urbe defensoribꝫ vastata facilē potiti sunt hosti.)
401. C. Vide ut accipiat illud, vaftata. De Crotone autem
loquitur, quem hic captum dicit, libro autem sequenti ab
initio, à Brutis ob sideri scribit. Idem memoriae lapsus de
Locrensisibus est, quos his deficiuisse ad Brutios Pœnosque
ait, nec ita multò post Romanis portas quoque clausisse,
sequenti verò libro ab initio proflus contrarium scribit.
Hic locus meo quidem iudicio, nullā accipit excusationem.

Vt diutuuiros esse iuberet adis dedicari. cau.) 401. D.
Quidam pro diutuuiros, reposuerunt Fabium diutuum
rum, magna audacia, meo quidem iudicio, cum & T. O-
ctacilius creatus sit postea, non Fabius tantum. Itaq; plu-
ralis numerus manebit, ut postea cùm dicit, Inter a diutuui
creati sunt. Et, adūm dedicandarum catuā lege-
rem, non adis dedicandæ, quemadmodum postea adib.
dedicandis dicturus est.

T. Sempronius cos. Cales ad conuen. diem edic. In-
de vi. leg.) 402. F. Hic Cales dies edicitur, paullò post Si-
ciliam. Idem Sempronius hic legionibus duabus urba-
nis paullò post Volonibus preficitur. Sed urbanæ etiam le-
giones in castra Claudiæ deducuntur, ut planè appa-
reat tempore mutata esse imperatorum decreta. Hoc etiam
mirum, quin ante de castris Claudiæ nullam fecerit
mentionem Liuius, qui Marcellum nunc Nola, nunc
Cannus, nunc Casilini fuisse dicat, hic tanquam ea omni-
bus nota essent, commemorat, ac postea expiari.

Q. Fabius Maximus, & T. Attilius Crassus.) 402. G.
Quidam pro Attilio reposuerunt Octacilio, quod non di-
splicet, quippe qui post dedicationem adis postea cum
imperio in Siciliam mittitur. Sed ubique hoc emendatur
oportuit. Verum eodem prop̄ verū reliquerant, Menti
Attilius, cum adhuc deceadem loqueretur. Et lib. 2. post
pugnam Trasimenam vbi exuentur, Attilius idē re-
liquerunt. Non tutum est mutaret alia, nisi totam historiam
memoria teneas: sed quidam audaciū non admou-
dum curant, præfertim hac tempestate.

Volones quoque patresita fama ferebantur.) 402. H.
Pro Volones quoque alij, vulgo quæ: alij, velle quoque le-
gunt. Sed non satistit cordato lectori, nec ego sanc mede-
lam villam adhibere possum, recteque afterisco notatum
hunc locum ab alijs puto, à nobis repetitus, ut in vetustis
exemplaribus diligenter inspicatur. Diuinare omnia
non possumus. Certum est in simulacris patres à plebeis
aut tonitrua finxit aut curasse ut falsò nuntientur,
quod duos cos. plebeios habere nollent.

Vnde Magister frater Hánibal xxii. mil. ped. & equites.)
402. K. Hunc locum quidam restituerunt, ut ex xxii. mil.
libus peditum fecerint xii. mil. & ex xi. elephantis virgin-

ti, & argenti multa talenta, mille talenta. Quæ quidem
neque affirmare, neque refellere prorsus, at ex parte mag-
gis dubia, maximè ex ipsius authoris verbis, facere possumus.
Nam decretum senatus Carthaginensis, quod super-
ius hoc adeo in libro post Hannonis orationem nobis
exhibuit Liuius longè maiorē habet numerum, xl. milia
Numidarum, xl. elephanti, & argenti multa talenta.
Et Bornilcar postea xl. elephantes Hánibali Locros ad-
duxit. In plerisque exemplaribus utroque in loco non
mille talenta, sed multa inuenio, quanquam ego millia
magis probo.

Terentianum mitri cum aliquo legatorum.) 403. B.
Obscurus hic sermo est. Varonianum putat exercitum,
& mitti intelligi in Siciliam. ut Cannæ clavis reliqui-
as. M. aut Valerium legiones venturas accipere in locum
harum missas ex Sicilia.

M. Valerius Leuinius pretorem circa Nuceriam.)
403. D. Quidam quod Nuceria direpta atque incisa esset
ab Hannibale, ut suprà tradidit author, reposuere Num-
riam. At ego Luceriam legendum puto quemadmodum
ad finem huius libri habetur, vbi eiusdē Valerij mentio,
Numeriæ oppidi, quod equidem sciām, nulla est apud
authores mentio. Id nominis etiam in Ptolemæi codici-
bus lib. 3. ferè corruptrè legitur.

Q. Valerius Flaccus Corcyraos ad persequendam, &c.)
403. E. Ijdem & hoc loco Q. Fulvium Flaccum supposue-
runt, temere sanè, cum Q. Fulvius prætor urbanus Romæ
relictus à suburbana litora tutanda nondi ab urbe mo-
uerit. Ego tamē non Q. Valerium, sed P. Valerium puto
legendum, qui M. Valerij Leuinius prætoris peregrini lega-
tus fuit, ut in sequentibus latius legetur, quanquam uno
in loco sequentis libri T. Valerius, haud dubio codicis er
rō, vocetur. Sed quatuor viri, M. Valerius Leuinus, P.
Valerius Flaccus, Q. Fulvius Flaccus, L. Valerius Antias,
hoc anno in officijs, magnam errandi occasionem non
attentis librarijs, oficitalibusque codicium correctorib.
confino nominum dedere.

Quinque millia peditum, trecentos equites scriberet.)
404. C. Quidam imò ijdem etiam quadringentos emē-
darunt equites, moti fortassis quod legionē auctam mil-
lenario viderūt. At Polybius eum libro primo legionem
Romānam quaternis millibus peditum, trecentis equi-
tibus exhibeat. libro deinde tertio, vbi legiones auctas
antè cladem Cannæ reserf, hæc subiicit verba: Roma-
ni enim, sicuti suprà memorauimus, IIII. legionibus exer-
citum complent. Singulæ quæq; legiones quaternis mil-
libus peditum constant, equitibus ducentis: aut si quan-
do ingens aliqua necessitas vrget, quinvis millibus pedi-
tum, trecentis equitibus. Hæc ille. Quanquam in hoc Po-
lybij numero illic fortassis trecentis pro ducentis, hæc ve-
rò quadringentis pro trecentis legendum. In Liuiō sanè
libro septimo ab Urbe cond. quaternum millium ac du-
centorum peditum cum trecentis equitibus legio descri-
bitur, quæ ab eodem libro octauo quinvis millium, equi-
tibus non variatis exhibetur. Ego totum hoc lectoris iudi-
cicio relinquo: nam de equitibꝫ quod certum affirmem
non habeo.

Marius Alsius qui summus magistratus erat Camp.)
405. A. Marij Blosj prætoris Campani mentio est nō ita
longè ab initio huius libri. At in summo magistratu Medi-
astutici erant ut libro sexto huius decados pater, & pri-
ore anno Paciuius Calauius in summo erat magistratus.
Verum nō video quā sint hæc apud Liuium distincta,
fortassis ut ad historiam minus pertinencia, consultò ab
authore neglegta.

Alia militi pœda concessa, exercitusque Cumas redu-
ctus.) 406. F. M. Valerius Leuinius Luceræ erat, ex qua
urbe in Hirpinos facilē impetum facere potuit. Ergo hæc
non Cumas legendum, sed Luceriam. longè enim absunt
Cumæ, præterea Cumis in præsidio erat c. o.s. Sempro-
nius cum exercitu, ut prætoris minimè egeret.

Ad naues xxv. quibus P. Valerius Flaccus præf.) 406.
H. Hoc etiā loco pro Valerio Fulvium quidam nobis ex-
hibuerat, sed haud scio quā benē. Porro ingens difficultas
cum

cum exre ipsa, tum ex multa non minimum cōfusione, utrū piam alibi, certe hoc potissimum loco mirè moratur lectorē. Sed vt totum negotium melius intelligatur, hęc ordine annotanda duximus. Primum quidem scire debemus quod Q. Fulvius Flaccus érat prator vrbanus, qui nondum ab yrbe mouerat: quod ex hoc manifestum est, quippe qui pauld pōst à T. Manlio re benē gesta in Sardinia captiuos accipit, & ad finem huius libri concionem ad populum habet Romā. Erant autē eidem Fulvius data xxv. naues ad tutanda vrbana littora, sicut M. Valerio Leuino totidem ad oram maritimam inter Brundusium ac Tarentum. Idem Fulvius prator (si lectiōne hoc loco recte emendarunt, qui ex Valerio Fulvium fecerūt) nunc xx. ac rursus quinque, que legatos captos aduexerant, accipiens nauicū cum clasē L. nauium Tarentum proficisciōtur. M. Valerius Leuinus Litoriae adhuc erat, vt ex prioribus facile colligitur, videlicet ad quem Philippi legati semel elapsi, ac deinde rursus capti, deducti erant, opera P. Valerij Flacci, M. Valerij legati, non autem opera Q. Fulvij, qui tum adhuc Romā erat, decretum autem senatus post captorum legatorum aduentum ita habuit, vt Q. Fulvius (si modo & hoc loco recte hoc emēdatum) iret Tarentum, resque Philippi Macedonum regis per L. Apustum, qui tum Tarento praeerat, scrutaretur. Quod si certum bellum à Philippo esset, vt continuò L. Apustio in Apulia ad exercitum Leuini relieto, ipse Leuini in Macedonia proficeretur, regemq; ibi bello vexaret, quod etiam factum postea est. Et in hactona difficultate duo scrupuli lectorē detinent. Prior, num Q. Fulvius prator vrbanus ab yrbe mouerit, quod non videtur verisimile, propter causam dictam. Altera, num vrbs sua littora nudari voluerit, vt clāsem L. nauium Fulvio explaret, quod & ipsū haud credibile, nec tamē interea mētio villa de alijs ad tutanda vrbana littora natib⁹ paratis. Quapropter P. Valerium Flaccum vbique legam Leuini legatum, & xxv. nauicū ab Hostiis profectas, non L. sed tum primū, poste aquam Tarentini venerint, L. fastas. Fieri autē potest, vt Liuius in nauium numero memoria lapsus hac confuderit, quod xxv. nauium ter hic mentio sit cum Leuino, cum Q. Fulvio, ac nunc demūm cum P. Valerio missarum. Verū vt hinc in re nihil temere affirmarim, ita cum nemine contendere in animo est, sequatur porrō quod quisque velit.

Et in Sardinia res per T. Manlium prōtorem admin.) 407. A. Prōtorem legendum est. Q. enim Mutius prōtor erat, non Manlius, vt verba sequentia satis declarat. Hoc loco admonendum etiam, Caraleis Sardinia vrbē, mea quidem opinionē rectius legi perit, post primam syllabā, & l post secundam: quamquam id in Plinianis codicibus a calisi quibusdā autoribus corruptum est, ut apud Claudianum de bello Cyldonico, in his versibus:

Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti,
Tendit in longam Calariū, tenui m̄ḡ, per vndas
Obvia demittit fructurum flamina collem.

Caralis legendum. Nam & Strabo καραίν τὸν ονομάτων, non καραπ. Sed id erroris etiam accedit in Σθελένο, quod Latini codices identidem Sthelenus habent, vt est videre apud Horatium.

In pelidos Sardos.) 407. A. Non memini id nominis apud vllum geographum lectum, sed vel antiquitate abolutum, aut corruptum fortasse, vt sunt in hac decade pleraq;

IN T. LIVII LIBRVM XXIII. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO-
TATIONES.

ST. TAQUE Locrenses frumentum lignaque & cætera necessaria.) 412. A. Hic Locrenses ad uersus Poenos fuisse ait, quos priore libro ad Brutios defecisse, ac Romanis portas clausisse ait. Eadē de Crotoniatib. obliuio, quā vrbē expugnatam à Brutiorū exercitu ait, prōter ar-

cem, hīc rursus oppugnari abijsdem. Non est mihi dubium in tanto rerum gestarum aceruo, Liuium memoria lapsum. Nam quod quidam hūc locum excusant, obiter priore libro hæc innuisse, hīc verò rem ipsam diffusè scripsisse, vt acta sit, mihi non probatur.

L. Attilio prōfecto præsidij, &c.) 413. C. Libro secundo lecto-

Per proditionem accipiendo Nole.) 409. C. Quidā recipienda emēdarunt, quā ante q̄toque teniūsset eam Hannibal, nunc recipere amissam, sed ego nil mutarim. Post aliquot item versus: Mille ferè pafium intervibem erant castraque, vide nūm erat, legendum sit, aut mille pafii: alioqui latinitas non constat.

Nolanis subſidijs fultus.) 410. H. Idem fultus mutarunt, leguntque inultus, quod non probo. Et pauld pōst, Ferrum non habet: quidam, ferrum nūm hebet: quidam ferrum nunc hebet: Et rurfūs, vix refititis emendarunt, vix restatis, ego refititis malim.

Inter multos nobiles equites Cāmpa. acerrimus erat.) 411. A. Videan non eandem rem bis dicat: Inter nobiles equites Campanos acerrimus erat. & longè omniū Campanorum fortissimus eques. fortassis autem & locus militis, nisi quis adiectum aliquid authori cōtendat, quod verisimilius.

Minimē scis, inquit, cantherium in fossa.) 411. C. Ita D. Erasmus Roterodamus præceptor noster legit, Quidam si legunt, vt Valla, pro si vis: & in fossam, pro in fossa: sed verba sunt obscura, vt idem in nobili illo adagiorum operē fatetur.

Sed pecuniā in stipendium vestimentaque & fru.) 411. E. Hanno libro præcedente Magoni eadem de Hannibale, exercituque eius viōctore conquerente, quid aliud, inquit, si spoliatus, si exutus castris esles, perceres? Sed fortassis importuna hæc. Illud autem quod mox sequitur, Nemō omnium erat, quin & vera scribi, & postulari: & qua faceretur: quidam mutarunt, qui nec vera scribi: alij in, qui non & vera scribi. Sed vertuta lectione mihi magis placet, quin & vera scribi.

Hī mores, eaq; charitas patriæ per om̄. ord. ve. ten. vno pertinebat.) 412. G. Sermo propter verbum pertinebat, valde obscurus, nec ego tamen quid reponendum sit, video. Praterea considerandum lectori quā sit illa lex, de qua pratoris Fulvij verba pro concione, Conducērent, quæ ex lege præbenda, quæ aliquot versibus præcesserūt.

Illiturgum oppidum ab Hasdrubale ac Magone & Hamilcaris filio.) 412. G. Libro quinto hui⁹ belli non vno dūtaxat loco, Peñorū in Hispania duces referuntur hi: Hasdrubal ac Mago Hamilcaris, Hasdrubal Cisgo nis. Quare hunc locum exillis emēdandum puto, atque legendum ad hunc modū: Illiturgum oppidum ab Hasdrubale ac Magone Hamilcaris, & Hasdrubale Cisgonis filio: ob defectionem ad Romanos oppugnabatur.

Ab Incibili oppugnandum Punici exercitus traduci.) 412. I. Indibili legendum, vt si sensus, cūm Illiturgum ob fidione liberatum esset, Punici exercitus ab Indibili rursus oppugnandum traduci sunt. De hoc autē in sequentibus multa. Ipse enim causa fuit mortis P. Scipionis in Hispania vlti, & huius decados refert Liuius. Idem P. Scipioni filio deinde conciliatus lib. 7, sed rursus à Romanis defecit lib. 8. Vitæ verò finem inuenit lib. 9. ab initio, poste aquam ipse ac Mandonius post P. Scipionis discessum Hispaniam rursus armari, ingentique pugna vieti, à L. Lentulo ac L. Manlio, Romanis Imp. suæ temeritatis pœnam dedere. Quis autem iraloquitur, ad Incibili oppugnandum? quare insignis hīc correctorum dormitanū notanda fuit.

F I N I S.

lectorem admonuimus, etiam atque etiam videat de huiusmodi locutionis genere. Nam ut illic singulari nomini, non collectivo, dedit verbum pluralis numeri, Mandonius venere, quia interiecto erat ablativus pluralis numeri hoc loco substantiu singulari adiicit pluralis numeri adiectiu, interiecto inter duos ablativos nominatiu. Porrò verba quae precedunt, vtcunq; intelliguntur, cum ait: Haud dubio in speciem consenserit. Quidam codices habent in spem, sed obscuriore adhuc sensu. Similis dicendi modus est li. 3. ab Urbe condita, vbi tribuni cum Terentillo agunt. Item hoc postea libro, vbi Andronodus ac Themistius interficiuntur. Item rursus postea vbi Appius ad portum Syracusanum classem tenet. Et libro quartu decadis quartu in Caetni stratagemate.

Succedenti tanta charitate Hieroni.) 415. B. Quidam Hieronis in dignitudi casu substituerunt, sed nihil clariore sensu: & est sanè locus vbi Grammatici sudare iure possint. Ego in dandi casu malim legere, sed iudicet lector.

Nec inuitu Hannibale apud tyrannum manserunt.) 416. F. Hoc ego de imperatore Hannibale intelligo. Sed id mirum, cum postea tam sèpè sit mètio Epicidae ac Hippocratis, qui fiat vt iuuenis Hannibalis hìc vñā cōnume rati nulla sit mentio? Atqui subiunctum locum corruptum esse, atque ad hunc legèdum modum: Legati que ad Hannibalem missi, ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentes Hippocrates ac Epicides.

Qué neque mittere à facris, neq; retinere possumus.) 417. D. Nisi suppleamus, ad sacra, quid sibi verbum retine revelit, non equidem intelligo.

Ego magnopere suadeo eodem animo, quo si stantib. &c.) 418. F. Erat hic locus aliquot codicibus alterisco notatus: offendit fortassis quod in quo, intelligèdum erat, scilicet animo crearet. C o s. Sed nō adeo superstitiosè locutus esse eximitos autores vel hic locus iudicio fuerit.

Admonuit cum securibus sibi fasces præferri.) 418. G. Valerius Publicola in urbe fasceb. abstulerat secures, extra urbem autem ferebant C o s. vt Dionys. Halic. lib. 5. scribit. Litius vero li. 2. summissos sanè populo fasces scribit. secures vero demptas, ne verbo quidè neminit. Admoner igitur hoc loco O Etacilium Fabius, vt sileat: nam secures adesse & fasces, quibus occidere eum posse, si ius in eundi suffragia populo impeditur conetur. Admonuit igitur, minitantis est.

Referebat sensu sic T. Manlium cum P. Decio.) 418. H. Pro T. Manlio quidam restituerunt Fabium Maximum, & rectè. Nam T. Manlius bello Latino, non Gallico, & cum P. Decio patre, non filio, C o s. fuit. At bello Gallico, quod fuit anno ab urbe cond. 418. Q. Fabius Rutilianus, qui Maximi cognomen primus habuit, C o s. fuit cum P. Decio P. filio. Hic etiam Fabius à Plutarcho Rullus dicitur.

Deinde occupata dextra tenendo caput.) 421. C. Neq; hoc facile intellectu est, nec verū credo. quisque enim, vt puto, dextra gladium potius, caput autem hostis sinistra tenere voler. Id quanquā in dīgūm annotatione videatur, omittere tamen noluius, cum Cellius multò curiosus de sursum acto iaculo, aut deorsum disputer, lib. 9. cap. 1.

Pomponio pro prætorē cū eo exercitu qui supra Sueſſ.) 422. I. Ab initio huius anni Pomponius in agro Gallico erat, nec interea eius villa mentio. Oportet ergo hic intel ligere Roman acciūm, ac deinde cum C o s. Marcello in Campaniā concessisse, cuius tamen rei neverbo quidem meminit Litius. Fortassis autem & nomen corruptum.

Oppida vi capta, Cöpulteria, Teleſia, Cölla, &c.) 424. Compulteria ac Teleſia etiam superioribus libris mentio. Cölla in Hirpinis meminit ab initio huius libri, vbi tamen Compulteria libentius legerim. Sequentia nomina quā bene habent, nihil defino. Porrò post aliquot ver fūs quod legitur, statuaque ad Ardoneas. videndū num apud Herdoneam legendū, vt sèpè postea. Ardonearū nemo, quod equidem sciām, meminit.

Tarētū triduo antequā Hannibal ad mœ.ac.) 424.

H. Locus notatus erat in plerisque libris astérisco, desiderature enim nomen Romani præfecti qui Tarentū tenuerit à M. Valerio missus. Sanè libro priore L. Apustius Tarento præterat. Quidam T. Valerius substituere, sed P. Vale rium maluissim. Ipse Litius M. Liuiū præfuisse dicit, ac Tarentum sub eo captum ab Hannibale præter arcē, quā quinquennio defendit, donec Q. Fabius Tarentū rursus ceperit. Nec tam eum Salinatorem fuisse puto, quod nec Litius vñpiā perhibet, sed Macatum. Vtriusque sanè mentio est li. 7. huius belli, vbi Cl. Nero cum Salinatore fit C o s. Certè Salinatoris descriptio, quam eo in loco exhibetauthor, nequaquam Tarenti præfecto cōuenit, et iam Cicero in Catone, vbi de Q. Fabij laudibus differit, Salinatorem fuisse dicat: sed fieri potest vt aut hoc adiectum sit Ciceroni, aut non in variationē erroris causa dedisse, vt hoc variatum sit in Romana historia, quē admodum in alijs plerisque accidisse satis certo constat.

Hexaphoro Theodorus ac Sofis.) 425. A. Hexaphyllo re st̄ē emendarunt alij. At nomina partium vrbis Syracusa rum apud Liuiū & hoc & sequente libro, non vñsque adē cum Thucydidis descriptione quā is habet libris 6. ac 7. conueniunt. Et hoc loco Tincham quidam habebat codices, cum libro sequente Thicam, in Thucydide Sycē nomen est, quam Athenienses muro celerius Syracusanorum opinione circumseperant. Fieri tamen potest, vt Hieronis tempore multa adiecta mutataq; fuerint, quæ ex his duobus autoribus, facta comparatione, aliqua ex parte sat̄is apparent.

Qua pedibus tractū, non insidentem equo rel. tyr.) 425. D. Sententia est tyranica, cuius sensus vt cunq; percipitur. at illud pedibus tractū, subobscurius est. Obscurum item illud quod ad finem orationis Andronodori, ne effaserit res.

Qui audios atque int̄eranter plebeiorum animos.) 427. C. Quidam emendauerant, publicanorum animos, sed mihi prorsus displicerit.

Sed tamē Hieronis potius quām Hieronymi autho.) 429. B. Hac verba eti simpliciter quidē, & (vt ita dicam) absolutè intelligi possunt, videntur tamen nescio quod desiderare verbum, vt ostendere, vel quid simile: vt sit sensus, Hieronis autoritatē potius quām Hieronymi in socijs legendam esse: id ostendere amicitiam L. annis feliciter expertam. Nam illam disiunctam non admodum intelligo. Sed indicent hæc doctiores.

Mittiique cum eis legatos ad rem confirmādam.) 429. C. Cum eis, intelligo Romanis legatis, quos Marcellus Syracusā miserat, nisi coniungas ad rem confirmādam cum eis, præcessit enim Romanis. Sed est durum tamen vt rūnque. Item quod statim subnebit, Præsidium finib. suis orantes: à quo infelarentur, dicere omisit Liuius, rē magnopere nec forsitan ad sequentia intelligenda.

Capti ad Thrasimenum inter Roman. auxilia.) 430. I. C o s. s. C. Terentio ac L. Amylio ante Cannam pugnā, Hiero mille sagittarios ac funditores Romanos miserat. Itaque ego legerem, capti ad Cannas, nisi quis cum Sempronio etiam aliquos missos intelligat, quod tamen Liuius nusquam cōmemorat. Accedit ad hæc, quod non ita multò pōst Hiero mortuus est, vtillos sub Hieronymo, non Hiero meruisse, re st̄ē intelligi queat.

At militares penè omnes, partemque ma.) 431. C. Qui dam pro ar, restituerunt ad. Ego apud malim, & nomen Romanum petius quām Romanis.

Tunc Romanus exercitus ad Olympiū.) 431. E. Olympiū est apud Thucydidem lib. 7. quare Olympēum legendum.

In eas quæ procul erant naueis, faxa ing. pon.) 432. H. Verisimilius erat in propriore naues faxa ingenti pondere in illa: in eas vero quæ procul stabat, leuiora tela: nisi propinquitas efficerit, vt interiores naues tutiores essent ab iicitibus. Sed lectoris esto iudicium.

Aditusque ibi & à legatis Hippocratis.) 433. A. Quidā mutarunt in accitus, sed nihilominus obliuio manente sensu. Illud etiam ibi, quām bene cum accitus connectatur, aliorumq; esto iudicium.

Duplici facile numero classe aduentantibus Rom.)
433.D. Carthaginéfum clásis erat nauium quinque & quinquaginta, Romana xxx, quinqueremum, vt paulo ante dixit author: hic verò dicit Romanam clásem facili duplícē ad Carthaginéfem. Oportebat igitur aliam clásem esse, de qua tamen nihil meminit, quod sciam.

Et nec liberorum etiam suorum causa parentes sanxisse.) 434.F. Moguntinus codex habet. Et hoc liberoru etiam suorum causas, verum ex neutra lectione sensum percipio. Valla ait eum de T. Manlio Torquato loqui, additique fanguine. Inde quidam ita legunt, Et nece liberum etiam suorum eam legem parentes sanxisse, quae lectione mihi placet.

Ipsa hybernacula v. mil. pas. Hexapylō (Leontiā vocant.) 435.B. Leontiā distare vult, vt puto, ab Hexapylō v. mil. pas. At Thucydides lib. 6. Leonta vocat locum, vt puto, sex septémne stadijs ab Epiolis distantem, quod verisimilius est in obſidione, nisi non sit idem locus.

T. Valerio legato.) 435.C. Priore libro admonuimus pro hoc Valerio non recte Q. Fuluium substitutum. Ceterum nunc Q. nunc T. in quibusdam libris inuenitur, in quibusdam P. quod equidem malum.

Arx erat munita, & eō conuexerant ante frumenta.)
436.G. Cum attentione hoc legendum, nam lubricus locus est. Neficias enim Romanine an Carthaginenses armam possederint. Nam si Carthaginenses possebant, quomodo circa omnia plena hostium erant? qui Romanum agnoscere videbant incurrerant. Si Romani habebant, quare relinquebant? præferim cum munita esset, ac eō multum frumenti conuectum. Scio alijs modis responderi posse, sed vt lectori cordato satisfacere queam, nescio.

Octauum iam annum sub hostiū potestate esse.) 437.A. Hic est annus quintus huius belli: quapropter si Saguntum primo huius belli anno captiū est, vt lib. 1. docet Liuīus, non octauum, sed quintum legendum. Sin priore anno captiuū Saguntum, quām hoc cecipit bellū, quod Polybius scribit, sextum legendum est. Id erroris in numeris facile accidere poterat, sed mirum non animaduersum, quod tam facile redargui potuit.

Etin Louis Vicilini cōplo quod in Compsano ag. est.)
437.E. Quis sit Iupiter Vicilinus, aut curita dictus, non equidem memini. Sed & Compsano quidam in Colfano mutarunt, quām bene, ipsi viderint.

Vt proditis pro septemuirali iudicio eset.) 438.F. His verbis & quae sequuntur aliena videntur, & quae præcedunt, male cohærente, & prioribus & hisce iam positis. Nam quis intelliget haec? Tum postquam, &c. turpius videatur, cūm non præcesserint, cūm? Porro septemuirale iudicium quod sit, cūm Sabellico ingenuū fateor me nescire. Quidā pro proditis, legunt proditio, vt codex Mo-

guntintus. Veteres etiam aliquot codices habebant prædictus. verū inde nullus sensus est. Septemuirorū epulonum mentio apud Fenestellam, sed nihil de iudicio præditionis. Laurentius Valla hoc loco mirū in modum luðatus est, at nihil promovit.

Etnon vocient, documentum autem dicāt.) 438.G. Ethunc, & præcedentem locum mutare lectione conatus est Sabellicus, cum neutrum intelligeret, pro septemuirali, semetirrali dicant, producant, legens. Hic verò si particula autem, sequatur verbum documentum, præcedatq; colus, nullus prorsus erit sensus. Ego verò totum locum ita legerem: Cum illud potius agendum atq; eis cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socij à populo Roma deficiant, neq; vocent documentum, neque grauius in eum ducant statui oportere, si quis resipiscat.

Oppidum Aternum expugnū amplius LXX. in il.) 439.E. Sabellicus hunc locum recte tractat, Claternum, & septem millia, restituens, nimis enim magnus erat numerus LXX. millia hominum. Quanquam fluminis Aterni mentio apud Plinium lib. 3. tribus in locis. Fieri autem potuit, vt eiusdem nominis cum fluvio oppidum olim effet, vt sapienti inuenitur.

Cum Äquimelio Iugarioque vico.) 439.E. Omnes reām qua Sp. Melij domus steterat, Äquimelium appellant: certum autem etymon non adiungiunt, neq; Liuīus lib. 4. neq; Valerius Max. lib. 6. Varro adiicit lib. 4. ait enim Äquimelium, quād aquata Melij domus publicē, quād regnum occupare voluit. Posset & hoc mirari aliquis si Äquimelii area erat, vt vocat Valerius, qui ardore potuerit? Sed hoc pusillum.

Syphax erat rex Numidaru.) 440.F. Atqui quod hic ponit, non aequo pusillum, neq; quo pacte verum sit, facile iudicatu, cum libro octauo huius belli Liuīus contra Massæfylorū regem esse Syphacem dicat. Massæfylorū fanē ad Molochath fluminen sunt, Numida ad Ampfagam: & illorum regia Siga, ubi Syphax aditus à Scipione: horum autem Cirha, postea colonia Romana. Non co-tamen inficias Numidaru nomen longè patere: tum Massanissam postea capto Syphace, Massæfylorū dominum factum, at nos de praesenti disputamus tempore. Sed illa magis dubia, qua de Massanissa continuo post subiectit Liuīus, Syphacem ab eo ingenti victum prælio in Mauris, Numidas, qui extremi prope Oceanum aduersus Cadeis colant, fugisse. Intelligit autem Mauros & Tingitanam prouinciam. Propius igitur Carthaginenseis aliqua saltē parte Galæ regnum fuisse, longius verò Syphacis, quod mihi suspectum, sed libris sequentibus latius ea tractabimus.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXV. HENRI

CHI GLAREANI LORITIANO-

TATIONES.

 VINTVS Fulius Flaccus, App. Claudius in. consula.) 442.F. Hoc loco qui tertium Q. Fului apposuerunt, non Claudio, recte facere. Nam nō ita multò pōst in creatione noui pontificis max. de Q. Fului dicitur, qui & ante bis cos. & Censor fuerat.

M. Junius Syllanus inter coss.) 442.F. Quid sibi velit inter coss. hoc loco non planè intelligo, et si paulo pōst repetitum. Fuit autem hic in Hetruria prætor, que ei forte venit, quod postea etiam libro sequente ab initio fere innuit Liuīus. Quare legendum, M. Junius Syllanus Hetruriam, atq; ita etiam Vall.

Populus sevior vindicta fraudis erat.) 442.K. Mira hoc in loco confusio horum nominum, populus, plebs, concilium plebis, tribus, Latini, & comitia. Nam cum primū dixerit, populum vindictam fraudis fuisse, sta-

tim concilium plebis subiungit. Et prius quam tribus in suffragium vocarentur, tribunos populū submouisse dicit. Deinde, Latinos suffragium ferre, populū reclamare, publicanos cum populo iurganteis facit. Item in relatione coss. ad senatum, eadem nominum confusio. Quomodo enim hac congruunt, Plebis concilium vi turbatum, suffragium populo per vim extortum, concilium plebis sublatum, contra populū Romanū aciem introductam, tribus prohibitas in suffragium vocari, populū Romanū iuctū, comitia sublata?

Et fortè in cornu primū fedebat Casca, cui simul.) 443.A. In cœtu quidam legunt, sed utrumque intelliguntur.

Ea comitia nouis pontifex M. Cornelius Cethagus habuit.) 443.D. In L. Lentuli locum, qui pontifex maximus fuerat, hic Cornelius Cethagus suffectus qui-

dem erat Pontifex, sed non maximus pontifex, quare non est contradicatio.

Hodie in simili re haud scio quam similiter agatur.

Dum ne quis eorum munere vacaret, ne dono.) 445.
B. Moguntinus codex habebat in dandi casu, muneri. Sed ut intentio dicatur, neutra lectio mihi satisfacit, ideoque ea de letori considerandum.

Aliquantum intra mœnia includitur.) 446.I. Hunc alij asterisco notarunt locum, & recte, nam mutilus est haud dubie.

Et prætatis rupibus, & ab ipsa vrbe muro.) 447.E. Haec verba ut quadrant cum ijs, quæ aliquot deinde versibus interpositis, postea subiicit. Et est (inquit) non altitudine, ut cetera, tuta, sed loco plano posita: iudicandum letori offero, nam ego sane hæxi.

Hanno ab Cominio Cerito, quo nūciata cl.) 450.K. Hanno frumentatum ierat, ut puto, in Samnum, quod Beneuenio proximum est. At Cominio Cerito, quo patet dictum sit, non intelligo. Comini quidem in Samnio lib. 10. ab Vrbe condita, multa mentis est, sed Cerito aditum nos turbat. Cominos ex Aequicolis interisse ait Plin. lib. 3. cap. 12. at nihil ad hunc locum.

Quod vrbi tam propinquæ tertium annum impunita defecit, est.) 451.E. Atqui post L. Aemylium ac C. Terentium, sub quib. Capua post cladem Cannensem defecit, hi quinti sunt cos. Tres igitur anni præterierunt, quare legendum puto, vel quintum vel quartum. Porro ha locutiones per accusatiuos in latina lingua sapientefellebunt, ut de lustri tempore alijs admonuitum.

Dedicit Pœnum in locum pacis Gracchum adductus. Mag.) 452.C. Hic locus non abs re asterisco notatus est in plurimis codicibus, est enim perquam obscurus. Nam de quo Pœno loquatur, vix intelligi potest, cum continetur Magonem subiicit, quasi de alio locutus sit. Atqui de Hannibale dici non potest, quod exanimé Gracchum Mago ad eum postea mittat. De Hannone autem hic nullam certio. In hoc nobis notatus, ut studiosius exemplaria veletia inspiciantur.

Ad quam perficienda ipsius Cracchi opera opus esset.) 452.H. quandoquidem cetera per infinitius proferuntur, ego hunc locum ita legerem. Ad eam perficiendam ipsius Cracchi opera opus esse: quo modo sapet Liuius loquitur: quanquam nihil definio.

Reliquum autem quid esse paucis à multitudine, &c.) 452.K. Sed & hoc loco esse malum, quam est: verum letori iudicio reliquo.

Ad Vulturni ostium ubi nunc vrbs est, castellum communum.) 454.G. Incertum que illa sit vrbs, incertius quod de duob. castellis maritimis subnecit. Fabius tertio suo consilatu, cum in T. Posthumij locum subrogatus esset. Puteolis ex autoritate Senatus communierat, ut libro præcedentem non multis folijs ab initio tradidit Liuius. Præterea in hoc libro non ita multo post, App. Claudius Consul D. Junium ad ostium Vulturni, M. Aurelium Cottam Puteolis preposuit, qui ut quæque naues ex Hetruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mittebant frumentum. Quare si de Puteolis loquitur, de l'abio procedit, imò ibidem Liuius subnecit, App. Claudium ad Capuam regnum, collegam Q. Fulvium inuenisse, Casilino omnia importantem, molientemque ad oppugnandam Capuam. Quod si verum est, neque hic aliquis est historiae defecitus, videtur verè dubium, de quo castello loquatur Liuius, ad Vulturni ostium. Casilinum enim ad Vulturnum quidem erat, sed non ad eius ostium.

Quodque Minutius prætor ex Hetruria coemerat.) 454.K. Alij Mutium emendarunt, quodque Q. Minutius Scaviola prorogatum imperium habebat in Sardinia. At non opinor illum è sua egressum prouincia, tam graui bello in Hetruriam emptum ille frumentum. Paulò ante C. Serullius legatus ex autoritate patrum, à P. Cornelio praetore in Hetruriā ad frumentū coemendum missus erat, qui Tarentinę arcis, onusq; frumento nauibus, succurrerat: quod author ante scripsit. Verisimile est frumenti aliquid Hostiæ manuisse ad Capua obsidionem, quod Ser-

vilius legatus, nō Q. Minutius prætor ex Hetruria coemerat, cùm alioqui ab eodem Mutio nuper missum narretur. Ipse Lector Liuij verba pensaret ut se sequeantur, & inueniet non temerè hunc annotatum locu. Sed vt finem inueniat hec dubitatio, quando M. Junius Syllanus Hetruriæ prætor erat hoc anno, ut pater ab initio huius libri, vbi noui creantur magistratus, pto Minutius prætor, legendum puto, M. Junius prætor.

Ad portum Trogillorum.) 457.B. περγίλον locum ad septentrionem Syracusis, Thucydides lib. 6. non ita longe à fine describit. Liuius hic pluratiuo numero protulit, si codex non fallit, & portum ait, quod non intelligo.

Cum cetera admota, pluribusq; scaliis in mti.) 457.C. Cetera, scala intelliguntur: dura sanè composito, cum sensus non sit admodum obscurus.

Quippe ad Epipolas frequenter custodijs locum.) 457.D. οἰπόλας apud Thucy'didem eodem libro, locus præruptus vrbi imminens. Liuius duntaxat nominat.

Partiū sensu non satis pertinente in omnia.) 457.E. Quidam pro pertinente, emendarunt pertinente: sed non placet: tolerabilius erat si pertinente emendassent, ut Valla fecit, sed pertinente, quod veteres habent codices, placet, & sensu partium coniungendum est.

Epicides ab insula, quam ipsi Nason vocant.) 457.E. Idem Nason duplicit ill. exhibuerunt, sed Nason legendum. Nam Dores (cuius gentis & Syracusani sunt) πάσσον pro πάσσον, ut πάσσον pro πάσσον dicunt, & mille similia, ut vide est apud Theocritum. Insula autem illa à cetera vrbe muro separabatur, quem post Tyrannorum cedem diruerant, in ea erant horrea publica, eratq; in arcis modum adiuncta.

Ad Euryalum signa referri ius sit.) 458.G. εὐρύαλος est apud Thucy'didem, quo loco ascēditur ad Epipolas. Tu vide a cum Liuij verbis congruat.

Castræ; pro mure tectis parietum septa.) 458.H. Quidam transpositis aliquot verbis, ita legunt: Castræ; tectis parietu pro muro septa, manente nihilominus sensus obscuritate, cui ego sane mederi nequeo.

Cum C. nauibus post paucos dies rediit.) 458.K. Hic C. ait nauibus, post paululum verò CXXX, nauis longas LXX. onerarias memorat, duplū sanè numerum, deeadem vtique profectione, ut puto. Nam eum bis rediisse, mihi non sit verisimile, etiam si Liuius dicat iterum cum classe profectum.

Multo tamen maior vis pessis Pœnorum ca.) 459.C. Merito haec asterisco notata sunt in quibusdam codicibus. Nam ea ita sonant, quasi Romanorū hostes diu circunfederint Syracusas, cum contrā de Romanis hoc verum. Illud quoque, Ex hostiū exercitu, incerta est distinctionis, ad priorāne, que mutila sunt, an ad posteriorare referendum.

Alterum quindecim ab ostio.) 459.C. De quo ostio loquatur, non admodum clarum. Quanquam non ita multo post ybi. Merico custodia euénit portio, ita ait: Partibus diuidendis ipsi regio euénit ab Arethusa fonte vi que ad ostium magni portus.

Et quanquam tot mala virgerent negaret fortu.) 460.H. Et hinc locus in aliquot codicibus, asterisco notatus est, fortassis quod dicendi genus temerè hoc contextu mutatum est. Ex exercitu autem Siculorū extra vrbe Syracusas fuisse, præcedētia satis indicant. Cauda etiam orationis Syracusanorum quam inter se habent, apud me male tinnit.

Qua quisque terra, quisque mari venerit.) 460.K. Quod quisque terra, quisque mari venerit, recte alij emendarunt. Locus sumptus ex Iliados, «vbi Hector gloriā suam auētam putat, si occiso Aiace, olim de ipso dicitur, hic sepultum Aiace ab Hectorē occisum. Tractate undē locum Gellius lib. 15. cap. 6. Sed & hæc oratio Syracusanorum ad Marcellum aliquia parte defecta videretur: quare in aliquot codicibus asterisco notata. Hæc enim verba, incolumesque Syracusanis familiæ vestræ non bene cohærent superioribus.

Remulco quadriremis trahi.) 461.C. Remulco Grammatici

matici exponunt, scaphis remigio actis. Quod si vere dicunt, quid igitur sibi vult, hic quadriremis? nisi quis intelligat remos quadriremis nauis. Remulco enim trahitur nauis, quoties alteri allegata, non suis remis agitur. Appum exempli est lib. 7. quartae decados, ubi Rhodij aduersus Hannibalē in mari Pamphyliē feliciter pugnant. Contemplatus (inquit Liuius) Eudemus hostes claudas multatasq; nauis apertis nauibus remulco trahentes xx. paulo amplius integras abscedenteis, &c.

Ad verbum nomine Anitorgin.) 463. A. Multa sunt nomina virium apud hunc authore, prorsertim Hispaniarum, quæ nō temerè apud alias reperias, vel, vt multi existimant, quod pleraque defecerint longa ætate oppida: vel, vt ego puto, corruptis temporum iniuriis codicibus: quanquam vtrunq; in causa esse potest. Hoc in vniuersum uno verbo dicere volui, ne lector nimiū se torqueat, quemadmodum stulto mihi accidit. Neque enim inuidio alijs, si carpento illuc vehtantur, quod pedibus ego iter feci. Annitorgis vrbs Sueßaniq; populi eiusmodi sunt, ac alijs in locis multa his similia.

Anno octauo posteaquam in Hispaniā vene. Cn. Scī.) 465. B. Hic seprimus est annus huius belli, non octauus. Nam anno primo P. Scipio cū Sempronio Longo cos. fratrem Cneium in Hispanias misit, vt ipse author lib. 1. huius belli tradidit. Itaq; postea non ita longè ab initio Martiana orationis, legam: Neusē, neu inuidios per septem annos in ijs terris milites suos, &c. facilis autem est lapsus ex numero vii. ac viii. vñ in alijs multis.

At id, quod ne timeatur fortuna facit, minimè tuti sunt homines.) 466. K. Quidā emendarunt, ad id: & sunt profint, sed nihil clariore facta sensu. Tum quæ sequuntur verba, non minus obscura sunt. Quæ ideo admonemus, vt exemplaria vetusta eò diligentius inspiciantur.

Pars ignis eicas stramento arido tectis iniciūt.) 467.

C. Dura est hæc cōpositio, nec facile dixerim quām displiceat, sensus tamen intelligitur.

Ad triginta septem millia hostium cesa.) 467. E. Valerius Maximus lib. 1. cap. 6. triginta octo millia prodidit. in vtrius authoris codice sit error, non facile pronuntiatur, quanquam res non est magni momenti.

Libyphœnicis generis Hippónatis.) 468. H. Quidam Libyphœnicum legit, vt generis cum Hippónatis coniungant, quasi qui ex Hippone natus fuerit. At ego Hippónates (quanquam varie hoc loco legitur, Hippocinatis, Hipponiates, &c.) nominatiū casus esse puto, & non men Nutines esse. Itaq; coniungenda Libyphœnicis generis. Fertilissimum autem solum tenebant Africa Libyphœnices inter Bragadam ac Syrtim paruam, quo loco eos etiam constituit Ptolemaeus.

Non tam Mutinis consilio quām fiducia magis auti egredi.) 468. H. Hoc tam, sublatū est propter aduerbiū magis, vult enim dicere, eos non magis consilio Mutinis exilie, quām eius fiducia, quæ res illis tandem male vertit. De Himerā autem dubium quem fluuium dicat. Ego eum, Ptolemaeus eo in loco ponit, ubi alij Celā. Est etiam Himerā quem Strabo ait per mediam fluere Siciliam, exonerariq; in mare ad occiduam insulæ partem. Meminit & Plinius. lib. 3. cap. 8. Ac de hoc suprà ab initio lib. 4. huius belli mentio est, ubi Hieronymus tyrannos legatos cum mandatis Carthaginem misit.

Coss. creauit Cn. Fulvium Centulum, & P. Sul.) 469. B. Omnes Liuij codices abfīg; numero Centulum ponunt, vt sit alius abeo qui Coss. fuit anno ab Vrbē cōdīta 525. Sulpitium verò hunc quidam Seruiliū, quidam Galbam cognominant, Quinti filium, Galba certè ab initio libri sequentis dicitur.

F. I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM XXVI. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO-

TATIONES.

VIBVS P. Cornelius prætor in Sicilia præf̄set.) 469. E. P. Lentulus prætor Sicilia, quæ vetus regio erat, ab initio prioris libri dicitur, hic P. Cornelius. Nisi, quod exīstimo, idem P. Cornelius Lentulus fuit, vt L. Cornelius Lentulus huius anni prætor in Sardinia. At P. Cornelius Sylla prætor urbano prioris fuit anni. Fuisse ergo priore anno quatuor P. Cornelij in magistratu, Sylla prætor urbano, Lentulus Siciliæ, Scipio Hispaniæ imperator cum Cn. fratre, ambo ibi occisi, & Scipio P. filius ædilis curulis, cùm ei ad petendū non dum legitima ætas est.

Siciliæ Græciæq; ora cum legionibus classibusq; quibus præterant decretæ.) 470. F. Decreta habent omnia, quæ ego viderim, exemplaria: at decreta legēdum puto, quia ora præcessit.

C. Sempronius Blesus die dicta Cn. Fulviū.) 470. H. Hic lib. 7. huius belli non ita longè ab initio, Cn. Sempronius nominatur in plerisque exemplaribus, ubi à Q. Fulvio dictatore in Heretrium mititur.

Nam cum bis pecunia anquifisset, ter. ca. se anq. dic.) 471. A. Quia in plerisque codicib. deerat nominatiū verbis anquifisset, & diceret, ideo alij adiecerunt, tribunus, omnino de Sempronio intelligamus, vt locus ita legatur: Nā cum bis tribunus pecunia acquisisset. Si hoc exemplarium auxilio fecerunt, probatur: alioqui ad hunc modū multos dubios locos facile emēdauerint: fed ego non ausim mihi tātum indulgere, prorsertim in tam exiguo authore, quod tamē nostra ètate multi nōverentur.

Etiam si è vtrinque in hostem veritat.) 472. I. Et quæ præcedunt verba, & quæ sequuntur, obscura sunt. Hæc etiam, vt ingenuè fatetur, à me non intelliguntur.

Elephantī per media castra vadentes.) 473. D. Videri poterat in accusandi casu elephantos, & fecisse pro face rent, à Liui scriptum, sed legi etiam in nominatiū potest, vt tamen cōnectatur ad priora, quasi diceres, & elephantī cum facerent. Ceterū post facerent, nō colum, sed ἔπειρην ponā, vt Graci vocant. Porrò quæ sequuntur verba varie à diuersis leguntur. Ego autem ea ita legere: Immīsum ab Hannibale (& habituali quæ gna rum latīna lingua) qui iuberet Coss. verbis, &c. Vel ita: Immīlos ab Hannibale (& habituali quod gnarois latīne lingua) qui iuberet Coss. &c.

Duci Gladio, quod iam antē præsidij causa fecerat castellū ius sit.) 474. C. Illud, Gladio, quid sibi velit, nō equidem committīscī poteram. Codex Moguntinus Caſlinū legit: sed id non placet, cùm in Romanorum potestate iam esset Caſlinū, à Q. Fabio nuper receptum. Hæc ad eum modum quidam emendare temerè, cùm historię ordinare memoria non teneant. Nō est dubium quin Galatiam legendum sit, cuius meminit paulo antē cum Hannibal veniret Capuam & Tifatā, præterea paulo pōst, cum post captam Capuam Atella ac Galatia recipiuntur, & hic nunc item libro tertio huius belli, ubi Marcellus Nolam proficisciatur. Valla legit, duci ad id, quod iam ante, &c.

Per Sueſſulam Allianumque & Caſinatem agrum.) 474. K. Hęc Sueſſula libris tertio ac quarto prope Nolam nominatur, neutiquam in eo tractu quā à Capua Romam mititur. Sed in his itinerib. nomina corrupta aliquot locis, nemini dubium.

Inde præter Interamnam Nequinumq; in Freg.) 474. K. Nequinum in Umbria oppidum, ubi nūc Narvia est, inquit Liuius lib. 10. ab Urbe condita, Sabellicus Aqui num

num restituit, quod mihi quoque placere potest, donec melius inuenero.

Inde in Pupinii exercitu demissis.) 475.B. Id nominis non memini me vsquam legere. Item statim post aliquot versus. Media vrbē per Carinas Exquiliias contendit, ego exquiliiasq; legendū puto cum coniunctione. Nam duo fuerē loca, sive vrbis regiones Caring & Exquiliæ.

His mortis ad Turiam castra retulit.) 476.C. Nec hoc nomen vspiam prop̄ Roman ad vi. millia passuum inuenio. Nam quod in Hispania est, nihil ad hunc locum. Capenates quoq; qui sint, non fermè memini me legifse. Quanquam fuit qui ex fragmentis Catonis elegant. Capenam & oppidulum & sylam in Auentino fuisse monte. Idem sensisse & Fabium Pictorem & Sempronium. His fidem det quantam quisque velit, nam ego nihilominus haereo.

Aeris acerui, cum rudera milites religione inducti iacent.) 476.C. Quid sit rudera facere, ego planè non intelligo, præsertim si de militibus Hannibalis loquaris. Sin de alijs posterioribus annis militibus, non video quomodo inducti religione, qui templum non spolia-runt. Sed lectori id iudicandum relinquo.

Iterq; eius ab Reate Cupilijsq; & ab Amiterno.) 476.C. Etiam atq; etiam opera p̄ precium est hoc in loco considerare huius itineris descriptionem. Quomodo enim ab Amiterno orsus est qui paulò p̄st, & ad finem rursus, eō venisse dicatur? Cutilijs aut̄ Plin. ac Dionys. legendum. Forarū meminit Virgilius lib. 7. Aeneid. de Claufo, qui locus hūc iunare potest. Nō est apud me dubium hos locorum errores temporum iniuria accidisse: neq; verisimile est Liuium Italæ loca tām male tenuisse.

Id vnum ex ijs qui sibi rem aperiuisset arguere se parasse.) 477.A. Considera penitus hoc genu dicendi. Se paratam esse, inquit, id vnum arguere, sed vnum, masculini accusatiū est, vt paulò ante genitiū, scortum transfugitarū viuis. Verum hoc leuiculum, & vix dignum annotatione.

Vibius Virius, qui defectionis ab Romanis.) 477.B. Lib. 3. non ira longè ab initio hoc tradidit Liuius, vbi tamē nō Vibius, sed Subius Virius legitur, quod ibidem quoq; admonuimus.

Mortuum Appium Claud. sub deditio. Capua.) 479.C. Ipse Liuius hoc dicturus est paulò p̄st, vbi de Campanis dubitat senatus, postea quam Q. Fulvius abijs accusatus est. Continuo autem post de Tauræa, in his verbis: Sed cum inter ceteros ad palum deligatus, vide vt participium suspensum est. Hęc et si obiter à me notantur, suspicionem tamen dare possunt, deesse aliquot locis verba, quae diuinare absq; verusti codicis auxilio nulli reor posibile, tantum abest vt mihi quidam delegatus participium, in delegatur verbum mutarunt.

Ita ad LXX. princi. sena. (479.D.) Sic omnia habent exemplaria: qua quidem nos vidimus: sed legendum LXXX. Nam Virium sécuti sunt xxvi. Calibus autem occisi xxv. Teani xxvii. Summa lxxx.

Multitu.al.ciu.Camp.ven.) 479.D. Mira diuersitas a-pud Liuium de pena Campanis iniuncta. Hic enim venundatur multitudine ciuium: paulò p̄st, vbi frequen-tanda multitudine incolarum libertinorumq; & institu-ram opificumq; retenta. quanquam ciueis merito quis ab iam enumeratis separat. At non ita multò p̄st, Multi-tudo, inquit, ciuium dissipata in nullam spem redditus. Rursus eodem hoc libro post Syracusanorum querelam, cum & Campani auditi essent, diuersa senatus consulta Liuius recitat, his quæ hic narrat, non omnino conuenientia.

In Ausetaniis (is locus est inter op. Illiturg. & Mentis.) 480.C. Ausetani populi sunt citeroris Hispaniæ, vt praeter Plinius, Casarem, Ptolemaeum, reliquosq; clásicos scriptores ipse author lib. 1. liuius belli testatur. At Illiturgis ac Mentisla longè hinc oppida sunt prope flumen Annam, ac prope Castulonem Bæthycamq; Oretanorum, vt ex Plinio Ptolemaeoq; patet. Quare videndum num Oretani pro Ausetani legere velis.

Nec tamē quem mitterent satis constabat.) 480.K. Mi-
rum verò si Cl. Nero iam missus nō satis dignus erat im-
perio, qui prator, & item ante Capnā exercitus parti p̄
fuerat. Nec obstabat absentia, cum absenteis se p̄ nō mo-
dò imperatores, sed coss. etiam crearint. Licuit igitur
aut ipsum Claudium aut T. Fonteium, aut deniq; si in-
uidia non obstat, L. Martium facere imperatorem.

Iufsi deinde inire confusum suffragium.) 481.A. Con-
fusum suffragium non facile reperias apud Latinos au-
thores, quapropter quidam ex hoc loco sustulerunt. Bu-
dās tamen, immortale Calliæ nostræ ornamentum, in
annotationib. in Pandectas de testimonij confusis hoc
exemplum allegat: vt in vulgatis habetur codicibus, p̄t
terea tamen nullum adferat.

Tribuni p̄t ex autoritate sen. ad pop. tulerūt.) 482.L.

Notandus est hic etiam locus. Negatuni ait Marcello
vt triumphans iniret vrbem, sed ouans. Deinde per tri-
bunos plebis ad populum latum ex senatus autoritate,
vt ei imperium esset. Postremò eum in monte Albano
triumphasse. Apud Dionysium quid simile legitur, apud
hunc non item, vt opinor.

Alter Nassum, quodque ibi praefidij erat, prodiderat.)
482.K. In primo Syracularum introitu, de quo superiore
libro, nulla est mentio Sofidis: suspicor diuersis locis di-
uersos secutum Liuium authores, oblitum videlicet hoc
antea ab se non esse scriptum, vt prop̄ necessum fuit in
ranta rerum mole. Porro quod subiūgitur: Et quingenā
iugera agri Sofidi data in agro Syracusano, si de solo So-
fide, vt puto, intelligitur, quingenā legendum est, non
quingenā: nam Merico Hispanisq; , qui cum eo transie-
rant, alibi in Sicilia datus est ager, itaq; neq; distinguendū
ante Sofidi. Quidam etiam vetusti codices pro So-
fidi habebant, agri solidi, sed non placet.

Id M. Cornelio mandatum.) 482.K. Toto hoc libro,
maxime in sequentibus, id nomen suspectū. Libro quip
pe precedente, prætori Siciliæ P. Lentulo prorogatū im-
perium erat. Hoc verò anno Siciliæ prætor fuit C. Sulpicius:
præceptor autem P. Cornelius, vt ab huius libri ini-
tio ipse dixit author, sed idem est P. Cornelius Lentulus,
vt nos ibidem admonuimus. Quare & hoc loco, & in se-
quentibus, pro M. legam P. Nam in magistratu huius
anni catalogo prænomen Marcus nō reperias. Ceterum
Bellingenem hic nominat, cuius nomē priore libro, cum
Mericus ad Romanos transitionem pararet, omisit.

Ad eos Murgeniē desierunt terre.) 483.A. Alij Mur-
gentinæ emendarunt, sed Murgantinæ per a in secunda
yllaba legam. Murgantinas autem terras ait, non Murgan-
tianis: quia Murgantia antea ad Pēnos defecrat, vt
priore libro habetur: quanquam paulò p̄st rursus expug-
nata à prætore Romano P. Cornelio Lentulo.

Et M. Valerium absentes coss. dixerunt) 483.D. Ego
absentem legam, non absentes, vt refusat Valerium; nam
Marcellus Rome fuit, vt sequentia sati consuicunt. Et
Valerio adiiciendum n. quippe qui antē etiam fuit coss.
vt Liuius lib. 9. & 10. huius belli ostendit.

Eludant nunc antiqua admirantes.) 483.D. Quidam
mirantes legunt. Ceterum si mirantur, non vtique elu-
dent. Sed Pufillum hoc.

Forte ita incidit, vt comitij perfectis nūcia. T.O&tta.)
483.E. Hęc ita referuntur, vt qui legat, purer nescio que
subsequi, que tamen non sequuntur. Est etiam in alijs
libris locus notatus asterisco.

Confirmarunt authoritatē suā minore cum verecun-
dia.) 484.H. Sēfus est perquām obscurus. Quidā post ver-
bum, confirmarunt, distinxerunt, hęc omnia referentes
ad participium, extollētes. Alij post, suā, distinctionem
faciendam censem. Non nulli accusatiū in ablatiū
mutarunt authoritatē sua, sed vt ingenue fatear, sensum
verum non percipio. Qui post verbum, affirmarunt, dis-
tinctionem posuerunt, hunc sensum elicuerūt: Ätolos
se nimis impudenter laudasse, Rom. autem vim verē ex-
tulisse: hęc vtraq; ad cōmouendo: Ätolos iuuisse, quan-
quam nihil æquē mouebat atque Acarnaniæ potiundæ
spes. Sed hęc atq; sequentia mirilla esse suspicor.

Hi Thra.

Hic Thracum & Illyricorum reges.) 484. I. Vide hunc loquendi modum. Thracum Pleuratus erat Illyricorum Scerdiletus, quem Polybius Scerdilaidū vocat. Eosdem nominabili libro sequenti, & libro primo de bello Macedonico.

Et Oleniades Naxumque Acarnanum capt.) 484. K. Quidam Oleniada emendarunt, quod Olenus etiam in Aetolia. At nihil hoc ad Acarnas: ideoque ego Oleniadas legendum puto, ^{invenit} ac enim Acarnanum urbem, & apud Strabonem & Thucydidem repertas. Ita in posterio ribus quoque Lituij verbis: Aduerfus quos Acarnanum gens & viril. impar, & iam mœnia Oleniados Naxumque amissa cernens. legendum puto Oeniadon: & facilis in his lapsus est, quemadmodū sciunt omnes docti quid in Græci dictionibus ab octingentis iam annis, libris acciderit.

Inde Dardanorum urbem sitam in Macedonia.) 485. A. Quæ illa sit vrbs, non nominat, cum Ptolemaeus Dardanorum supra Macedoniam quatuor vrbes exhibeat, Scupos, Vlpiānum, Nessium, & Arrhibantium. Fortassis autem nomen omissum in codicibus.

Per Pelagoniam & Nymphæum, & Bœotia in Theff.) 485. A. Pro Bœotiam quidam Boeletum emendarūt, sed id nominis nescio an vspiam eo in loco reperias. Nam in Argiuis locus apud Pausaniam, huc non pertinet. Supicor legendum Berthœa. est enim ea in itinere ex Dardanis in Thessaliā.

Ad Phragandas igitur vasa, arg. & vrb. Iamph.) 485. A. Ne hæc nomina apud vilium authorem inuenio. quod ideo ad monendum duxi, vt codices vetusti eò diligenter perquirantur conspicianturq;.

Vltra Clinen est profectus.) 485. D. Moguntinus codex habebat Clymenen: sed neutrum nomen valde obviū apud authores.

Comprehensa postea priuata ædificia (neq; enim tum basilicerant.) 486. G. Inniuit, opinor, suo tempore in ordine post tabernas fuisse basilicas, vbi olim priuata ædificia, alioqui frustra fuerit hæc parenthesi. Latumias autem ex Græco esse & maximè à Syracusanis, qui eas instar carceris habent, fatetur Festus, immutata nimurum voce. *λατούμια* enim apud illos dicuntur, vt videre est apud Thucydidem lib. 7. ad finem.

Clarissimarum urbium excidio celeb. vir. vi. & bell. ac. in vr. ad.) 486. K. Miranda cōpositio, vt sunt multæ apud hunc authorem qua tamē intelligitur. Laurentius Valita emendauit: Nunc circunsūsus multitudini, simul & Siculis obuiam egressis potestate Romam adeundi fecit, & non nullis vel æmulis querimoniā præbuit, clarissimarum urbium excidio à celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducēs. Hæc ille, que quām benē habeant, lectori judicet.

Eæ quatuor exâ legiones vrb. duæ se pè anni.) 487. A. Si de eisdem legionib. loquatur, non procedit: sed de alijs haud dubi intellendū. Qui enim fieret vti in Galliam mitterentur, cum coss. alter in Siciliâ iturus esset?

Marcellus si iam auditæ satenu Siculi, &c.) 487. D. Illud siuam quid referat, perambiguū est: alij ad satenum, alij ad Marcellum comparant, ego lectori iudicandum relinquo.

Rapiente fato Marcellum ad Hannibal.) 487. E. Hæc Liuus ita refert, perinde atq; hoc consulatu, quo quartū fuerat cos. Marcellus, occubuerit, hoc est non huius belli anno, cum ipse quintum cos. annis duobus post hunc occubuerit, videlicet huius bellū undecimo.

Talia cōquestos cum exceedere ex templo.) 488. H. Ex templo, duæ orationis partes videntur. Nam postea Marcellus ita orationē conclusurus inquit: Et quoniam coram & Siculorum & mea verba audistis P. C. simul templo excedemus. Alij præpositionem ex, ante templo sustulerunt, quod placet.

Nec mihi ipsi congresso ad portas cum princ. respon.) 488. K. Hoc nusquam de ipso Marcellō antē prodidit, quod equitem sciam, sed de eius legatis. Item quod continuo subdit, Apud Hannibalem & Carthaginenses viatos, se-

fe iustius, quām apud viatoris populi Rotiani senatum quererentur, quidam emendarūt, viatosq; sed neutrum admodum placet: & quia nihil aliud quod reponam habeo, in medium lectori coniiciendum relinquo.

Eos libertatem sibi suisq;, & honorū aliquip. par. or.) 489. D. Hæc verba ita ponuntur, quasi pro solis nobilibus roget libertatem, bonorumq; partem, ac non pro omnibus Campanis. Oratio mihi mutila videtur.

In confilio, inquit arbitror me fuisse Consulibus Capa.) 489. E. Procos. Claudius ac Fulvius Capuam cepere, non coss. Præterea vide num potius concilio legendū. At hæc leuicula.

Idque & apud maiores in Sutrianis factum est.) 490. F. Id si benè habet, oportet secunda decade scriptum esse, nam in prima nusquam puto inueniri. Satricanorum ciuitatum Romanorum quidem meminit lib. 9. ab Virbe condita post Caedinas furcas, sed nihil tale de illis ibidem narratur.

Quod senatus maxima pars censeat, qttii assidés.) 490. G. Solennia sunt verba, vt puto, ideoq; velut impedita, quæ nostro more notamus, si fortassis corrupta sint, vt ex codicibus emendatis restituantur. Præterea & harum mulierum nomina propemodum alia apud Valerium Max. lib. 5. cap. 2. de gratis reperiā.

Néte quis eorū qui Capuē fuisse.) 490. H. Hic velut aliud decretū de habitationis loco incipit. nā alioqui plænō intelligo. Ergo libertas data, sed habitatio mutata.

Nunc ad militiam paruo ære emendo, nunc remig. imperan.) 491. A. De Volonibus quidam priorem huius orationis partem intelligunt: sed h̄i id esset, fortassis & sequens propter nunc geminatū. Nisi quis potius de paruo stipendio, quo milites conductos cōqueruntur, eum loqui intelligat.

Et libras pondo vt salinū patellasq;) 491. C. ad libras pondo. cum non addat cuius rei, aurine an argenti, non video quomodo intelligendum. Nam quod quidam distinxerunt ante argenti, & post verbum relinquant, quæ vtræ; precedunt, mihi non probatur. Valla legit libras pondo. Hoc quoq; mirum alicui videri poterit, cum lego Oppia nulli mulieri licuerit habere plus femuncia aurri, vt lib. 4. sequentis decados habetur, hic permisum esse vt vxores filiae auri plenas vincias habeant. Neque enim Oppia lex in terea temporis lata erat, sed antea. Verum lectorum iudicio hæc committimus.

Nec deductis præsidij spei liberā vel obn. tim.) 492. G. Quidam timoris, pro timore reposuerant. At ego sensum non ad amissim intelligo.

Salapiæ principes erāt Dahlus & Blactius.) 492. G. A. pud Val. Max. lib. 3. cap. 8. (si codices non fallit) Blasius, non Blactius legitur: quæ ideo annotantur nobis, vt lector ipse videat utr ex altero emendari debeat.

Nam ad quatuor millia hominū frumentatum egredi.) 494. F. Quidam contra vetustiorum codicum fidem emendarunt, egressa, pro egressi: quasi cōtra grammatices precepta st̄, si quis italoquatur, quartior millia hominum egressi, cum non ital longè p̄st Liuus ipse de Agatirne (quā Agathyrsum Strabo vocare videntur) multitudine in Italia à Leuino cos. traduēta, italoquatur: Quatuor millia (inquit) hominū erant mixti ex omni colluvie, exules, obserati, &c. Nec distinctio hoc tam adiuvat, quām quod licet etiam ita loqui, inuitis grammaticis.

Trepida fuga incidentes.) 494. F. Incidentes legendum, non in incidentes. Sed id non difficile animaduersu. Porro quod sequitur: Semiaperit portarū foribus in urbem compulit, ne vrbis eodem impetu caperetur: ita possum est, perinde atq; Liuus dicat: ideo C. Perusium hostes in urbe compulisse, ne vrbis eodem impetu caperetur: cum cōtrà hoc velit innuere, ideo semiapertas fuisse portarū foreis, ne vrbis à Romani eodem caperetur impetu. Hæc si cui videbūtur friuola, argutiora ne quām vñic referatur, meminerit Laurentiū Vallā de Latina lingua optimè meriti, lib. 1. elegantiarum capitibus aliquot, & lib. secundo item, minutiora longè, etiam seriora tractasse, vt Aul. Cellium rāceam, in quo sunt quædam multo minus

minus vlla tractatione digna. Quanquam hoc quoq; le-
ctor scire debet, apud hunc nostrum Liuium multa alia
familia esse, à nobis studio, non temere neglecta, sed obi-
ter quadam indicata, quadam omnino omissa.

Et nescio an ynam Hispaniæ oram quæ no. ad ma.)
496.K.Carthaginiis noue portum præferre videtur om-
nibus alijs portibus ad oram Hispaniæ. Sed hic locus à
Beato Rhenano rectè restitutus est.

Vt eodem tempore exercitus ostenderet.)496.K. Et
hunc locum rectè restituit idem Beatus. legēdūm enim:
Vt eodem tempore Scipio à terra exercitum ostenderet,
clafis portum intraret. Quid autem versu sequitur pro-
ximor: Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum est si-
mul terra mariq; hīc distinguendum puto. nam quæ se-
quuntur verba, de pedetri exercitu intelligenda sunt.
vbi proximo rursus versu dua voces, frons & tergum, hi-
rum quām lectorē morentur. De Calixtis enim ait, his
ab tergo (nam frons natura tuta erat) obiectū vallum.
At quæ frons castrorum, quod tergum, scire nō possum:
cum verisimilius sit frontem dixisse quæ vrbem specta-
bat. quam quidem partem non muniuit, vt ipse postea
dicturus est, vt subeunti sepè ad moenia vrbis recursus pa-
tēret. Verūm quid munire oportebat, cum natura tuta
erat?

Continenti vrbem iugum ducentos ferè, &c.)497.A.
Manifestè ingum hic appellat, quod Græci ισπόν vocant.
In pte meo iudicio, Suidas λιθούρ ait mare inter duas ter-
ras, cùm contrā iugum sit inter duo maria. Sed non est
nunc de his disserendi locus.

Opera & difficultia esse, & tempus datura.)498.C.Hoc

datura, in daturum, temere à quibusdam mutatum est,
vt diligenter legenti patet.

Sed quodecim ad anticipes vtrinque ictus.)498.I.
Comparatio est vtrinque Romanorum oppugnantium
hinc à terra, hinc à stagno. Hic à terra ingentem offendit
difficultatem, sed hæc verba corrupta videntur, neq; ve-
rus ex eis elici potest sensus: sicut nec ex his quæ non ita
longè deinde sequuntur: Et mox cardendo confectis ac
distractis, ne iter impeditur, foribus, armati impetum
ficerunt.

Cornelium Claudiū de medio adiecit.)498.E.Hunc
paulò pōst P.Cornelium vocat. Illud Claudium, mihi su-
spicuum. Quidam in Caudinum mutarunt.

Quod admoti tantæ dignitatis non tam aduocati.)
498.E.Tantæ dignitatis, ad viros referendum quos ad-
uocatos vocat. quare temere quidam indignitatis muta-
runt, referentes ad certamen.

Haud magni ista facimus, inquit: quid enim h. for. n.
f. est?)500.I.Hæc verba non intelligo, habent enim argu-
tiam, quam neutiquā assequor. ceterū ea mutila con-
iūcio. Ipse lector iudicet.

Ne quid, quod sanctum vsquam esset, apud nos vio.)
500.K.Ita habebant veteres libri, & mihi etiam placet.
Quidam mutarunt nos, in eos, distinctionemq; postea
subiunxerunt, quām benē ipsi viderint.

Præpilatissimū; misilibus iac. sunt.)502.F.Cuiusmodi
misilīa præpilata dicantur, adhuc quaro. Quidam libri
pilatis habent.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM XXVII. HENRI CHI GLAREANI LORITI ANNO- TATIONES.

ATELLANIS Calatium migrare iussis.)
504.G.Calatia & Calatia varie scriptum
reperias. De Calatinis, Atellani ac Cam-
panis decretum factū erat, sed video hic
de Atellaniis mutatum.

Par numerus Romanorum sociorumque eodem in
pref.)504.G. Multi de hoc loco dubitarunt, quomodo
post vrbānum exercitum subiungat, Romanorum, qua-
si Romani non essent de vrbāno exercitū, sed intelligenti-
dum de exercitu vrbāno mille millos, quorum quingen-
tierant Romani qui genti socij.

Regem nec iniiciorem vlli populo quām Carthag.)
504.I.Hoc loco inimicum Carthaginensib. facit Syphac-
em, vt libro etiam quarto. Ceterū libro sequēte ei fœ-
dus fuisse cum Carthaginensibus ait ea tempestate, quæ
tribus fuit elapsi annis postea, nulla interim facta men-
tione mutationis, vel cum Carthaginensibus vel Romani.
Sed de his rebus ibidem dictū sumus.

Er terna pondo pateræ aurea.)504.I.Ternū pondo
legendum censem, alioqui absurdus erit sensus, & in his
etiam facilis est lapsus.

Eumq; quem populus iussisset diceret dictat.)505.D.
Hic popul⁹ iubere dicitur: paulò pōst, plebs sc̄iuit: rursus
deinde populus iuber, cui subne&tetur, ex eodē plebi&tū.
Videndū lectori, num populi iussum dicere velit ple-
biscitū. Deinde quomodo plebs sc̄iuit, cum ante eius cō-
cilium Leuinum Cōs. clām nocte in prouinciā redierit.

Galeria iuniorum, quæ fortè prærogatiua erat,)505.E.
Præcedente libro, eo in loco vbi T.orquatus renuit con-
sulatum, prærogatiua (inquit Liuius) cētūria iuniorum
declarauit T. Manlium Torquatum. Hic nunc vocat Ga-
leriam. Ego sanè quid sibi id nominis velit, non intelli-
go. Si equitum est ordo, fortassis à Galero nomen habet.
Sed ea coniectura dūntaxat est. Vegetis lib. 1. dere mi-
litari cap. 10. līxas Galerios vocatos suo seculo testatur.
Vox estrara, ac fortassis corrupta.

Qui nequæ magistratum continuari satis ciuile esse.)
505.E.Pro consulatum Q. Fuluij æquar Cōsulatu: alio-
qui quomodo ei continuaretur imperium, qui hoc an-
no fuit cōs. Nisi de dictatura hoc intelligendum.

Nanq; Cn. Seruilio cōs. cum Flaminio.)506.F.Mi-
rūm, Liuium ne uno quidem verbo huius plebisciti me-
minissem sub cōs. Flaminio. Exemplū autem de Posthu-
mio Megillo fuit anno ab Vrbe cond. 462. quando cum
eo cōs. fuit C. Iunius Brutus (quem codices alij Cn. alij
Bubulum, alij Bubulcum vocant) secunda decade lib. 1.
Athoc plebiscitū à Liui omisum est hac decade.

Circumacta in dead alterum insulæ latus Carali.)506.
H.Ptolemaeus Olbia Caralin; codem Sardinia late-
re ponit, videlicet ortum spectante: quare nō video quo-
modo hic locus conser.

Et Censores hic annus habuit L. Veturiū Phi.)506.
H.Dubium hic est, de priorē anno loquatur, an de hoc
præsente: nam, hic annus, ait, non superior. Atqui hic can-
no L. Veturius Philo sīr prætor peregrinus cum Gallia
prouincia, vt paulò pōst exhibet Liuius. Num igitur si-
mul Censor? nō opinor, nam Censor hic moritur. At pau-
lo pōst ædilis curulis iudicis Romanos instaurat. Necesse
igitur est plureis fuisse eo nomine. Cicero videtur Philos
vocare, non Philones, ex quo multi in Litio cognomi-
na mutare in prioribus ausi, hic tamen nō emendarunt.
Fieri potest ἡτερόλητον fuisse apud veteres.

Ingressum eum in curiam, cum L. Licinius prætor.)
507.D.Quidā legunt, ingressum eum curiam. Ad id par-
ui momenti. Id magis refert, quād hæc acta, disquirere.
hoc enim anno neutiquā prohibitus est Valerius, sed po-
steriore, etiam si hoc anno captus. Eius rei causa est, quād
huius anni nō L. Licinius prætor vrbanus, sed C. Hosti-
lius fuerit, sequente verò anno L. Licinius. Est autē ve-
hemens error in Liciniorum prænominiis. P. Licinius
Crassus pontifex max. cuius hic est mentio, sit prætor pe-
rigrinus anno sequenti. L. verò Licinius Varus prætor vr-
banus.

banus eiusdem anni, qui tum Valerini flatinam est curia educere conatus est. Quanquam fieri potest ut duo P. Licinius Crassus & Varus fuerint. Sed cum hoc loco L. Licinius legature etiam anno sequenti ita legendum, si quidem hic recte legitur.

Ex fuere Ardea, Nepete, Sutrium.) 508.I. Hunc locum ferè in exemplaribus corruptum, quidam è libro nono, vbi rursus enumerantur, emendarunt; & recte mea quidem sententia. Nam Lacates quod hic erat, nusquam est apud autores, quod equidem sciam.

Signini fuere & Nolani & Norbani.) 509.B. Cum inter hos colonos Signini Nolaniq; ad inferum inclinent mare, Brundusini autem Hadriani ac Ajiminefes ad superum, Luius videtur velut ad vnum omnes posuisse. Nam subiungit: Et altero mari Pontiani, & Paetani, & Consani. Paetum quidem oppidum est maritimum Lucanorum, authore Ptolemaeo. Consani tamen vix legerim, sed vel Cossani, vel Compansi, quemadmodum etiam libro tertio huius decados admontuimus. Quidam pro Nolaniis Venusios substituerunt.

Inde quingenta pondo data coss. & M. Marcel.) 509.C. Quingena legendum, neque aliter diuisio constabit, imò nec latinitas ut intelligamus, his quinque singulis clara quingenta pondo, Fabio autem centum pondo. Restabant mille & quadringenta, quæ in Hispaniensis exercitus necessitatibus sunt reliqua.

Districtus gladij discinctos destituit.) 510.C. Discinctos quid sit, vt cuncte intelligit ex Seruio lib. 8. Aeneid. ad finē ad illud Virgilij, discinctos Mulciber Afros. At illud Districtus gladij non admodum. Sed perpendathoclestor. Beatus legit, districtus gladij cinctu destituit.

Harpini, & Lucani, & Volscenses.) 512.K. Plin. lib. 3. cap. ii. Volscenos vocat proprie Numifratios.

Atri L. 22. millia pondo.) 514.F. Quantumvis Tarrentum ciuitas dittis erat, hec tamē summa suspecta mihi est. Nam Capua capta LXX. aurū pondo ad quæstores relata priore libro retulit Luius. Plutarchus in Fabio tria millia talentū relata in ærarium scribit. Quare hac ita legam: Argenti vi singens, facti signatiq; aurū LXXXIII. pondo, aut fortassis sic: auri argenteique vis ingens, facti signatiq; auri quidem LXXXI. pondo: argenti tria millia. Sed hic videat lector quid addendum putet: talentum an pondo.

Neq; enim se repre. morem, ho.) 514.K. Quidam pro morem emendauerant nomē, sed displacebat, quanquam obscurus est sensus vro legatur modo.

Etantè deditori & pridie captorum.) 516.G. Necesse est hoc loco, ut vnum diem intercessisse huic plausu pregnæq; intelligamus: aliqui illud pridie, quid sibi velit, non planè video.

Tunicam latoclauo cum Hispano sagulo.) 516.I. Quid latoclaus sit, omnes intelligunt, at tunicam latoclauo, non item. Similem locutionem inuenies lib. 10. de donis Mafanissæ missis. Nisi quis locum ita legendum putet: Tunicam cum latoclauo ac Hispano sagulo, sed ego non temere mutauero.

Fecit ante diem tertium nonas Quintiles.) 518.K. Salustius ita loquitur: Ante diem vi. Calendas Nouembres. Et Cicero oratione primâ in Catilinâ: Ante diem XII. Calendas Nouembres. Et paulo post. Qui dies fururus esset in ante diem VIII. Calend. Nouembres. Ruris paulo post. In ante diem V. Calend. Nouemb. Nisi codices omnes fallat. Sed dubium est, certumne diem significare voluerint, & quænam, præsertim cum præpositio in, adjicitur: id quod lectori iudicandum relinquimus. Nam hoc loco quidam ad III. nonas legunt.

Interfecti Au. Manlius tribunus mil. & ex du.) 520.K. Videri potest prolepsis, ut quod isti genere dictum sit, per species explicetur. Sed mihi occitorum nomina omilia videntur. Quidam interfactus legunt: si fide codicum fecere benè habet locus.

Rhion incole vocant.) 522.H. Luius fretū Rhion vocatū perhibere videtur, cum Strabo lib. 8. ac Ptolemaeus promontorij id nominis tradant, in modū falcis produ-

cti longitis, vnde & Drepanum vocatur. Ipse Luius pati lò pōst ab ipso Iudicro regem Philippum profectum ait Rhium ad indicatum coelicium, vbi urbem facetur. Niſi quis pro Rhio Ägitum eo in loco legatum paret, quemadmodum libro sequenti Ägitum cōciliū Achæorū indicatum dicitur. Quanquam eodem libro Luius Rhion sauces sinuī Corinthiaci interpretari.

Romanis restituere taret Athamanis.) 523.A. Quidam hunc locū ita emendarunt: Sationis restituere taret Athamanis, Scertileto, & Pleurato Parthifi. Sed ego hoc puto absq; exemplaritum fide factum. De deditiorib. hic agitur, non solum de pace, locis hatid dubiè est in titulis.

Per Achaiam Bœotiamq; & Bœobati.) 524.G. Bœbei dem recte, mèo iudicio emendarunt Sabellitus. Bœoba nihil est. Eubœa autem (quod Aldintis codex restituit, & quidam alii eū fecuti) huc non quadrat, quod facile yicitur geographicæ non in imperitus.

Orestidem iam tehere, ac descendere in Argostauum.) 524.H. Orestidis situm foras Ptolemaeus magis Astralenti ponit, quām ut huius profectioni cohuieniat, cum sit magis ad Boream. Ceterum Argostauum nomen nondum inueni. Vide hie Ästrauum ex eodem Ptolemaeo legendum post aliquorū item versus T. Manlio Torquatos, non L. Manlio reponendum, ut sequentia satis luculentur ostendent.

Vt & rūs migraret, & per multos annos & vrbe.) 525.A.

Si hæc vera sunt, qui fieri potuit vī Tarentina p̄fueſit arcis? Ideoque lubens crediderim eūs arcis praefectum fuisse M. Luium Macrinum qui paulo antē ob amissum Tarentum in senatu ab inimicis accusatus, ceterum ab hoc Luiu Salinator stante defensus, & in Ciceronis Catone mecidum esse vell librariorū, vel memoriae vel deniq; historiæ apud autores variata, ut sèpè fieri solet. Huius rei libro 4. huius decados etiam lectori admo- huimus.

De reconciliatione & gratia eorum in feliciatū auctū est.) 525.D. Quidam emendarunt de reconciliatione etiam gratia eorum, quod quare fecerint, nō cōquidem intelligo.

Alteri aduersus Hannibalem Brutij Lucani.) 525.E. Et quare non Brutij Lucanique, aut, Brutij & Lucani? Sed hoc pūſſum dōvēt est, quo gaudent Luius. Item non ita multò pōst de numero censorū capitū ait: Minor aliquanto numerus, quām qui antē bellum fuerat; cum in Floro sit propomodum duplus. Vide igitur vter locus exaltero emendati debeat.

Supra dies XXX. nō pernoctatuſ extra tricenia.) 527.C. Quid sibi hæc verba velint, fateor ingenuè me non intelligere. Nā si p̄scolonia loquitur quid addit. Donec hostis in Italia esſet? Quanquam sunt qui putent illi vacatione dari, vt non in toto tempore adesse coepantur, sed XXX. dūntaxat dieb. quādū hostis sit in Italia. At mihi hac declaratio non fit satis, iudicet lector.

Et cum p̄munita pleraq; trāſitu fratriis quæ ante iniua.) 528.F. Munita intelligo, p̄tua facta. Ceterum mūrum quo pacto Luius in mentem venerit, vt citinera per Alpes ante Hannibalī transitū inuita scribat, cūm tamen lib. 5. ab Urbe condita Callos sèpè transisse Alpes fateatur, etiamq; eos qui aduersus Clusinos armis snoterūt, ac Roniam postea deletere, neget primos fuisse quī in Italiā Gallorum profecti sint. De Gallorū antiquiore in Italia tranſitu, multi ante & post Luium eximij meū minēre autores. Plin. lib. 12. cap. 1. C. Caesar lib. 6. vbi de Volscis Teclofagibus, Strabo quoq; lib. 4. de Venetis: vt non fuerit opus vntim in hacre sequi Polybium.

Et mille ferè & quingentos p̄s. caſtra ab host.) 529.A.

Hoc versu mille & quingentos ait p̄ſſus: proximo autem statim q̄te sequente, quingentos ait p̄ſſus fuisse inter caſtra Punica ac Romana, cum interim tamen non meminerit propriis accelsis queñquam. Suspicio codicūm esse errorem.

Iam primos occupauerite equeſtris terror.) 529.C. Primos Pœnorū intelligimus à Romano equitatu tertia legiōnis territos, deinde etiam legionem succēſſile quæ

plus terroris attulerit. Ergo vel equestris vele equitis legēdum, non autem primos equites, neq; enim Romanie quites territi erant. Vetusiores codices bene habebant, sed quidam mutarunt, hæc absq; iudicio legentes.

Per agrum Larinatem, Matruccinum, Ferentanum. Præput.) 530. F. Quidam Ferentinum emendarunt, sed male si Plinio credimus, qui lib. 3, cap. 11, Ferentanos hos vocat populos. Ita etiam Ptolemaeus, qui Larinum oppidum ijs adscribit. Idem Plin. cap. 13, eiusdem libri, Prætutianum agrū prope Picenum ponit: Ptolemaeus Prægutios eos populos vocasse videtur. Prætutianum igitur legendum non Prætutianum. Secundo libro huius decadōs etiam huius itineris facta est mentio.

Profectus nocte flexit in Picenum.) 530. I. Picenum regio ad Vimbros, A nconam vsq; tensa, in hanc tandem ventum. Ac Piceptes vicini Lucanis ac Hirpinis ab alteris originem duxere, vt refert Strabo lib. 5, ad finem. Hic verò Liuius vel Picenū accipit pro Picentibus, si fortassis vetus nomen his mansit: vel potius flexit in Picenum, hoc est, iter aripiuit, quod non in Lucanos, vt exclamari ius sit, sed in Picenum ducebatur, etiam si adhuc longè distabat. Verum paulo antè populi per quos sendum erat, enumerati sunt: ergo in Picenum tandem vt diximus, ventum est.

Roma non minus terroris actum erat quam fuit biennio. an.) 530. I. Pro non, quidam haud reposuerunt. Atid pusillum. Ceterū cum Hannibal ante urbem fuerit an-

no octauo huius belli, atque hic sit annus duodecimus, quis non viderit legendum quadriennio, pro biennio?

Scuta vetera hostium notauit.) 532. F. Vetera quæ dicere potuit, si iam aduenierant? Sed verè vetera videbat scuta, quæ antea non viderat: quæ etiam noua non minus commode dixisset opinor.

Per tortuosam sinuus flexusque cum er. voluens.) 532. K. Cum errore voluens, obscure dictum, quomodo cunq; interpretetur. Suspicio locum corruptum. Multa hic egregie restituit Beatus Rhenanus, obscurè etiam dicta, quæ præcedunt aliquot versibus.

Post aciem circunducit, & nō host. mo. sed etiam s. in op. in sinistrum.) 533. C. à Romanis Claudius in dextro, Liuius in sinistro cornu in media acie prætor pugnabat. A Poenis contra Claudium stabant Galli, contra prætorum Ligures ac Elephanti, contra Liuium Hasdrubal cum Hirpanis. Inter Claudium ac Gallos collis oppositus arcebat, ne aut à fronte aut ab latere aggredirentur, ut ipse tradit author: quares efficit ut Claudius post aciem cohortes circunduceret. Sed obscurum id est, postquam aciem: non hostiū propter montem: ergo Romanam. Verum sic non in sinistrum hostium latus incurrit, sed potius in dextrum, atque adeo etiam eorum qui in dextro cornu Hasdrubalis erant.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM XXVIII. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO-
TATIONES.

Non transitu Hasdrubalis, quātum in Italiam decl.) 535. E. Quidam emendarunt, in Italia: sed quam bene, ipsi viderint. In Italiam, malim. Idem hac semipagina posita, ita scutata, pro scutatorum reposuerunt, quod & ipsum non placet. Notauit hoc etiā Sabellicus. Oppressum erat.) 536. I. Ethoc quoq; in oppressa mutarunt, vt referant ad materiam belli. Potest rāmen oppressum referri ad conflatum bellū. Lectori judicet numeratio hie, cui deesse aliquid propemodum mihi persuasi. Quidam oppresserat legunt.

In Melissum finibus est sita.) 536. K. Non fermè reperias apud scriptores vel Oringis vel Melissum nomen in Hispanijs, etiam si cum tempore nomina mutata sint. Quidam Melissum emendarunt, sed nec id compertum habent.

Roman. v. & xx. quinquaginta regia. v. & xxx.) 536. E. Ita veteres habet libri, vt regia clafsis decē superaret natiuit. Quidam posteriorem numerum priori similem legunt: id si ita esset, opinor Liuium dictum fuisse, regia totidem, nō v. & xx. cum is numerus iam praecesserat.

Tum præsidium urbi mittit, unde allatum erat.) 538. G. Quæ sit ea urbs non explicatur, & è Lemno iam celestis Attalus. Ideoq; is locus rectè notatus est afferisco qui budam in libris, fortassis vt exemplaria virtuta eō diligenter conspiciantur.

Maximè in sinu Aeniano eua statis Scotusam cop. re.) 538. H. Quis sit sinus ille Aenianus, haud temere dubitant plures: neq; enim verisimile est ad Aenum urbem Thraciæ esse, sed sinus Maliaci partem, ad quem supra Scaphiam tenuere populi Aenianes, vicini ab occasu Locris Epicemidijs, proximè Dorienenses, vt tradit Strab. lib. 9. Nec longè inde Heracleam abesse Aetolica ditionis, ad Octam montem, de qua hic noster author obiter lib. 1, de bello Macedonio lib. finem. At lib. 6, copioso pof Theropylarum descriptione, eius etiam situm ac obſidionem commemorat. Scotusam autem Pelasgoticam hic putat, de qua Strab. lib. 7, ad finem, ad quam sunt Cygnos Cephale eodem authore.

Ipsæ in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem ca.) 538. H. Vbi ille mons sit, in Peparathone, an in continenti non explicat, nec ego de hoc monte quicquam apud idoneos repereo authores.

Ad Demetriacum Phthiotidis exposuit.) 538. K. Rectè Sabellicus Phthiotidis hoc in loco restituit, sed Demetria cum putauit idem esse cum Demetriade. Superflue igitur adiecit Liuius, Phthiotidis. Ergo Demetriacum puto esse oppidum, quod Strabo Demetrium vocat lib. 9. vbi de Achillis regione disputat, *Sed et Achilleus*, id est, Cereris templo, quod ibi eximium habebat.

Sed temere in modum venti.) 539. A. In modum venti, dixisse videntur pro ad arbitrium venti. Mirum verò de Euripo ita nihil conuenire apud authores. Quantus hic, dij boni commentandi campus?

Classemq; inde ad Cynum Locridis.) 539. A. Sabellicus hoc loco restituit Cithinium ex Ptolemaeo, sed codex sefellit: nam Cynum legendum est.

Igitur Philippus diecēto præsidio.) 539. B. Nescio quid hic desiderem in sermonis connexione, præfertim cum dicit igitur. Sed id lector consideret, si fortassis melior rem nactus fuerit codicem.

Quia Oretum pau. ante di. ab Ro. mil. exper. re. directum.) 539. B. *αρετή* est in Strabone genere masculi, cum Liuius hoc in loco neutro genere proferat, paulò ante generem femini. Sed adiecto substantiuo, yrbe. Hęc eō tendunt, vt minus anxi in his simus, cum videamus etiam magnos authores non ita anxię hęc ac similia obſeruasse.

Torona est profectus.) 539. D. Throniū Strabo lib. 9, trigesimastadijs à Scarphia abesse ait apud quod oppidum Boagius annis oritur. Torone autem longè alia ciuitatis ad Pallenem est, suprà Cassandriā, quæ olim Potidaea. Thronium igitur vbiq; hic legam.

Incolebantem urbem profugi ab Thebis Phthiotici.) 539. D. Vide num potius Phthioticis legendum sit. Nam de Thebis Phthioticis Strabo meminit libr. 9. vbi de Achillis ditione differit.

Paucis ante dieb. inde Phoceas traiecerat Poeni.) 539. E. Phoceas si rectè legitur, accusatiū est Ionius a nominatiōne *φοκεῖς*, quod nomē est à Phocidere regione Graeciae. Qui-

tia. Quidam igitur non recte diphthongum & apposuerunt, tanquam à nominatio *Phœnœus*, quod à Phœcia virbe Asia, nihil prorsus ad hunc locum, deducitur. Suspicor legendum, in Phocidem. Sed lector geographi & peritus iudicet. Nam hæc duo nomina, Phocis & Phœcia cum suis denominatiis, & in Latinis & in Græcis codicibus magnum fecere errorem.

Ipsæ à Beonotris præter terram Atticā super finum nauig.)540.H. Quidam ab Oenotrijs emendarūt, sed inepte, meo quidem iudicio. Strabo enim lib.8.vbi de finu Corinthiaco, Holmas promontorium finum efficere, in quo & Oenoa sit & Pagæ: atq; has quidem Megarense castellum esse, Oenoa autem Corinthiorum. De eadem Oenoa Plin.lib.4.cap.7. Et de hoc loquitur (vt puto) hic Liuius: Terra missum exercitum per Beotiam, ipsum vertore regem præter Atticam circa Sunium promontorium mari Calcide venisse. Quare verba Liuij ita legi possunt: Ipsæ ab Oenoa præter Atticam super Sunium nauigans, inter medias prope hostium clavis Chalcidem peruenit. Cenchreis non minus quadrat, quod Beatus Rhenus restituit.

Ab Chalcide Oreum nauigat.)540.H. Hoc oppidum ab Attalo atque Sulpitio expugnatum fuit paulò ante, nec de ea recepta quicquam haec tenus. Hic nunc eam (si dijs placet) principibus qui Romanos fugerant, Philipus tradit. Vel igitur hicalquis defectus, vel authoris obliuio.

Cum Q. Fabius Max. prætor legatus ab M.)540.I.Ne que huius, neque præcedentis anni Q. Fabium Maxim. prætorem inuenies, quare hoc nomen suspicuum. Ego prætor temerè adiectum suspicor, & vetusta quædam exemplaria non habent.

Sicut P. Manlius tenuerat.)542.F. Hic priore anno, atque adeo præcedente libro, ab ipso authore bis C. Manlius vocatur, non P. vbi prætor Sicilia creatur.

Et præmissa preda incolumes leg. in lo. occulta.)542.K. Quidam emendarunt, in loca culta. Verum hec ita narrantur, perinde atque aliquis adgit verbis defectus, quod equidem opinor.

Præmisso Syllano ad Colcam duo de xxx. op. re.)543.C. Huius reguli merito (vt ego existimo) vel vnam nominaliter ciuitatem Liuius. Eam negligentiam in opidis Hispaniarum cui adscribere debemus, haud equidem scio: sed certè et nimis magna est.

Quartodecimo anno post bellum initum.)545.E. Hic erat annus tertius decimus: vt ipsem Liuius ab initio huius anni de coss. dixit. Et vt hoc exculari nulla ratione potest, ita nescio quo pacto id diluum, quod paulò post de L. Scipione Romam cum nobilibus capiuiis misso subiungit. Certè non ita longè ab initio huius etiam libri missus est, nec ybi interea redierit, vsipiam memoratur. At ego credo Liuium memorial apsum eandem rem bis scripsi. Nam bis missum vt credam, adduci non possum.

Syphacē primum regē statuit tentare. Masfyl.)546.F. Lib.4.huius decadis sub finem, Galam Masanis parentem, Masfylorum regem Liuius scripsit, hic Syphacem. Et certe hoc loco polita descriprio coniunctis Sigam fuisse ybi Scipio applicerit, ea Africa parte, qua noua Carthago eam spectat, vt hic fatetur author. Circa vero (quoniam magis credo eam caput regni Syphacis fuisse, quod poeta lib.10. scribit Liuius) huic loco minime quadrat. Suspicor autem Liuium duob. his nominibus, Masfylorum ac Masfylorum deceptum: quod nulli mirum videri debet, cum in codicib. Strabonis, qui tamen libro vltimo ex professo ea distinguit, id est erroris in omnibus quæ nos vidimus exemplaribus acciderit.

Fœdus ea tempestate regi, cum Carthaginenib. erat.)546.G. Hic id est rex bis cum Romanis fœdus inijt, semel etiam missis ad hoc Romanis, & rursus à Roma ad regem legatis: & à posteriori quidem fœdere tres dunt taxatanni intercesserunt. Nec fatis hoc purgatur, quod rex barbarus erat, cum Scipio hoc id est timere debuerit, qui hic nōnum (si dijs placet) sancit fœdus. Si cū perfido, quorsum

id ferire attinebat? Sin cum eo cui vtiq; fidendum erat, qui fit vt eum veteris fœderis, & prope nuper id est non admonuerit? Sed profecto suspicor Liuiū oblitum postea eoru quæ ante facerat, id quod iā sape admonuimus.

De principatu ciuitatis, quam Iberi vocabant.)548.L. Id nominis, vt pleraq; Hispanica, apud posteriores non facile reperias authores. Et Astapa Floro Githiū qui bus-dam libris vocata fuit, sed id ex Liuiō emendatum, quanquam ego haud scio, liceatne ad eum modū emendare libros. Astapensis autem factum, à Liuiō vt crudele narratur, cum Saguntinorum haud dissimile fuerit, & tamen forte laudatur. Sed feliciter hoc pro Romanis, illud contra Romanos fuit. Hoc est historiam scribere.

Agrum Sueſitanū Sedetanumq;)550.F. Illergetum Regulus erat Mandonius, vt lib.2. huius decadis ait Liuius, Lacetanorum autem Indibilis, vt puto. Ceterum lib.5. huius decad. Sueſitanos aduersus P. Scipionem duxiſ ide Indibilis dicitur, cum Sueſitani hoc loco amici populi Romani predicentur. Nisi duos populos fuisse intelligamus. Mira profecto in his est obscuritas, & quæ in Liuiō quidem fatis nota fuisse existimo. Sedetanos autem puto Edetanos Ptolemao dici, atque Plinio lib.3.cap.3.

Ad Sticronē ortus.)550.F. Sucronis eodē in loco membrum Plin. Ptolemaus ultra Valētiam statuit. Id autem mirum quomodo hi milites Mandonio Indibiliq; coniungi potuerint, interpositis tot amicis populis. Edetanos ac Sueſitanis: ipsi ultra Iberum, praefidium gentibus cis Iberum, Mandonius autē ac Indibilis citra Iberum. Meritò haec etori, vt obscura, indicari poterunt.

C. Albitum Calenum, & C. Actium Vmbrum.)550.H. Quidam pro Actium, restituerant Atrium: quod in oratione Scipionis postea ita legatur: Sed illi tamen non Actium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominandam ducem. Atrium ab atro dici voluisse, non Actium. Verum res non est tanti momenti.

Et P. Scipionem deum be. & rem publ. esse gratia referenda.)551.A. Nota hoc dicendi genus, P. Scipionem & rem publ. esse gratia referenda. Sæpe enim per gerundum non hic modo, sed ceteri quoq; authores loqui solent.

Quina nomina principum seditionis edita sunt.)551.C. Quidam quina, pro quinque positum existimant. At ego existimo cum tribuni séptem ijs obtiuit missi fuerant, & nocentium xxxv. vt ipse paulò ante fatetur author, intelligendū non quinque in vniuersum, sed singulis quinque, hoc est, sépties quinque, qui efficiunt xxxv.

Sed lætitiam ingentem fecit, quod magis habituri.)551.D. Pro lætitiam, quidam licentiam reposiere, non recte, vt puto. Ceterum quæ sequuntur verba obscura sunt: puto autem de Sillano intelligi, quem sperabant milites magis in ipsorum fore potestate, quam se in illius.

T. Quintio Crispino, C. Fulvio.)553.B. Cn. Fulvio legendum. Et intelligit de Cn. Fulvio Centimalo, qui anno octauo huius belli cos. fuit, vt ad finem lib.5. huius decadis habetur. Deinde vero proconfus occiditur ab Hannibale ad Herdoneā, vt ab initio libri septimi narratum est. Vicerat alium etiam Cn. Fulvium Hannibal, vt libro quinto ante dictum: at is effugerat cladem non item populi iudicium, vt libro sexto ab initio. Verum Scipio hic de occisis loquitur.

Ad Carteiam clasfe accedit.)554.G. Carteiam Ptolemaus intra Calpen. ponit: at hac descriprio ostendit extra fructum esse, quod & Plinius lib.3.cap.1. fateri videtur, qui addit Tartessos à Græcis dici. Quod si verum est, haud dubio ea videri debet, quam Strabo ad Bætis fluvij, qui & ipse aliquando Tartessos dictus est, ostia ponit. At lib.1. huius decadis Liuius ex Polybio Carteiam Olcadum gentis caput facit, quare ego duorum oppidorum nomen puto Carteiam.

In Sedetanum agrum.)555.A. Paulò ante admonuimus, videri Sedetanos à Liuiō dictos, quos Ptolemaus Pliniusq; Edetanos vocent. Ceterum trans Iberū erant, rametis illius accolæ aliqua parte. Illergetes vero cis

Iberum. Ergo proficisci Scipioni à nota Carthaginem, priores erant Sedetani quā illergetes. At Litiū hic de cimis castris Scipionem ad Iberum venisse, deinde superato amni, die quarto in conspectu hostiū castra posuisse scribit, nulla facta mentione Sedetanorum. Nisi quis dicat in Sedetanos primum hostis transcendisse (nam eo verbo vtitur Litiū) deinde in Illergetes etiam superato amni rediisse. Certe loc⁹ obfusus est, nec facile soluitur. Id etiam mirandum, quo pacto Illergetes & Lacetani in Sedetanis exercitum collegent, cùm illi essent socij populi Romani, vt paulo ante tradidit author. Neq; enim vspianum mentio est defectionis Sedetanorum. Hęc vt dubitata à me scribo, quae lector boni consulat. Spero autem fore, vt qui rē penitus introspexerint, fateantur me, nec temere, nec absq; vrgentibus causis dubitassem, aut vt minimum alijs dubitandi occasione p̄būisse meliorē.

Die quarto in conspectu hostiū posuit castra.) 555. D. Poterat hic Litiū dicere clarius in quorum terra hoc gestum, ac vallem nominare. Nam citra Iberum Sedetani non sunt, quorum agrum antē nō nominaui. Hoc vel apud Latinos C. Cæsar, vel apud Græcos Herodotus, non neglexissent.

Equitem nec posse circundare cornib.) 556. F. Hęc descriptio eti⁹ intelligitur, est tamen oppidō obscura aliquot verbis vt hęc, hic posita, & tertio deinde versu hęc verba: Segregetq; quantum possit equestrem à pedestri pugna. Etruris post aliquot versus: Due peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi, &c.

Mandonium fratrem ad eum mittit.) 556. H. Hichabemus, vt videtur, hos duos Regulos, quorum toties hic mentio facta est, fratres fuisse. Nisi quis putet alij Mandonium esse Indibilis fratrem iuniorē quempiam: nam alioqui cur non ipse Indibilis irēdeprecatum apud vi-
ctorem hostem, cum Mandonus in eadem erat culpa? Quanquam & ea quoque subit causa, quod Indibilis aduersus Scipionis parentem pugnauerat, vnde odij adhuc fauilla timeri poterat.

Substitueratq; animo speciem quoq; corp. amp. ac.) 557. B. Substituerat dixile videtur pro conceperat: quanquam haud scio an ita sit in vsu. Beatus legit, præstiterat.

Numida gratias de fratribus filio remisso agit.) 557. B. Præcedente libro Masanissa auunculus dicitur eius iutienis, de quo hic agitur. Ergo legendum hic videtur sororis filio, nisi vel sororis mariti fratrem appellari, vel apud Barbaros frater sororem habuerit in vxore.

Nec sine causa electa ante urbem stationem.) 557. E. De Romanis loquitur vt puto. Sed vt hęc verba sese sequantur, suspenſum faciunt lectorē.

Ad octingētos ho. casū inter mū. lit. que ad duo mil.) 558. F. Hic locus obscurus est, & vt suspicor, etiam corruptus. Quanquam quidam exponunt, cęsos octingentos, sed in vniuersum qui interierint fuisse duo millia. Quidam codices armorum habent, non armatorum.

Inde ad Cimbim (haud procul à Gad, is locus ab.) 558. F. Id nominis nusquam legi, quod equidem sciām, ideoque in spicienda vetera exemplaria.

Viris armis haud æquā validam.) 558. H. Strabo lib. 4. minorē Balcaritum virtute nihilo inferiorē maiore fatetur, id fortè sic erat illius tempore. Illa ἡσύχεται armis viris, quidam per que cōnectunt, vt paulo antē in maiore. Et paulo post, Misisq; Carthaginem: distinguendum ante ad hybernandū, vt sit sensus, auxiliaries missos tanquam obsides Carthaginem, ipsum autem Magonem ad hy-

bernandum naeis subduxisse. Athęc pusilla sunt, ac propemodum non huius instituti, vīsa tamen sunt aliquid ad lectoris utilitatem facere.

Qui sine magistratu res gesistet.) 558. I. Lib. 6. ad hoc comitia fuere, ac illic planē imperium vocat, hic fine magistratu eum vocat, qui Procos. fuit. Statim autem post legati Saguntinorum cōs. vocat in Hispaniam missos, confolareis ac procoſ. Nullus enim cōs. hoc bello illuc est missus. Hsi itaq; loci lectori perpendendū. Simile quid dā inuenies lib. 1. de bello Maced. vbi L. Cornelius Lentulus frustā triumphum petiit.

Quod nobis nō tam fructū iuctūdūs est, quām vltio-
ne.) 559. D. Vide id genus locutionis per comparativum inter tam quām, quām veteres libri tam non habent.

Si alterutra vītoria nobis consilibus relinquent, est.) 561. A. Omnes libri nobis habent, vt sit sensus secundum quodam: Si nobis relinquenda est vītoria alterutra Consilibus, prior maior clariorq; , &c. At ego hunc sensum non percipio: quare, vobis, malim, neque enim Fabius hic erat cōs. Beatus legit nouis, hoc est, alterius anni, siue in sequentium annorum.

Bello domi reliquo auctore & que impigro.) 561. C. Videlur loqui de ea clade quam Atheniensēs apud Syracusā pafū sunt prosequente eam Thucydide lib. 7. Quanquam ibi duorum ducum est mentio, quemadmodum etiam hic author lib. 5. huius decados, vbi Marcellus flet super Syracusā, duorum meminit. Nisi quis in Alciabiadē hoc dictū putet, qui si uer erat huius profectio nis, vt lib. 6. idem docet Thucydides.

Quām ea suspicio (vitio orationis, an rei) haud sa. pur. est.) 562. K. Desideratur hic, vt opinor, aliquid. nisi quis supplendum putet verbum, nescio. cęt tamen obscurē dīctum.

Cū quatuor exercitus Peenorū, quatuorq; duces.) 563. A. Magnificè Scipio oratorum more auct̄ sua: tres enim duntaxat fuere perpetuo hoc tempore belli duces, & exercitus item tres, vt libris omnibus h̄uperioribus tra- didit Litiū. Duo Hasdrubales & Mago. Vt autem Hasdrubal Hamilcaris ex Hispania discessit, succedit Hamano, vt ab initio huius libri habetur: sed is statim captus est. Hunc fortassis nūc etiam numeratis enim cum nouo exercitu ex Africa venerat. Idē numerus est superioris, cum Scipio ex Hispania Romam venerat, ei que senatus datus in æde Bellona.

Quem L. Veturius & Q. Cæcilius sortirentur inter se.) 565. A. Sensus propter sequentia, vt cūque intelligitur, quod Q. Cæcilio forte evenit, vt cum cōs. in Brutis aduersum Hannibalem bellum gereret. Ceterū lector consideret verborum strūcturam & ordinem, & videbit nos non frustra dubitassem.

Eteniā diuinoribus remigibusq; collaturos.) 565. C. Quid collaturos? num centum & viginti millia modiū? quid igitur coniunctio, & ibi posita? Paulo antē etiam, millium quinquaginta summa ad pila, gęsa, hastas longas referenda puto, alioqui sensum nullum video.

Ingauni (Ligurum eā gens est) bel. ea tem. ge. cum E. panterijs mon.) 565. E. Albigaunus est oppidū, authore Strabone lib. 4. cuius incola Ligures Ingauni appellantur. Meminit & Ptolemaeus & Plin. lib. 3. cap. 5. De Epanterijs nihil apud idoneos inuenio authores, fortassis non men vel corruptum, vel vetustate abolitum.

INT. LIVII LIBRVM XXX.

HENRICI GLAREANI ANNO.

TATI ONES.

GX ijs trecentos iunenes florentis eratate.) 566.K. Centuriati erant voluntari Scipio nis milites, at non ij trecenti. Nota igitur locutionem, tum quid referat, ex ijs.

Naves mari secundo misit.) 571.A. Vide ut illud misit, posuerit. Nam ipse quoque vna vectus est, nisi classi praeferit aliquot nauicis, quippe qui non longe post dicturus est classis Romana à Mellena Locros multa die superante accessit.

Si matris Idæa Pefinuntu numé Rom.) 572.I. *teatimē* apud Strabonem lib.12. legitur. Plinius lib.5. cap. vltimo, & Ptolemaeus, Tolistobogis attribuunt. Hoc nomen ferme in codicibus corruptum legitur. m pron. Pefinus, quamquam prima in Gracis codicibus duplex habet, quam ego simplici signa scribendam censeo.

Oraculum adierunt, cōfidentes ad quod negotium.) 573.A. Hæc & continuo sequentia verba implicatum habent sensum, ideoque diligenter conspicienda vetera ex exemplaria.

Etsiam mar. est mortuus M. Aemylius regulus.) 573.C. ad finem huius libri idem M. Aemylius Regillus dicitur, quod placet magis quam Regulus.

Neglectæ eo biennio res in Gracia erant.) 573.C. Annoduo decimo huius belli Sulpitius res in Gracia gesit, ut priore libro scripti Liuius. Carterum P. Sempronius successor ei missus, ut paulo post dicturus est, videtur otiosus sedisse: neque enim quicquam de eo hactenus & gestis rebus eius; quianquam quando missus successor, non dixit yspian in prioribus Liuius. Quod si hoc XIII. decimum anno missus est, non decimotertio, & neque cos. hoc gesit, recte ait biennio res in Gracia neglectas. Sed hoc est iuuare socios scilicet, ac postea irasci illis, quod derelicti, sine autoritate Romanorum, aduersus feedus cum rege pacem fecerint. Fieri etiam potest viri superioribus alicuti fit defectus.

Penice yrbs est Epiri.) 573.E. Quidam emendarūt Phœnice, & recte: sic enim & Strabo & Ptolem.

Partheni, & Dimallum, & Bargulum, & Eug.) 574.F. Parthenorum meminit Plin.lib.3. cap.22. vbi gentem Illyricam facit. At cap.33. eiusdem, Parthinos Macedoniz gentem, cuius Cesareiam meminit lib.3. de bello ciuili. Quidam in confino veriusq; prouincia eandem putat, & per i in secunda syllaba, non pere scribedum. Queverò hic sequuntur nomina, haud scio an vsquam legerim. Et hic locus in plerisq; codicib. afterisco notatus est non absq; causa, desiderant enim quedam. Et illud, Attinanas, non parum lectorum moratur.

T. Quintius Tarentum, C. Hostilius Tub. Capuam.) 574.H. In diuisione exercituum prioris anni non meminit Liuius horū, sed tertiodecimo anno huius belli, hoc est, tertio hinc anno.

Vt coss. magistratus denosq; principes.) 575.C. Hic principes vocat, quos paulo post cum legatos, tum primores. Deni autem ex duodecim colonijs, præter magistratus, efficiebat numerum cxx. qui retineri iussi, magistratus vero domum ire ad delectus consciendos. Et coloniarum nomina in plerisque verutis codicibus hoc locum melius habent, quam lib.7. quod suprà etiam admonimus.

III. millia æris ases singulos imperari.) 575.D. Facile possem hic lectori ostendere quam secunda sit ignoratio. Nā si prosequi velim quot modis haec verba intelligi possint, paginam implerem. Ego verò cum mihi ipsi primum facili facere nequeam, nec lectorum ostentatione inani traham, fed liberè dicam me hunc locum non intelligere. Hoc vnum viderit tamen mihi, in mille æris legendum non tria millia. Error ex scriptura facilis erat. Loquitur autem de stipendo. Singulos itaq; ases in fin-

gulos mensis intelligo, vt de mille æris fierent ases annui duodecim, & formulam puto pro portione quadam sumptum, vt sors bonorum cuiusq; & secundum sortem militum numerus cognoscatur. Huiusmodi locos fermentem non attingunt qui annotationes scribunt.

Quibus per vos fidemq; vestram P.C.) 577.C. Quibus nihil rei geseritis, intelligitur. Sed in illo, per vos fidemque vestram, nisi intelligamus verbum aliquod, vt oramus, admonemus, aut quid simile, non video quid sensus ex hoc loco elici queat.

Auerit à vero falsis elicitas præoccupan. men. hom.) 581.B. Obscurus sermo dubium enim est, elicitasne falsis dicere velit; an præoccupando potius falsis. Sed elicitas non est in plenilèque libris.

Vt singula sena mil. & ducentos ped. tricen. hab. eq.) 581.D. Trecenos, id est, trecentenos legendum, nō tricenos, quod à triginta deriuatur. Apud doctos non erat opus huc admitione, sed apud imperitos, & quod librarium erratum hoc est in omnib. fere codicibus. Laurentius Valla, homo de Latina lingua optimè meritus, primus quantum meminisse possum, hunc errorēm libr.3. Elegantiarum ostendit. Omnes etiam sciunt legionem apud Romanos xp̄e variatam, quod alibi, non uno dunt taxat loco nos admittimus.

Cum M. Portio Catone (questorū is erat) 582.F. Apud Ciceronem de senectute, ipse Cato ait se prætorem fuisse his cōs. Questorem autem Fabio ad Tarēntium. At in eodem dialogo locus aliis conuincit euī locum mendosum esse, & hic Liuiū recte scripsisse, dē qua re rūsus & copiosus admōnebimus lectorē lib. 2. de bello Macēdonico:

Emporia vt paterent gubernatoribus edixit.) 582.G. Emporia hoc loco vocat, vt ego puto, litoralia mercatorum ac moliorum hominū loca. Nam vt de Emporijs ad Syrūm parvam intelligam, de quibus ad finem libri 4. décados sequentis, adduci non possum: neq; enim in eum locum Scipio hic diuertit. Nisi quis dicat, voluisse illuc Scipionem diuertere, sed à nautis obtinerē non potuisse. Sed & libro eodem ea de realiquid dicemus.

Nam præter XL. naueis longas quadrin. ferme oner.) 582.H. Quas hic naueis lōgas vocat, paulo ante rostratas nominauit. Libro autē primo huius belli, quas primum quinqueremes, paulo post longas vocat. Videtur igitur confusa hæc tria nominal longa, rostrata, quinqueremis nautis. Et ex hac quidem comparatione Liuij, quam hoc loco exhibet, videntur rostratae augustiores onerarijs: sed an etiam maiores, non equidem pronunciauerim, cum in rostratis singula, in onerarijs bina fuerint lumina: & in pugna nautali ad Vrīcam libro sequente onerarie altiores dicantur rostratis. Sed merito quis clamabit, me nautarum tractare negotium, qui nautigare nesciā: quorum hoc quidem verum est, illud tamen neiquam reprehendendum. Nam eam quire, ad hoc quoq; negotium pertinere puto, quanquam lectoris iudicio omnia subiectio licuit dubitare mihi, licetitalijs iudicare.

Cens Mafesylorū omnis in ditionem im. que Mezulli.) 584.F. Libro huius Decados quarto Liuius ait Syphacem Numidarum regem, Galam autē Mafanisse parentem, Mafesylorum. Contrà verò libro huius belli oētauo Syphacem Mafesylorum regē ait, vbi & eam gentem ac Syphacis regiam absque nomine describit. Sane Strabo & Plinius Sigam Syphacis regiam suiss fatetur. At hic noſter Liuius libro mox sequente Cirtā caput regni Syphacis facit, que longissimo trachū a Siga distat. Deniq; Plinius libro 5. Mafanissam Numidæ regem ait, qua ad Ampsagam fluvium est, de posteriori loquens tempore huius belli, vt puto. Hac adeo diuersa iudicio lectoris relinquo. Verūm huius belli tempore exi-

stimo Syphacem Carthaginensib. propiorem fuisse, Gamam verò Mafanissę parentem, ac Mafesylorum regem, longè distantiorē. Deinde autem Syphace, omnia in Mafanissę veniss potestatē. Nomen verò Numidia & utriusque regnis cōmune fuisse: sed cum Mafesylī nomen habent proprium, alteri regioni cōmune velut propriū manūse: nisi quis Mafesylas vocare velit, vt Strabo facit libro vltimo. quare quod lib. oētatio huius decadōs dicitur, Syphacem Mafesylorum regem esse, suspectum: vt & Scipionis nauigatio duabus qui inqueremib. fabule similiō, magisq; triū in Syphacis regia colloquium, Hannibalis, Scipionis, ac Syphacis.

Proficisciēt ad Syphacē Lac. reg. ad Thapsūm.) 584. H. Thapsūs neq; in Numidia est neque in Mafesylis: mihi nomen suspectū est, vt nihil interim catuller, mirari me quo pacto Carthaginenses per ditionem suam sine rent regum exercitus vagari, cūm hoc tempore omnem Africā oram tenerent, quā mari nostro abluitur, ab aris Philenorū vſq; ad Herculis colūnas, vt author est Polybius lib. 3. Idem erroris suspicioñ in nomine Clupea, cuius paulo pōst mentionem facit.

Instāndo simulandoq; periuicit.) 585. A. Hic videbatur oratio finita, sed postea subiectet: His vocibus incitatus Syphax. Ipse lector sēcūm erā atq; etiam cogitet, si tne subiectus aliquis an interpolatio Rhetorica.

Mafesylorumq; fines (id Syphacis regn. erat.) 585. A. Rursus hic Syphacis regnum Mafesylorum facit, cūm in hac digressione paternū Mafanissę regnū totius vocat. Nec satis excusat, quod deuicti Mafesylī in ditionem Syphacis concesserant. Sed omnīū suspicor legendum hoc loco Mafesylōn, atq; etiam italib. 8. Sed verba Strabonis lib. vltimo geographie ponere placuit. Inquit aut: μετά τούτων οὐδὲ Μαυρουλίων γῆν οὐδὲ τὸν Μολοχαθό ποτερινό τούτον ἀρχήν λεπτέστερον τελεσθέντον δὲ τοῦτον τὸν Αἰγαῖον, οὐδὲ την Μαυρουλίων καὶ τὴν Μαυρίαν. Id est, Post Maforūm verò terram Mafesylorum est, à Molochath fluvio in initium sumens, finiens verò in promontorium, quod Mafesylorum, & Mafesylion confinium dicitur. Strabo autē Mafesylōs quinque syllabis dixisse videtur: quare in Gracis etiam posteriorē hoc loco ita emendādū, μαυρουλίων. Item ibidem μαυρουλίων lego, τοντονιανός, nō μαυρίαν, vt vulgati habēt codices. Confinium autem horum diuītorum populorum est Triton prōmontorium. Sed paulo pōst Strabonis locus rursum corruptē in Gracis legitur, μετά δὲ οὐδὲ (inquit) τεττάρια μαυρουλίων διπλά, η διερχή δοταν μεγάλην οὐλαχθα, id est, post Triton verò Mafesylōrum est ac Carthaginēsū confinis regio. Mafesylōw legendū, id est, Mafeslybum. Tingitanāigitur regionē Mauros & Boccharis regnum intelligimus. Cesariensem Mafesylōs ad Ampsagam vſq; flumen, aut Triton prōmontorium. Post Ampsagam, Numidiāstue Mafesylōs Syphacis regnum. Attun duo in Liuio scrupuli vehementer lectorē remorantur: alter, quomodo à Mafanissę Syphax p̄flio vīctus in Maforūs fugerit, quod lib. 4. huius decadōs trādidit. Liuius, alter quomodo Mafeslybum regnum vicinum sit Maforūs, cum Mafesylī sint in medio: siquidem lib. 8. huius

decados legamus, Mafeslybum is rex erat, Mafeslybie gens affinis Mauris, &c. Nisi Maurisiorum (qui Latinis Mauri vocantur) nomen cōmune fuerit Mauris ac Mafesylis, vt antē de Numidia diximus, quod prop̄ toti Africā commune fuit. Ego, vt in vniuersum dicam, in fungi Syphacis lib. 4. & in descriptione loci, ad quē proconsul Scipio in Africā nauigavit, Liuium lapsum opinor: alia bene habere loca, si quis hos duos distinguit populos Mafesylōs, ac Mafeslybum, vt ex Strabone ostēdimus.

Gentemq; Caramantum omne tempus.) 586. H. Ita narrat Liuius, quasi Caramantes vīpiā attingant parum Syrium. Et Emporia haud dubiē ad mare erant in potestate Carthaginēsū, si Polybius credimus, vbi vī puto, nihil tutum Mafanissę. Atqui ob has causas patietur imō nec indignetur Herodotus sibi exquiri Liuium iudicio Quintiliani. Nec verebimur Thucydidi oppōnere Sallustium, in locorum nomenclatura & quē negligenter, etiam si in ea regione prātor fuit.

Paulo minus trecenti capti viui, & equi xl.) 588. H. Et captiōrum & equorum numerus pro occisorum numero quibūdam nimis parvus videtur.

Viam ē foro boario & adēm Veneris circa foros pub.) 588. I. Quidam legunt, & ad adēm. alijs coniunctionem & tollunt, alijs quod probō, ad Veneris legunt. Verū id ei facile erat, qui Romam vidisset eo tempore, verē emētā nobis coniectandum tantū. Porr̄ fori publici quī sunt, vix definire quo, cum lib. i. in Tarquinio Prisco fori in maximo describātur circa: Loca (inquit) diuīsa patribus equitibusq; vbi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati.

Sextanteſ al & Romā per totam Italiam.) 588. I. Difficultatem hic habet sermo, num salis modium pro vētigali sextantem soluisse intelligere debeamus. Nam sextante vanis vix verisimile videtur. Deinde hoc etiam perpendendum lectori, si Romanā pretio eodem, pluris autem foris prābendum locauerint, quo modo trib. Romanas maxima inde oneratas intelligamus, quod mox subiectūt author.

Vnius quod falsum aduersus se testimon.) 589. A. Valerius Maximus lib. 2. cap. 4. vbi deiſidē Censoribus ac eorum contentionē mentionem facit, priorem causam à Liuio hic postam omittit, alterā narrat. Et plānē ego quoque non intelligo, quōdnam hoc sit falsum testimoniū.

In loco M. Aemylij Regilli.) 589. C. In creatione magistratus prioris anni M. Aemylius Regulus hic legebatur, sed malim Regillus, vt superius quoque admonuimus. Quidam etiam dubitarunt, si vterque huius anni Consul Cn. dicebat, quare Liuius non ita locutus sit, Is coſs. Cneios Seruilios, Capionem & Geminum creauit, quomodo de tribunis militum cons. potestate ſēpē loqui soler. Sed nō videtur meo iudicio Liuius hoc perpetuō obſeruasse, quanquam de his duobus Seruilijs libro ſequente dubiē loquitur, vt ibidem dicemus, ob hoc tamen ego Cn. in C. mutare non ausim.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM XXX. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO-

TATIONES.

LUDOS magnos facerent quos T. Manlius Tor.) 690. K. Hi ludi voti erant anno secundo huius belli, C. Flaminio, Cn. Seruilio COSS, sed in nullū annorum numerū. Anno itaque vndecimo huius belli à T. Manlio dictatore facti, iterumque voti in quinquennium. Cum autem hic sit annus sextūdecim⁹, lector ipse sēcūm dispiciat, quid per quinquennium intelligendum. Ipse tamen Liuius hoc postea libro anno ſequenti huius ludoſ ſcribit, oblitus opinor huius loci. Nisi quis COSS iussos quidem, sed non fecisse hoc an-

no credar, quod videtur verisimile. nihil enim memoria dignum hi duo gefere. Errorē non paruum faciunt diuersi loquēdi modi apud Latinos, dum alius in quinquennium, alius post quinque annos, alius quinquennale ſpacium lustrum appellat. M. Varro lib. quinto, etiam ita loquitur: Lustrum (inquit) tempus quinquennale, à luendo, id est, ſoluendo, quod quinto quoq; anno vētigali, & vltro tributa per censores perfoluerantur. Hacille. Ego cum dicitur quinto quoq; anno, non quinq; annos intelligo, ſed quatuor duntaxat: tres quidem interiacentes, extremonrum autem alterum. Ita Olympici

Olympici ludi quinto quoque anno in Græcia siebant, erant tamen Olympiadis quatuor anno tantum, non quinque. Et non est apud me dubium, quin lustri ratione Romani à Græca Olympiade habuerint, ut cetera: sed apud eos vix vñquam reperias verè lustri annos obseruatos. In causa fuisse ingentia negotia subinde incidentia, & belli ci tumultus. Ita ab vñdecimo anno in hunc sexundum decimum, si extremiti numerentur, sunt anni sex: si omittantur, quatuor. Si in posteriorem cōferamus annum, quod Liuius tradit, non connumeratis extremis, quinque: at septem, ijs adiectis. Ita in lustri annis variis vñfus etiam in Horatio, vt in eum quoque annotauimus, atq; adē etiam in Dionysium Halicarnassum.

Frusinone arcus sole tenui linea amplexus.) 690. K. Si sol in arcu erat, quomodo maior solis circulus ipsius includere potuit? Sed opinor per illud intrinsecus nobis significari alium extra circulum, quem hic solis orbis circum vocat. Est fāne in relucida obscura descriptio.

Legati Romanorum vetitos se reverti ab imperatore.) 691. D. Ab imperatore, habent vetustiores codices. Quidam emendarunt, ad Imperatorem, quod displacebat. Nam vñque legatis Romanis licebat ad suum redire imperatore, sed ab imperatore ad Syphacem non redituros, id enim uero minabantur, vt tandem responsum elicerent. Est autem hoc factum hic à perfidia non multum alienum, vt ut pinxerit Liuius.

Circa vrbem nomine Olbam ab conqueritoribus suis con.) 593. B. Nemo, quod sciam, huius vrbis meminit vel in Hispanijs, vel in Africa: quod ob manifestum amphiboloni dicimus huius loci. Nam si dicas, conducta in Hispania quatuor millia Celtiberorum circa vrbem nomine Olbam, certe Hispaniæ erit oppidum. Sin ita dixeris, occurreret sibi circa vrbem Olbam quatuor millia Celtiberorum conducta in Hispania, erit in Africa. Sed prior sensus magis placet.

Romanus post principes haftatorum prima fig.) 593. D. Haftati præuent principes secundum ordinem quem nobis exhibuit lib. 8. ab Urbe condita Liuius. Ergo hic inuenit ordinem hafti absque causa, vt puto, que tamen non narratur. Coniungendum autem, signa haftatorum, nō principes haftatorum.

Abeat à Carthagine xii. millia pass.) 594. G. Polybius libro primo Tuneta ait abesse à Carthagine xv. millibus passuum. meminit eius & Strabo libro vltimo. Est autem nominatus Tunus, etos: à quo regnum nomen habet nostra civitate.

Potremo afferes ferreo vncio prefigi.) 594. H. Quidam aceres legunt, videlicet quos obdurtitum Romani incidere nequiebant, vt statim subneciat Liuius. Sed iudicet lector.

Mafayli regnum paternum Mafanissæ.) 595. B. Mafayli hic Mafanissæ regnum concessisse dicuntur, cum paulo post apud Syphacem pugnent cōtra Romanos, atque adeo contra ipsum Mafanissam. Sed, vt dixi iam saepè, vel nō nominum est apud Liuium confusio, aut in posteriorib. Mafalibyes legendum, cum cōtinuò subneciat Cirtham regiam, quæ est in Mafalibyes, non in Mafayli.

Ex prætorio in tabernaculum suum cōfusus con.) 598. I. Quidam hic defectum esse putat, quod Scipio rogatus hic non abnuisse dicatur, & Mafanissæ tamen poculum mittit. Quidam putant satis id significatum per verbum confusus.

Lælium retinéndum, donec legati Carthagin.) 600. G. Hoc loco Liuius decretū ait, vt Lælium retineatur in aduentum legatorum Carthaginensium. Paulò post verò dimissum ait ante aduentum eorundem. Quapropter vel decretum mutatum est, vellapsus memoria, diuersos suecetus authores Liuius hæc scripsit.

Erat oclau tunicus.) 600. I. Admonuit etiā supradicto libro septimo huius decados, vt lector iudicaret quid hoc tunicus adderet latoclauo: nam latus claus intelligitur absque tunica.

Dona ne minus quinum mil. comitib. corum mille q̄ris.) 600. I. Si quinum milium recte legitur, vt equidem

puto, quare non etiam millenum æris cōstum verisimile sit plureis fuisse comites quam legatos. Nisi quis simul omnibus comitib. mille æris datos intelligere velit, que summa nimis minuta videtur. Saguntinorum legatis duplo plus datum lib. 8. refertur, forte propter causam cogitatu faciem. Nisi altero in loco mēndum esse quis putet.

Ervt in rem permixtis, vbi cuspide vti & co.) 601. A. In rem permixtis dixisse videtur, pro contrâcto certamine, quanquā rarus hic est apud authores sermo, nihil tamen definitio. Quidam, & vt permixtus, legunt.

Patre Cn. Sertilio, & C. Luctatio ex ser. post sex.) 601. E. Tria hic noranta. Primum quod hic Sertilius Aulus dicitur libro primo huius belli, quod illic obiter etiā admonuimus. Alterum, quod post sextum decimum annū ait, cum hic nondum sit lapsus annus, & ipse Liuius paulo post, dedisse id deos sextodecimo demū anno: de qua diuersa loquendi consuetudine paulo ante copiosius diximus. Tertium, quod hoc in loco Canneti captos, scribit, cum suprà Mutinæ, diuersos opinor secutus autores, vt sepe solet.

Consentia, Vfugum, Verga, Besidiz, &c.) 601. E. Praeter Consentiam haud scio an vllum aliud horum nominum apud aliquem autorem aut legerim aut repererim: oportet obscura fuisse loca.

M. Litius Cn. Seruilius cōs. qui prior esset.) 603. A. Proprior, alij proprior recte legunt: & Seruilius Geminiū hic innuit. Sed id quod statim sequitur, Quæa esset confutatio: quidam pro ea, substituerunt quanta, quod mihi non probatur.

Ad Ægimurum insulam (ea finū ab alto claudit.) 603. E. Ptolemaeus Ægimurum è regione sacri Apollinis ponit, verum à Carthagine longius multò quam hac Liuij habeat descriptio, quam simile propè iudico Virgilij descriptioni lib. 11. Æneid. etiam si Seruilius commentator negotiū in Africa eiūmodi portum esse. Strabo lib. vltimo, calidarum aquarum etiam meminit vbi de Tunete & Corsuræ insulæ in medio offio sinus Carthaginensis. Et Plinius lib. 5. contra Carthaginensis finū in insulas duas ponit. Sed in nominibus erratum existimo.

Cum ad Bagradam flumen peruenissent.) 604. F. Strabo libro vltimo, Propter Vticanam (inquit) Bagradam annis labitur. Et Plin. lib. 5. cap. 4. Et in altero finū Vtica, ciuitate Rom. Catonis morte nobilis, flumen Bagrada, locus castra Cornelii, colonia Carchago, magna in vestigijs Carthaginis. Quæ verba Plinius hanc legatorum navigationē multum iuuant, quanquam quale hoc promontorium sit, nō definitio, fortassis autem ignobile. Apollinis tamen promontorium ponit Ptolemaeus prope castra Cornelii, aliud ab Apollinis sacro. Hac lectori iudicanda sunt, quemadmodum de quinqueremili legatorum, de qua antea cūm mitterentur, nihil dixit: hic cūm redeunt, meminit.

Ad Leptim appulit classem.) 604. H. Et parua Leptim, & alteram, quæ Neapolis quoque dicitur, Ptolemaeus tradidit: Plinius item lib. 5. cap. 4. Ego hīc de parua potius intelligo, quæ proprius Adriumentum erat, quod paulo post venire Hannibal dicitur, ad eam post aduersam illam pugnam redisse.

Quaternis æris vicatim populo descripsérunt.) 604. L. Quaternis æris in modis intelligendum, vti lib. 1. de bello Maced. sub fine vbi consules creantur, Biñis æris (inquit) in modis populo diviserunt. Eadem locutio est codem lib. non ita longe ab initio, vbi cōs. quoque creantur. Quanquam si modius tercia pars est amphora, vt Budæus ex Ciceronis frumentaria ostendere conatur, video magnam utilitatem, nō tamen donationem.

Superauit paternos honores, auitos aequauit.) 604. L. Credo Liuium ita existimat, parentem huius Fabij fuisse Fabium Gurgetem, qui cōs. factus est ad finem lib. 10. ab Urbe cond. Autum autem Fabium Rutilianum, qui magister equitum fuit Papyrio Curfore, vt ad finem lib. 8. quanquam illic eum Liuius Rutilianum, vt Valerius Max. appellat, hic Rullum, vt Plutarchus etiam. Porro idem Rullus Maximus cognomen primus meruit ad

calcem li.9.ab Vrbe condita referente Liui. Plutarchus autem hunc Fabium, de quo in hac decade, Verrucosum nominat; atque ita quoque Plinius. Addit Plutarchus, huc quartum fuisse Fabium cognomine Maximi. Sit igitur Ruellianus sive Rutilus primus, Curges secundus, de tertio dubitatur. At ego puto Q.Fabius Max. Pictorem cos. anno 484. ab Vrbe cond. quanquam nihil asseuero. Quod si Curges Verrucosus patens fuit, vt videtur sentire Liui, in senectute eum genuit. Nam à Curgitis priore consilatu yisque ad Verrucosum mortem, prope nonaginta intercedunt anni. Quanquam Valerius Max.li.8.cap.14. ad seculi modum huius Fabij etatem dicit, LVI, annos aii. iuratus sacerdotio eius tribuens, vt propemodū adducari in Liui, loco hoc in iuversum XLII, pro LXII. vt in præfatione quoque decad. 4. accidit.

Qui statarios semilibixas ducere exercitus solitus.) 605. C.Tria hic lectori considerada puto: quæ statarium semilibixam vocet: cuius casus sit exercitus: denique quid hoc, quod paulò post sequitur, ducere exercitum aequaliter stipendijs suis. Ego de omnibus vehementer dubito.

Zama quinque dierum iter ab Carthaginæ abest.) 606. F. Plutarchus in Hannibale, hanc extremam pugnam ad Zamam fuisse scribit: Nadagara autem nō meminit. Oportet aut aliam fuisse vrbem Zamam, quam à Strabone libro ultimo describitur, & lib. 5. de bello ciuili ab Oppio sine Hirrio, & à Salustio. Plutarchus nihil de distâta tanta dicit. Certum est hic nendum esse. Adrumenū enim vix distat itinere quinque dierum ab Carthaginæ: cum hæc Zama, ut ex his omnibus locis apparet, propinquior multo sit, videlicet ad quam, vt Carthaginæ succurseret, ab Adrumento magnis itineribus contendit Hannibal.

Hoc quoque iudicrium fortuna an casus edidit.) 607. A. Manifeste hic desideratur verbum: vt, incertum est, vel dubito, vel quid simile.

Hic cernas duobus fortiss. viris, fratribus.) 607.D. Tres fratres amiserat Hannibal; Hasdrubalem, Magonem, Hannionemque. Quid autem hic duos duntaxat numeret, cum oratoriis sua augere incommoda velleret, in causa fuisse puto, vel quod Hannino inter duces nominari non debuerit, vel quod Liuius hicalios authores sit fecutus, de quibus quidem ipse superioris quoque admonuit, post equitatum Carthaginensium occitum, non ita longè à fine prioris libri.

M. Attilius qtondam in hac eadem ter. fu. fer. qui sic vicit.) 607.E. Alij legunt, si vicit; pacem petebatibus dedisse. Sanè Polybius lib. 1. vehementer Attilij in hosteis viatos duritiem increpat, meritoq; ipsius accidisse ait postea infirmum illam calamitatem.

Frustra verba pacata renunciant.) 608.I. Et neque hoc, pacata, sanè intelligo.

Acliberum fingeti quæ velit flectio minatur.) 609. A. Dubium & hoc, ad Hannibalēmne referat, an ad Scipio nem: suspicor corruptum.

Millo Lælio Roman cū victoriae nuncio.) 610.K. Non ita multo post ait L. Verurius Philonem, & M. Martiū Rallam, & L. Scipionem cum legatis Carthaginensibus Roman mislos. Verurius itē postea in concionē prodire à senatu iussum, gaudium illud in gens populo imperitisse. Opinor itaque rursus Liuium memoria lapsum.

Ipsa ad cōtemplandum situm Carthaginis.) 611.A. Alij ab contemplato situ emendarunt, & sensus vtcunq; constat. Caterū nulla apposita causa quod Scipionem Uticam redire, reuocato etiam Octauio, facit, rursusq; redire Tunetam, suā pitionem ingredit hunc locū defectum esse.

Oblides cētum arbitratu Scipionis darent.) 611.D. Libro 2. de bello Maced. non ita longè ab initio, satis appetet hunc locum numero immunitum, aut alterum corrumpit. Nam eo in loco centum redduntur, reliqui autem qui adhuc retinebātur ab Norba, Signiam Ferentinumque transferunt, vt legati Carthaginensium à Senatu Romano impertraverant.

Cum aduersantes paci arguerentur.) 611.E. Videretur di-

LORITI ANNOTATIONES

xisse arguerentur, pro vincientur, aut compescerentur. Videndum tamen vt locus habeat, nam mihi quidem sūspectus est.

Inter portus Campānū Loretanumq;.) 612.H. Antonius Sabellicus hunc locū emendans, pro Companum, Cossanum legit, quod placet: pro Loretanum, Laurentinum, quod displaceat. Sed Loretanum puto portum, qui postiore tempore Traianus dictus est. Meminitius Ptolemaeus. Laurens certe ager nimis hinc abest.

Ibi superantem insanos montes.) 612.H. Qui sunt insani montes Sardinia, non memini me legere apud ullum authorem. In eo autem itinere quod hic fecit Claudius cos. Ptolemaeus & Erebantium promontorium, & Atti ponit. Locus mihi sūspectus.

Ne comitorū causa ad vrbem reuocaretur.) 612.I. Qui dam maluerunt legere, retineretur: nam in vrbē erat, illic manere iussus. Sed reuocaretur intelligi potest, si abiit, quod animo destinatar.

In eius locum suffectus L. Galba.) 612.I. Quidā pro L. Galba suffituerant, Sulpitius Galba. At in locum Q. Fabij Max. venerat, vt ante hoc in libro testarus est Liuius. Alij C. Sulpitius Galba, vt à Seruio Sulpicio sit aliis, emendarunt.

Cum Hannibale esse suprema cum Carthaginen. pugna.) 612.K. Deest hic vel distinctio, vel coniunctio, vel prepositio cum Hannibale, cum Carthaginen. vix enim credo Liuium sic locutum, nec ita separare voluisse adiecitum, suprema.

Pretores M. Junius Pœnus, cui fors vrba. euc.) 613.A. Videlicet enim hic locus integer: sole enim Liuius primū praetores creatos referre, deinde prouinciarum sortem. Et genus dicendi variatum per casus, mihi primum dubitatio nis scrupulum iniecit. Notara præterea alterisq; quibusdam in codicibus inueniebatur.

Et hercule mirādum fuisse si aliter fa.) 614.I. Quidam hic distinguunt, vt noua sententia incipiatur ab Ex in solertia, sed durum sanè est. Consulenda itaque exemplaria vetusta.

Q. Luctatio, M. Manlio coss.) 615.E. C. Luctatius & A. Posthumij consulumi mentio est in oratione Hannonis lib. 3. huius belli, qui finem bello primo Punico impofuerit. Posteriori anno Q. Luctatius & A. Manlius coss. facti sunt, quando pax data est Carthaginensibus, quorum hic est mentio. Quidam impudenter hoc loco pro Q. posuerit C. quia C. Luctatius ad Aegateis insulas Carthaginensis vicerit. At hi alterum cos. non item mutarunt, videlicet Manlium in Posthumium. Et A. Manlius legendum, quod Manlianæ familia decreto cautum erat, ne quis M. prænomen haberet, propter M. Manlium Capitolum, vtli. 6. narrat Liuius. Porro quod continuo sequitur, bellum hoc finitū esse septimodecimo, Cn. Cornelio, P. Elilio coss. ipso authore Liuius fallum esse conuincitur, qui ab initio liuius libri tertium hinc annum sextumdecimum nominat. Erit igitur hic decimus octauus.

Necesse in vos odio vestro consultum ab Roma.) 615.D. Quid sibi hæc verba velint: non intelligo. Si odio vestre legeretur, videretur aliquis sensus: sed omnino locus est mihi sūspectus.

Militibus ex preda quadragenos exris di.) 616.F. M. Liuius huius belli li. 8. cum neutiquam tantum pecunia in ararium tulisset, nequanto triumpho ineuctus vrbem esset, militibus sexagenos senos aris diuisisse narratur ab hoc ipso Liui. Quare hic legendum quadragenos, pro quadragenos atque ita habent quidam codices. etiam si haud sum necius Budæi libro secundo de Asse, quadragenos legiſt. Sed hoc tunc non agebat Budæus.

Omniq; deinde vita, vt dignum erat liber.) 616.H. Libro octavo sequentis decadis diuersas autorum opiniones de hoc Terentio narrabit. Sed in hanc decadā satis dubitatum existimamus, ideoq; iam receptui canimus.

**SCIPIONVM, QVORVM MENTIO APVD
LIVIVM, CICERONEM, PLVTARCHVM, CAETE-
ROSQVE CLASSICOS SCRIPTORES, GENEALOGIA**
PER HENRICHVM GLAREANVM, P. L.



Vt temporum rationem in primis ad históriam maiestatem pertinere arbitrati sunt, hi mihi à vero scopo nihil aberrassí videntur. Nam vt omnis incondita narratio molestiam confusionemque animo lectoris adferat, ita ybi in historia deest temporum ordo, illoco memoria vacillat, & erit fabellæ similis, quæ scribitur, res gesta: quod olim nobis hunc nostrum authorem legentib. contigisse ingenuè fateor. Sed est & alia res, non minus difficultatis adferens lectori, videlicet ducum magistratumque nomen clatura, nec in ylla magis quam Romana historiæ. Utigitur hæ due res in posterum non remorarentur studiosos, pro virili in Chronologia nostra cauius. Hoc verò loco cum subit animum, in yna Cornelia gente tredecim aut plurium Scipionum mentionem esse apud scriptores, frequenter nullo adiecto cognomine, neque ylo relato tempore, ex quibus discrimen apparet de quónam author loqueretur, idque etiam expenumero apud Ciceronem luculentissimum authorem: mirari porrò desī, ynde tor errores, tantumque obscuritatis in Romanam historiam velut yno agmine irruerint. Quapropter operæ preцium existimauit hac quoque in re studiosis nō deesse, & ynum, sed præcipuum exemplum, oculis subiçere, Scipionum familiam, aut genealogia particulam, vt doctiores, & quibus plus otij est, ad similia æmulanda extimularem. Quanquam non est nostri propositi omnes prosequi Scipiones, sed qui præcipui. Ilud enim vt non possumus, ita non video quid virilitatis inde ad lectorē rediret. Ne autem in posterum hic typus librariorum negligēta corrumptatur, hæc annotare placuit. Ut Cornelia gens paritia antiquissima est, quippe ex qua cos. fuit anno vicefimo quinto ab Urbe libera ta. Ser. Cornelius Maluginensis, ac deinceps Cornelij plures, Cosci ac Scipiones, atque alijs cognominibus insigniti, ita nihil præcipuum præ ceteris familijs ab ea gestum reperias, yisque ad secundum bellum Punicum, quod tercia describitur decade, à qua nos Scipionum familiā ordinur, nempe à duobus illis fratribus Publio ac Cneio, qui in Hispanijs se Pœnīs opponere tāquam murini pro repub. non dubitarunt, vt Cicero de his testatur. Publio duo fuere filii, P. & L. Publius ab Africa, Lucius ab Asia cognominatus. Cnei verò filius Nasica cognomen habuit, à quo quinq; sequentes nati ordine, quibusdam alijs cognominibus, vt Corculum, Serapion, quæ ad modum tradit Cicero de claris Oratoribus. Publius autem Scipio P. filius, maior ac superior dictus, Hannibalem vitat. Eius filius valeritudinarius Macedonici filium ex Aemilia gente adoptauit, qui deinde Aemilianus, & inferior, minor ac posterior Scipio dictus est, de quo apud Ciceronem maximè mentio. Lucij Scipionis fuit aliqua, ut puto, proles: nam Asiatici cognomenis habuit, qui cos. fuit anno ab Urbe conditæ sexcentesimo septuagesimo primo centum plus annis post Lucij consulatum: sed nobis nihil certi ea de re constat, sicut nec de posterioris Scipionis prole. Reliqua ex typo, sed magis ex authoribus scripsiunt.

DE CORNELIA GENTE FRATRES.

GENES

P. CORNELIUS SCIPIO, HIC FVIT
Cos. anno primo belli secundi Punici, qui erat ab
Urbe conditæ 536. occiſus deinde in Hispania. Huic
duo fuere filii.

CN. CORNELIUS SCIPIO COGNOMENTO CALUS, Hic Cos. fuit an. 532 ab urbe con-
dita, sed secundo bello Punico cum fratre
P. Scipione in Hispanijs occubuit.

L. AEMYLIUS
Paulus, bū Consul,
ann. 535. & 538. a-
pud Cannas periit
secundo bello Pa-
nicico.

P. CORNELIUS SCIPIO
P. filius. Hic Hannibalem vicit,
& Carthaginem tributarum fecit populo Romano, indeq; Africa
nū dītus, Cos. bī, anno 549. &
560. Proles eius.

L. CORNEL. SCIPI.
Hic cos. anno 560. An-
tiochum regem in Asia
denuit, unde Asiaticus
dītus est, & ab eo progra-
tti.

L. AEMYLIUS
Paulus, Pauli filius,
Macedonius, à deuīdo Ma-
cedonum rege Per-
jeo, bī Cos. anno
572. & 586. Hu-
ius versus filius fuit
inferior Africa-
nus.

P. CORNELIUS
Scipio Africani filius.
Hic valeritudina-
ria cum esset, nec
prolem haberet, ad-
optauit fibi ex Aemilia
gente P. Scipionem Aemili-
anum, Macedonici filium.

CORNELIA
Gracchorum
mater.

T. SEMPR.
Gracchus.
C. SEMPR.
Gracchus.
seditionis Tribuni.
plebū.

P. SCIPIO AFRICANVS, QUI ET MI-
nor et posterior, bī Cos. anno 607. & 620. Hic Car-
thaginem tertio Punico bello deleuit, & P. Cornelio
Scipione Africani filio adopratu. Numantia etiam
in Celtiberis diruit. Frequens huic est mentio in
Ciceroni libri; at in his quatuor Luij decadibus
nulla, posterioribus enim vixit temporibus. Nulla
huic, ut puto, proles fuit.

L. SCIPIO ASIATICVS
cos. anno sexcentesimo septuaginta primo. Quot autem à Le-
cio, qui maiori Africani frater
fuit, usque ad hanc intercesserunt
Scipiones (et intercesserunt
plures) nos nescimus.

P. CORNELIUS SCIPIO NASICA CN.
filius. Hic viro primus iudicatus à senatu, ma-
treum Idaem suscepit, postea prior in Hispanijs,
& Cos. an. ab urbe condita 563, in Gallijs mul-
tas res prosperè gefit.

P. CORNELIUS SCIPIO NASICA, QVI
Corculum dītus, hic bī Cōfū fuit, anno 592.

P. CORNELIUS SCIPIO NASICA SERA-
pion. Hic priuatus T. Graccham seditionem mo-
uentem occidit, cum amica fruīset Cos. anno 616.

P. CORNELIUS SCIPIO NASICA SERA-
pionis filius, Cos. fuit anno ab urbe condita 643.

HIC DEEST NOBIS VNICVM NOMEN;
videlicet parentis eius, qui sequitur, Scipionis.

P. METELLUS SCIPIO C.N. POMPEII
soci. Hic bello civili Pompeiano in Africa perit
cum genero Pæpicio, Cos. quinque mensis affum-
bitus, anno ab Urbe condita 702. Nec facile post
hac de Scipioniis quicquam memoria dignun-
tibus apud authores reperi.ii.

IN T. LIVII LIBRVM XXXI. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO-
TATIONES.

Vix occuparint quadringenti lxxviii. anni à condita Vrbe.) 617. A. Legendum lxxxviii. anni. Nam vrbis Roma, authore Dionysio Halicarnasseo, condita est Olympiade septima. Primum autem bellum Punicum cœprū est Olympiade centesima nona, autore Polybio libro primo, à quo numero si septem subtraxeris, ac reliquum per quatuor multiplicaueris, euenient anni quadringenti octoginta octo. Quanquam non sum nescius, Dionysium duobus ab hac supputatione annis differre a Polybio: sed id non impedit hanc rationem. Quidam etiam libri in hac Liui p̄fatiuncula xl. habebant pro lx. atque ita legisse videtur Budaeus li. 5. de Asse: qui error tamen in alijs emendatus est codicibus; posterior, quem hic emendauimus: in omnibus male habet. Ceterum æquè multa volumina dixisse videtur, quia vtrinque xv. id quod ex Flori epitome colligitur.

Ceterum coepit bellum ad Phil. x. ferrinè an.) 617. A. Duodecim anni sunt, quando incepit bellum aduersum Philippum, anno videlicet quinto secundi belli Punici, vt libro quarto eiusdem belli citetur Liuius. At cum Ætolis factum feedus est initio anni noni eiusdem belli, à quo sunt anni ferme decem ad hæc tempora. Videtur lapis memoria Liuius, quanquam in re non admodum magna.

Anno quingentesimo quadragesimo ab urbe cœdita.) 618. H. Hic locus egregie corruptus est, ideoque & magni nominis viros haud immerito torfit, inter quos Budaeus est, nostra ætate non modò Galliæ nostræ, sed vniuersi orbis Christiani, decus & ornamentum. At is locus ex p̄fatione (si quidem illa emendatè legatur) facile restituiri potest, ad hunc modum: Si enim ab Urbe condita, ad Apium Claudium cos. qui primus Carthaginensibus bello intulit, sunt anni quadringenti octoginta octo, vt ipsi iam ostendimus: & à primo Punico ad secundum bellum finitum lxii. et emerget summa 551. annorum: quibus si addatur annus quo pax facta est cum Carthaginensibus, erit tum hic sequens annus quingentesimus quinquagesimus tertius, quanquam alij quartum numerent, id quod non repugnat Liuius, quippe qui primum bellum Punicum durasse dicat annos viginti quatuor, deinde pacem fuisse cum Carthaginensibus annos vigintires. Hoc verò secundū Punicum bellum durasse annos septendecim, quos numeros si addideris, emergent anni non tres, vt ipse ait, sed quatuor ac sexaginta, non etiam connumerato quo pax data est Carthagini. Ego verò in uno duntat anno nullam facio difficultatem, cum Pliniana supputatio ab Dionysio magna ex parte duobus difterannis. Quare hoc loco legendum, anno quingentesimo quinquagesimo quarto ab Urbe condita.

Quina millia L. aris ex s. c.) 620. H. Quina millia aris legis dari multis locis ostendit Liuius, vel libro decimo prioris decades de legis Mafanisse. Legatis tamen Sanguiniorum dena millia data libro octauo eiusdem bellis, forte ob ruinam vrbis. Illa tam parua hic accessio. L. aris, non video quid ad rem faciat nisi quis scriptum contendat quina millia ac quingenta aris, quod equidem credo.

Excitis Sallyis Iluatibusque.) 620. K. Pro Sallyis, quidam Sallitijs, quidam Saluijs, quidam etiam Salaisijs habent, de quibus libro quoque quinto ab Urbe condita mentio est. Ceterum Iluates, quorum etiam libro sequenti menitus, in Liguria vix apud yllum authorem inueniri posse. Ilua enim insula est è regione Populonia in Thuscia, de qua Virgilis libro decimo Æneidos. Ast Ilua trecentos insula, uicexantibz chalybum generosa metallis.

Fortassis autem inde cum Liguribus exciti sunt milites.

Vt obsiderentur, tamen priusquam expugnarentur.) 620. K. Tantum temporis fuit his, inquit, vt ad obsidionem se pararent, ne hostes tam cito expugnarent oppidum, nisi obsiderent. Prius tamen obsesi sunt, quam miti nuntius Romæ potuerit. Est sanè sermo nō satis obui.

Tertia pensio debebat.) 622. H. Anno belli secundi Punici nono, in atrium pecunia à priuatis data erat, vt libro sexto eiusdem belli refert hic author. De ea inde anno decimo quinto eiusdem item belli, constitutio facta erat, vt tribus p̄fitionibus ea pecunia solueretur: primam præsentem iij coss. qui tum essent, duas alteras tertij ac quinti coss. numerarent. Anno igitur decimo sепtimo altera pensio debebat, sed de ea nihil meminit Liuius superiori decade, vt credam in hūc dilatam annum. Debebat igitur tertia pensio, & secunda nondum soluta erat, hic igitur pro tertia soluitur secunda, & libro deinde huius decades tertio, tercio.

Tridentius Tabiliusq; is ager.) 622. I. Quare Tridentius appellatus sit, causam subnecit, sed coniectu facile: alteram omittit, quam nec Liuius notam fuisse puto, aliqui etiam adiunxit. Sit igitur ynicuique liberum ea de re comminisci quod velit.

Cypsela & Doriscon & Serreum.) 622. E. Ita veruti habent codices. Quidam temere, meo iudicio, emendarūt Nymphaeum. Nam Plinius li. 4. ca. 11. Serreum montem ponit prope Doriscum, vbi & Cypsela. Nymphaeum eo in loco nulla, quod sciam, apud authores est mentio. Alopeco nesciū idem Plinius lib. 4. cap. 12. ait insulam esse haud procul à Cælo Cherronei portu. Maditon Ptolem. Madi vocat, corruptis, vt puto, codicibus. Herodotus enim lib. 7. integrē ponit, vbi & Stentorida lacum apud Doriscum, si cui forte Serreum non placebit.

Vt qui neq; dictator, neque cos. neque pretor.) 625. B. Congruit hī locus cum eo, de quo libro octauo prioris decades diximus, vbi Scipio non impetrat triumphum, & eum absque magistratu gesissimes dicit, qui tamē proconsul fuerat.

T. Apustium legatum.) 628. K. L. legendum, nō T. De hoc libro tertio de secundo bello Pun. & hoc postea libro, vbi L. legitur.

Indos (nomē propter al. in Asia yr. quā op. no.) vi caput.) 629. A. Parenthesis declarat illos legendum, non Indos. Ilion quidam restituerunt: at haud licet in unum quicquam ante Virgiliū Ilion in genere neutro dixerit. Quæ verò præcedunt oppidorum nomina, non temere reperias apud authores.

Pleuratus Scerdilene filius.) 629. B. Ita plerique habent codices, vt alius sit à Scerdileto, quē etiam libris prioris decades vbi que separavit à Pleurato Liuius, præcipuē libro sexto: nisi quis hī calum Pleuratum credat, aut haec, vt barbaræ, non admodum curæ fuisse Liuius.

Qui noua nulla re, nihil se noui hab.) 629. C. Ita incipit hic, vt finit. Nā fortunam nihil mutasse dicturus est: cur ipsi Ætolis mutare velint, sē non videre. Ergo, nulla noua renihil sē noui habere dixerunt.

Indicitur consilium populi Romani.) 629. E. Illud, Romanis, suspicor ab aliquo adiectum: potius adiiciendum erat Sicili, quā Romani. Quidam emendarunt, Indicitur concilium, prætor Romanus cōuentus agi: quod placet. Est autem cōuentus, authore Festo, quoties populus ad iudicium à magistratu vocatur, vt hī à prætore.

Capua quidem lepulchrum & monumētum.) 629. E. Vt hæc verba, & pleraque sequētia, intelligenda sint, præter coniecturam habeo fere nihil. Prodigū quidam etiā putant diētum, vrbem peius habere, quod in columis habentur, quā si diruta esset.

Per

Per annos propè septuaginta.) 631.B. Libro tertio de se cundo bello Punico, Varro cos. legatis Capanis loqués, per centum propè annos cum Samnitibus bellum pro iphis tulisse Romanos ait, sed id bellū cœpit coss. A. Cornelio Coss, M. Valerio Coruino III. anno ab Urbe condita quadragestimo duodecimo: finitum autem est anno ante quadragestimo octuagesimum. Quare quod hic legatus ait, verisimilius, quam quod Varro, qui omnia in maius augebat, ut ibidem diximus.

Per Dassieriorum fines.) 632.F. Dassieriorū meminit Plin. lib. 3. cap. 23. & lib. 4. cap. 1. Meminit & Ptolemaeus, vbi de Macedonia: quanquam omnes eius codices, quot quot nos vidimus, Deparetij habent corruptè, etiā iij qui ex Græcis nuper emendati dicebantur.

Ad Lyrcum statua posuit prope flu. Baetum.) 632.G. Ego ad Lichnydum legésum puto, quod etiam libro septimo prioris decados admonuit Sabellicus. Alij Lingū restituerunt, sed non recte, meo quidē iudicio. Ceterū de Baeto, pro quo quidam Aretum habet, quidam Athacum, nonnulli Baēum restituerunt, nihil habeo quod certum affirmem. Ego, si cōiectare in re tam priscaliter, suspicor nomen esse aliquui fluvii obscuri in Haliacmonia labentis: nisi quis id ipsum nomen Haliacmon eō reponeat puteat, quippe vel apud ipsum hunc flumium, vel non longe ab eo hæc gesta sunt.

Stuberam inde petit.) 632.B. Stubera, Pleuina, Bruna, Ophagus, Erdura, nomina sunt maiore ex parte mihi suspecta, quanquam vetustate interijsse poterant. Erigonij autē amnis, qui Axium influit, est mentio apud authores.

In Elymeam se recepit, inde impetum in Orest.) 635.E. Elyma apud Ptolemaeū nomen, sed longe ad occidentem Macedonia. Liuius, quasi ab expeditione rediens, ac rursus in Orestidem impetum facturus sit. c o s. hæc narrat.

Ciretias in via capiunt.) 636.G. In Ptolemei codice est Chyretia, vbi & Comphi. Illud Phecadum autem quod sequitur paulò post apud nullum inuenio authorem.

Abscessere ad Praefias (continentis.) 638.A. Praefiarum, populi Atticæ, meminere Paufan. & Stephanus, alijque plures. At hoc in loco non video quo pæsto ea profectio legi posuit, si Praefias legerimus. Vide num legendum, abscessere Phalasiam. Nam Phalasiam Ptolemaeus in Eubœa orientali latere è regione Scyri ponit. Nec continētis simpliciter dixit, sed Eubœa, & postea peracta nauigatio dictus est, Eubœam repetunt. Fieri etiam potuit, ut in Romana historia ex locorum ignorantia is error in ciderit.

Inde Cassandream petentes primo ad Mendium.) 638.H. Quidam Mendin emendarunt, at Mendam locum ad Potidæam, qua postea Cassandrea dicta est, tum Herodus libro septimo, tūm Thucydides libro quarto comme morant, & Plinius item libro quarto cap. 10. Quod verò continuò subiungit Liuius, inde cum superato promontorio ad ipsa mœnia urbis circuagere classem vellent, Canastrum intelligo (quod Cassandream in citeriore late reponat Ptolemaeus) id quidā corruptè Canastrum scribunt, At quæ deinde dicit, Irrito incepto egreſi Canastrum Pallenes traiceret: aut corrupta sunt, ut ego puto, aut Liuius vel non bene nota, vel indiligenter descripta. Ilud etiam, ad, cur appositum sit, non equidē video. cum Mendam tenuere melius intelligatur.

Ad Zelasiam in inferunt Isthmia.) 639.A. Mirum neminem authorem Zelasij meminisse, quod equidem sciam. Ptolemaeus Posiditum promontorium ponit inter Demetriadem ac Eubœam, in qua Orcus est, quod legere maxime: quanquam super Demetriadem suo modo intelligendum. Illud autem, Isthmia, corruptum suspicor, quare inspiciendi omnino vetusti codices sunt.

Sed alteram quam Cremaſten vocant.) 639.B. Strabo libro nono Κρημαστὴν vocat, interpres veritatem penſilem. Ceterū quod subiectum ē Ēgeleon, hanc equidem scio in continentē an in insula Eubœa locum dicere velit: nemo certè quod meminerim yspiam eum posuit.

Super Maloum nauigat apud Corcyram.) 639.D. Post Corcyram distinguuntur, & Maleam legendum, & ad Corcyram, quod non ad monussem, nisi codex Aldinus eriam ita haberet. Corcyra hibernabat cos. Attalus autem ad Eleusina mansit, aſcorum gratia.

Ludi deinde à P. Cornelio Scipione, quos cos. in Afri.) 640.H. Proconsul legendum censeo: neque enim c o s. in Africa fuit, ut cliquet ex superioribus.

P. Julius Appius.) 640.K. Quidam hunc P. Villium Tappulum, quod plebeius, nec quicquam cum Julia gente coniunctus, nominant. Est autem is, qui ad finem libro nono secundi belli Punici fit prætor, hic verò c o s. Bœbium autem prætorem, quidam Pamphilum, quidā Tamphilum libri habent, mihi autem nihil certi cōstat. Tamphilus quid sit, ignoro. Eteo tempore cœperūt Romani Græcas res mirari, ut quis etiam Græcum nomen affectasse videri queat, ut sunt hominum varij mores, mira ingenia, diuersæ voluptates.

Nam C. Cornelius Cethagus absens cre.) 641.A. Hic proconsul paulò superius dicitur, hic fit adilis curulis, ut mirum sit prætorem in superioribus prælatum procoſili. Sed scilicet prætura ac adilitas magistratus erant, non autem proconsulatus, ut videtur: cuius exemplum est de Scipione ex Hispania redeunte, cum triumphum petere non auderetitem de L. Cornelio Lentulo, in hoc etiamnum libro. Ceterū de C. hoc Cornelio nusquam Liuius mentionem fecit quando in Hispaniam sit missus, cū tamen paulo ante eum pugnasse cum hostib⁹ Hispanis in Sedetano agro memorer. præterea & L. Cornelii Lentulum rediſſe ex ea provinçia, & denegato triumpho ouaſſe: ut apud me non sit dubium huic libro aliquam deſſe partem.

Multos post annos plebes Cornelio Lentulo.) 641.B. Lib. 3. postea hic Cornelius Lentulus redit ex Hispania multa onustus præda. Cum igitur hic sit annus secundus huius belli, ipſe in sequente anno, hoc est tertio, missus est in Hispaniam. Nam Cn. Sempronius post eum venit in Hispaniam anno quarto huius belli, ut postea dicturus est Liuius. Non igitur multos post annos, ut hinc legitur, sed anno sequente venit in Hispaniam. Idem de Stertino ex ijsdem locis ostenditur. Cum autem prænomen omnissum sit, certum sciri nō potest, aliūne sit ab huius anni c o s. qui antea proconsul fuit in eadem provinçia: quanquam triumphus hoc libro negatus dicitur. Solebant enim ex c o s. libenter facere procoſi, prorogato imperio, non autem magistratus. Libro tamen sequente Liuius eius rei ne verbo quidem meminit. Sed de his dubitandum est sat.

IN T. LIVII LIBRVM XXXII.
HENRICI GLAREANI ANNO-
TATI O N E S.

HA YMASTOS eo tempore Philip. sum. vi. op.) 642. F. Strabo libro nono θεωραῖς vocat, Plinius libro quarto capite nono Thau macias, si codices amborum non errant. Ceterū nusquam tam eleganter atque hoc loco desribuntur.

Præter annū Aoum.) 642. B. Plin. lib. 3. ca. 23. Aoum ponit inter Dirrachium & Apolloniam, atque antiquitatem Enata dictum perhibet. Strabo lib. 7. eadem de Aou, sed Apolloniam super eo esse ad stadiam distancem decem. Ptolemaeus Apsum eo in loco ponit, quemadmodum & hic noster author priore libro de Sulpitij in Macedonia gestis. Strabo loco prædicto hos quidem separat, sed propinquos facit. Quod si hac descriptione hi amnes indicantur, necesse est supra Antigoniam, quæ ad Oricum est, in iugis prope Pindi nasci, ac defluere Septentrionē Oceanumque versus, & ea iuga Aeropum ac Asiam duci.

M. Porcius Cato.) 644. H. Apud Ciceronē hic ipse Catō ait cōs. Cethego Tuditanoque prætorem se factum, eumque gesisse magistratus, quo affīo Liuius cum quæstorenū fuisse scribit, libro nono de secundo bello Punico, anno eius belli quintodecimo, ac hoc decimum anno, qui tertius est belli Macedonici prætorem factum. Porro postea in eodem dialogo, tanquam oblitus eorum quæ ante dixerat Cato: Sodalitates autē (inquit) me questore constitute sunt, sacrī Idaeis magna matris acceptis. Constat autem ex eodem Liui, Idæam matrem suscepitā isdem iam dictis cōs. anno in qua quintodecimo secundi belli Punici. Ego priorem Ciceronis locum corruptum putor: quod ideo annotandum duximus, ne argutulus quipiam hunc ex illo emendare tenteret.

Corycam tenuit cum octo mil. ped. equitib. quingenis.) 645. C. Octingentis legendum videtur pro quingenis, ex paulo ante ordinatis copijs, que cum cōs. in Macedonia mitterentur. Item paulo pōst: Per Dafaretios potius Lyncumque, quidam, vt antea etiam admonuimus, Lingum restituerunt, cum Sabellico Lychnidum alibi restitutū, nec mihi hoc loco displiceret. Lingum postea Liuius monrem facit.

Theſſalos primos omnium nominatuit cōs. o.s.) 645. E. Nihil amicitiae Romanorum cum Theſſalis haſtenus exhibuit Liuius: nisi quis ob oppida quedam in Theſſalia, quæ vel Aminander, vel Aetoli suæ ditionis esse contendant, hos nominasse illorum nomine cōs. Romanum putet.

Vt suæ potius omnia, quām vlliū potestatis essent.) 646. G. Obscurus est sensus, tametsi intelligitur. Suæ potestatis, ambiguitatem faciunt, sed ad Quintium referenda puto.

Est in Triphylia terreni Melotidos.) 647. A. Triphylia in Peloponeso est. Melotis quæ sit regio, haud equidem me legisse memini. Vide num legendum. Est in Tymphalia terre Eſtætoidis. Et certè Ptolemaeus Tymphalam hoc ponit in Eſtætide, Strabo aut̄ Tymphaeos. Quanquam Plinius Tymphaeos Eſtætis attribuere video, sed id nihil nos impedit, longè enim portendebantur Eſtætis. Tricca quoque ad idem facit, cuius paulo pōst metio. Deniq; Quintius, qui Philippum regem sequitur, Eginium venit postea, quod oppidum Strabo libro 7. Tymphaeos attribuit. Hunc locum perpendiculariter lectori censeo.

Pachium, Iresia, Euhydriū. Eretria, Palepharus.) 647. B. Quidam emendarunt Phacitum, sed in his nominibus non est ingens vis, quod pleraque ignobilia vel bello vel vetustate interiere. Eretria quidem in Phthiotide à Ptolemaeo ponitur, de qua hic loqui eū puto. Est & in Eubœa satis celebris, at nihil ad hunc locum. Phæra aut̄ in Theſſalia sunt, de quibus hic intelligitur, quāuis multa alibi.

Sperchios oppidum in Doride, ait Plin. li. 9. cap. 7. Sperchiiæ ad sinum Maliacum. De Macra quam Comen vocatam ait, nescio num quicquam apud authores repertas. Conqueritur etiam iure de his locis Sabellicus.

Cymines & Angeas.) 647. C. Ita quidam emendarūt, cum in veteribus codicibus Cymenes esset ac Augeias: sed vix hec apud authores repertas, aut saltem nō obtutia. Augeiam quidem in Chalcidica ponit Ptolemaeus, nihil ad hunc locum: sicut hic paulo pōst Callitheras, ille in Bifalisa ad Strymonem profluuium aquæ nihil ad rē nostram. Cypharam autem credo Ptolemaeo dici Cypram. Sed Cōmentarium non scribo: ad hinc obiter lectorum ut hī tantum de fidei, quantum fieri dandum: hæc enim omnia emendare operosum videtur.

Quarto die in monte Cerceto posuit castra.) 647. E. Plin. lib. 4. cap. 8. hos Theſſaliæ monteis Cercetos Vocat, Ptolem. Cercetos, quidam etiam noui codices Berceſtos habebant.

Primam urbū Theſſaliæ Phaleriam.) 648. F. Id nominis non memini me legere in Theſſaliorum urbium numero: etiam si quidā Phaleron, alijs per Phalaron in Theſſalia esse dicant. Strabo etiam lib. 9. vbi de Achillis dictione, Phalaron meminit. Fortasse autē quod diruta fuit, memoria excidit. De Rhage etiam nullam inuenio apud authores mentionem.

Cum ad Zammam insulā asseditus esset.) 648. H. Nemo quod sciam hoc tractu Zammam meminit: ego propter modum ausim reponere. Zacinthum, est enim inter Corcyram ac Maleam, ad quam mox peruenit.

Necrationem, procul à mari.) 649. E. Distinguendum post rationem, vt ita intelligatur: Ipse cōs. nullam hybernari rationem cernebat, vt in locis procul à mari, & euastatis bellū cladibus.

Phocidis primo impetu Phainoēam.) 649. E. πανοτέους δὲ τὸν φανότεον, ἐμπρὸς τοῖς αἰεὶ λεβαῖς τὸν τάπαιον, id est, Panopeus autem, qui nūc Phanoteus, vicinus ijs qui circa Lebadiam locis, Epeï patria. Hæc Strabo libro nono. Quanquam non Phanoteus, sed Phanopeus, legendū puto, reclamantibus omnibus & Græcis & Latinis, quæ nos vidimus, exemplaribus. enim in φ in mutum est, idq; in principio verbi, non τ in τ perhibet Strabo. Ergo Panopeus in accusatiuo legendum puto hoc in loco, cuius Ionitus accusatiuo est πανοτέον apud Homerum in Bœotia. Nisi quis Liuium ab accusatiuo masculino Græco formale exibinet seeminū nomē, quod aliquando fecisse Latinos inuenimus, vt ostendit cratera.

Ambrysus Hyampolisque recepta. Daculisia, quia.) 650. E. Duo priora hic nomina ybique obvia sunt: quamvis Strabo loco iam dicto duas faciat Hyampoleis: alterā Phocensium, de qua hoc loco intelligimus: alteram in Parnaso monte. Daculism non temerē reperiā apud scriptores, pro quo Daulis quidam restituerunt.

Achæi portus & dant fiducia postulantib. & demunt.) 651. B. Obscurè dictum, sed ad priora referendum puto. Quanquam quomodo Achæi portus Romanis dent fiduciam, demandaverò Macedonibus, vt quidam exponunt, non adeò planum mihi videtur. Notauit hunc quoque locum Sabellicus.

Multo minus, quæ Chuni.) 652. I. Rectè Sabellicus E. Ieuntij restituit. Sed alij ante, quæ, posuere quām, quod mihi displiceret. Neq; enim Achæi minus curare debebāt Athenisnam querelas, quām vel Elæuntiorum, vel Abydonorum.

Quintius à Misiepio perstabat.) 653. E. Nemo, quod sciāt eius loci meminit, corum etiam quires Corinthias scripsere. Strabo autem libro octavo vbi de Corintho, fonteque Pirene disserit, paulo pōst ita inquit: οὐδὲ τὴν Παρθηνίην

Τῇ Περιέργῃ τὸ συνάφιον διέτη, οὐδὲ πνέει, οὐ βασιλεύει λευκῷ λίθῳ φυσικῇ γένεσιν, id est, sub ipsa verò Pirene Syphygium est, siue facel-lum quoddam siue regale domicilium, niueo constru-ctum lapide. Quare ego Syphiū legere malim. Quidam in incepto legunt: Quintinus in incepto perstebat. Sed iudicet candidus lector.

Non Corinthus tantum liberata obfitione.) 654. G.
Quidam adiecerunt, facile, atque ita legunt: Non facile
Corinthus tantum, &c. quod mihi displaceat. neque enim
quicquam ad sensum facit.

³ Cuius nomen post paetā cum Romanis societatem.)
654. G. Miror hoc de Arguis eum dicere, qui concilio ex-
cesserant, ut ipse ante a scripti Lituus: nisi coactos aduer-
sus regum cum Romanis fuisse intelligamus, quod tamē
nusquam indicatur.

Obsides Carthaginensium Setiae custodiebatur.) 654.K.
Ab initio huius libri Signia ac Ferentinum oppida ijs data
scripsit Lilius: de Setia ibidem nec nihil interea quicquam

Ad L. Cornelium Lentulum prætorem virbis. 655. A.
L. Cornelium Merulam legendum, si quidem recte legi-
tur, ab huius anni initio ybi magistratus creatur. Lectio
ipse dispiciat uter ex altero locus sit emendandus.

Clastidium & Litubium, vtraque Ligurum.) 656.K.
Clastidiū etiā libro primo de secundo bello Punico men-
tio est, sed in Gallia, sed non longè à Trebia fluui, Litu-
bium nusquam, ut puto, reperiens, sicut neque Celestales,
Cerditiaeque. Illustrae īflūlāres noscimus. Liguēs non
item, ut anteā ad monūmētūs. Quæ idēo ad nōn emus, vī
lectōres etiā hoc in loco vētūta exemplaria cō diligē-
tiū inspiciant. Nam quēdam sunt, quæ, quantumvis vel
diligentia vel studio luceris, nequaquam tamē discute-
re abſq; exemplariū auxilio valeas. De me loquor quod
experti sum, credo tamē idem alijs videri: de cordatio-
ribus loquor. Sed sunt quidam qui nusquam hārent, his
tām felicibus nostra hæc non scribuntur.

In ijs Hamilcaré Peonori imperatoré. 657. C. Hic aliorū, non sūa citat opinione, qui hoc anno, non quarto ante, vt ipse scripsit Luius, Hamilcarē occisum tradiderūt.

Inde in *Ligustinos Ilustrae*. 657. D. Libro superiori,
paucis ab initio folijs, vbi de ijsdem loquitur populis. Li-
gusticos quidam emendarunt, hic omisserunt. Vetus in
res tamen codices aliquot, Ligustinos vtroque in loco
habebant: euancutum mihi non admodum placet.

Nicephorium Venerisq; templum. 658.H. Strabo libro 13. *Nicephorus* lucum ad Pergamum in Asia ab Eumenio regi plantatum afferit. Graci neutro genere efferunt, tametsi Straboiis quidam correctores masculino annotarunt.

Rhodii Pyrream, regio est continentis.) 658.I. Alij rhea, ali Pyrrheam, nonnulli Peræam legunt. Ego istud minis apud authores non inuenio. Straboli. 14. translatam Rhodiorum regionem appellat, nullo tamen proprio nomine. Ptolemaeus eo in loco ponere videtur Thuciscam, si nomen non est corruptum. Plin. autem lib. 5, cap. 28. Pyrnon. Nisi quis de ea Pyrrha intelligere velit, quæ ad ostia Meandri fluuij à Ptolemaeo constituitur contraria. Liuji verba.

Ab Iaso & Bargilijs, & Euromensiis vrb. 658. I. Op
pida sunt Caria apud Ptolemaum ac reliquos clasicos
scriptores. Ab Euromo (nam ita vocat Strabo libro 14.
Euromensis etiam hic factum.

Panopolin Byzantijs in antiquam formulam.) 658.

LIB. XXXII.

Quidam Penopolin restituerunt: sed ego suspicor Pene-
ropolin legendum ex Plin. libro 4. cap. iii. quæ Ptolemae
Traianopolis & Philippopolis & Trimontium à situ di-
citur, vt idem Plin. ait. Penopolin nusquam inueniri puto.

Tollétem nihil sibi præter bellum relinquerem.) 65.K.
Pro tollentem, ego volentē legendum pitoralio qui non
video quid sensus elicias.

Lyfimachiam pulso prætore & præficio Aetol.) 658 K.
Qui hæc legit, putat eum loqui de Lyfimachia in Aetolis
prope Pleuronem, de qua Straboli. 10. At ex responsione
Philippi fatis appetat eum loqui de Lyfimachia ad Isth-
mum Cherronei in Thracia.

Ipsiū enim *Ætolia Apodeotas*.) 659. A. Ita in omnibus que nos vidi mus exemplaribus legitur: neque facile inueniebam quinam illi essent. Tandem in Thucydidis librum tertium incidi, qui vbi de *Ætolorum gente loquitur*, hæc quoque habet: ἐπειδὴν εἰλέσονται στρατὸν μὲν ἀπὸ οὐρανοῦ, εἰπεῖσθαι δὲ φύσει τοι, id est, inuadere, inquit, iubebat, primum quidam *Apodotos*, deinde autem *Ophonenses*. Sed Thucydides alio genere, alia declinatione dixit, nisi quis rectius ἀπὸ οὐρανοῦ quam ἀπὸ οὐρανοῦ in Thucydidis codice legendum existimer. Plerique codices habent, *Ætolos Gracos Apodeotas*: sed illud, *Gracos, mutarunt alij in Agraos*, quod ego non intelligo.

Atque ad ea adiecit recēs de exercitu quod ab se. 659.
C. Quodvis illud recent decretum de exercitu, mihi non
constat. Erat in plerisque libris locus asterisco notatus,
ab aliis rursum omisitus, iñ hilobrū in obscurō manente
senſu. Ego aliquid deesse ſuſpicor.

Quintius postero die ad Nicæam (is enim lo. pl.) 659.
D. Hoc itare fersit Liuius, quasi alium locum dicere velit.
Fortassis autem desideratur verbum, rursum vel quid simile.

A Claudio p̄fēcto.) 659. E. Vide num Ap. Claudio legendum. Item paulo p̄d̄st. Rex (inquit) cū duobus quos pridie adhibuerat, in terram est egressus, qui sint illi duo, scire velim, cū initio prioris dicti colloquij ita habeatur. Erant cum eo principes Macedonum, & Achæorum exul, viri insignis Cycladas, yr non immerito & hūc, & p̄cedentes locos mutilos quis credat.

Plus enim ait hitti in ijs quam acquiri.) 660. F. Quid il-
lud in ijs, referat apud me nondum planum est.

Littus Athoniū colloquio destinatur.) 660. F. Vide nū ad Thronium legendum, cuius hoc in loco cum alijs m
minit Strabo lib. 9. vbi & de Nicēa. Nam de Atho intelligere planè ineptum est, quod tamen quidam somniant

Corinthum in Achaea rex teneret. } 660. H. Ipse Philip
pus ante a fasfus est, non Agris modo, sed etiam Corintho-
fe Achaeis ceflurum. Quare non video quid hic inuidia f-
ciat, aut quare sit Corinthus apposita ad picturæ ostensi-
onem fortassis, & quia etiam redditu, ruris occupari fa-
cile poterat in posterum: hoc timentes sociorum legati
eam quoque connumerarunt. Sed in legatoru responsu
mirum ne hanc quidem nominaram.

Hiecenica vocatur. **6**. B. Id nominis apud neminem auctorem inuenio. Fortassis autem vel Herxa, vel Ne mæ legendum, at nihil assevero. Quidam Mycenica legunt quare ratione moti, mihi ignotum.

IN T. LIVII LIBRVM XXXIII.
HENRICI GLAREANI ANNO-
TATIONES



Ic liber a cephalus est, ita Moguntie reper-tus. Deest autem pugna qua Philippus ad Cynocephalas à T. Quintio proconsule victus est, ut ex Flori epitome, & sequentiis suis Liuis philippi colligitur. Pars etiam de his verbis I. Eucaid. & circa Legionis Aca-

niam contingentis. Multe hic sunt mendæ, quas sana re omnis abscire vetus codicis auxilio planè impossibile est. Conabimur tamen pro virili officium nostrum facere, vel saltem indicare sicubi hærebitimus. Studiofusus a candidus lector boni consulat.

Ijs partibus cohærens Acarnaniæ.) 662. C. Quid illuc
I cohæ

cohaerens referat, sciri nō potest, nisi ex prioribus quae defunt, coniectura autem omnibus est libera.

Quod ad Cynos Cephalas pugnatū erat.) 662.H. Scutuſa vrbis est Theſtaliq; Pelasgiq; ait Strabo li.7.ad finem. ad eam locus est quidam, quem κύνος κεφαλή, id est, Canis capita vocant, vbi Romani ac Ætolii, duce T. Quintio ingenti prælio Philippum Demetrij filium & Macedoniam regem vicere, ait idem Strabo libro nono ad fine. Hæc pro locorum notitia indicare viſum est nobis opera precium.

Galli, & Nisiuetæ, & Pisiuetæ, & Tamiani, & Arei.) 662.I. Galatas intelligit opinor, quorum populos (credo) aut eorum vicinos vocat Nisiuetas, Pisiuetas, Temianosque, sicut & Laodiceni erat. Areorum in Arabia meminim. Plinius li.6.cap.28.ad finem: quanquam longinqua ea militaria videntur. Vide etiam, num Taniani legendum. Tanium enim Trocmorū oppidū in Galatia ponit Ptolem. de quibus copiosius libro 2. huius decad.

Læuo Arianos locat.) 662.K. Qui fint Arianilli, haud vñquam legi, quod sciam. Acria quidem oppidum est si-nus Laconici, sed haud scio quām id quadret. Alij Agrionis legunt.

Rhodia cohors dextro cornu, &c.) 662.K. Rhodia cohors habuere, coniungendum. & Thraces Cretensesque à dextro cornu Rhodiorum contra Arianos, qui in sinistro hostium erant cornu. Achæi à sinistro Rhodiorū cornu contra Macedonias, quod propter sequentia annotandum duximus, vbi dicitur Achæi contra Arianos iuſſe superato torrente: legendum enim puto contra Macedonas: quia statim post ait de Achæis, numero acie mille & ipſi quadragesgentos loco expulere, vbi rursus quingen- tos legendum arbitror ex superioribus.

Bargyllas petentes.) 663.A. Bargyli neutro genere opidum Cariae omnes authores proferunt, sicut & Liuīus ipſe libro priore. Ab Iaso & Bargylis & Euromensium vrbe.

Recipi nisi aliquanta prosperam Antio. pot.) 663.B. Ita in codice Moguntino habebantur verba. Quidam ita emendarunt: Recipi nisi aliquanto post per Antiochum non potuit. Sed parū adhuc intelligitur nostro huic proposito congruens. Et paulo post: Ab contentu conceſſit, inquit, ab contentu discessit, legendum puto. Quāquam Philippus cum audisset Dardanos transgressos fines regni, superiora Macedonis euaſtare, planus erat ferro, sed interiecta verba rem faciunt obscuram, ideoq; à quibusdam prorsus amota sunt. Et versus sequens obscuram habet compositionem: Se siusque proſfigante fortuna vngabatur.

Circa Stobos Peonia.) 663.C. Ptolemaeus Stobos Peagonum oppidum ponit inter Axium ac Erigonem flui- uos. Ergo hīc legendum Peagonia, non Peonia. Intrauerant enim iam Macedonum regnum Dardani.

Nec Helicinas (promontorium Cilicia est.) 663.E. Im pudens mendum hoc loco est: sed pro, nec Helicinas, legendum est Nephelida, cuius in Cilicia descriptione meminit Ptolem. vt reliqua hic oppida apud eundem litoralia inuenies. Sensus est: Rhodii ad regem misérunt legatos Nephelida. Quidam perperam emendarunt hunc locum, adjicentes verbum, superaret de suo: ad quem modum multa emendare possemus, si quidem id emendare, ac non potius corrumpere est authores.

Vxore ac liberos duos.) 664.H. Vt nihil cauiller quām Latinè hoc dicatur, liberos duos, (nam Liuīum ita locutum non credo) certè libro octauo huius decados Attalus atq; Athenæus Eumenis fratres nominantur, omnes huius Attali filii.

M. Helius cam prouincia obtinebat.) 664.M. Aelius legēdum ex priore libro, si quidem ibidem recte legitur, vbi huius anni eliguntur magistratus.

Cum Lufcinone fidas vr. Cardonem & Bardonem.) 664.I. Quia in vltiore Hispania haec acta sunt pro Cardone Caſtilonem libertent legerim, ac pro Bardone Be-tulam, quæ ab Caſtilone nō longè abeft, vt ex multis Liuīi locis patet, præcipue vero libro octauo secundi belli

Punici. Cardonis ac Bardonis nemo quod sciām meminit.

Cuius iurisdictio inter ciues & peregrinos.) 664.II. Libro priore, vbi huius anni prætores sortiūtū prœvi incias, vrbana Sergio, peregrina iurisdictio Minutio obtrigit. Pro M. igitur Sergio, Minutio legendum videtur: nisi inter ciues & peregrinos prætorem intelligas vrbanum, cuius erat officium recitare literas, vt sapé apud hūc authorem. At posteriorē anno statim postea ita loquitur Liuīus: Prætores deinde prouincias sortiti, L. Apustius Fullo vrbanan iurisdictiōnē, M. Attilius Glabrio inter ciueis & peregrinos, quod ego de solo intelligo peregrino. Quā quam Liuīus libro quinto huius decados post dirum illud incendium, vbi de prætorum prouincias decernuntur, ambiguè loquitur, vt vix ex hac trica nos explicemus. Sed iudicet lector.

Et Placentini Cremonensesque addiderūt.) 665.A. Hic eorum sequitur opinionem, qui hoc anno Hamilcarem Prenum in Gallia à coss. Cn. Cornelio ac Q. Minutio vi etū scribunt, Cremonamq; obſidione liberatam, cum libro primo huius belli prætorem L. Furium Purpureo-nem ea egisse scripſerit nō expectato coss. Cotta, qui pu-niæ adeflet. Secundo verò libro tanquam aliorum, eandem recitauit historiam.

Tulit in triūpho ducenta triginta septem millia quin gentos.) 665.B. Si vltimus numerus benè habet, ego ſer-tioris intelligam. At Liuīus frequenter æris summa ini-tio ponere ſolet, quare & æris numerum intelligere poſsumus. Illud autem argenti bigati de denarijs intelligo, ex Plinio libro trigesimo tertio.

Coffani eo die poſtulantibus vt ſibi colon. num. aug.) Sapè anteà de hoc nomine admonuimus, dubiū eſſe de quānam loqueretur vrbe: Coffæ enim in Hetruria, Com-pſa autem vbi Beneuetum. Carterū hi ſiue Coffani ſiue Compſani dicendi, hoc in loco impetrarunt quod à ſena tu negatum erat initio libri ſecundi huius decados.

Qui poſt L. Cornelium & T. Sempronium coss. ho-ſtiſ ſuillet.) 665.D. Legendum qui poſt M. Cornelium & P. Sempronium. Intelligit autē coss. anni decimquinquā ſecundi bellū Punicū. vultigur eos, qui his octo annis ve-nient in amicitiam cum Romanis, cùm antē hostes fu-iffent, non adſcribi in colororum numerum. Tot enim ſunt ab his coss. anni. Hos errores tam faciles correctu- nemo animaduerit.

Scenaque ab edilibus curulibus Cornelio Scipione, & Cn. Manlio Volione.) 665.E. Multi hoc tépore Cornelij Scipiones erant. De Africano qui c o s. fuit, vix hoc intel-ligo, ſed de eius fratre Lucio. Sed iudicet lector.

Cn. Sempronium Tuditianum proconsulem in cite-riore.) 666.F. Priore libro, vbi & anni prioris magistratus creantur, Cn. Sempronius, non C. legitur: & idem præ-tor, non proconsul dicitur, quare utrumque hic corrup-tum.

Satis iam antē diuidere eſſe.) 666.F. Quid ſi legeretur, ſatis iam ante decretum eſſe? vt alludat ad hanc concer-tationem, quæ fuīt prioris anni initio, inter coss. a tribu-nos plebis, L. Oppium & Q. Fulium. quanquam ego deſectum eſſe puto. Quidam abiiciunt prorsus, qua ratio-ne moti, haud equidem intelligo.

Bellum in Hispania quinto poſt anno eſt quā ſimul.) 666.C. Sensus eſt, bellum in Hispania quinto antē anno, quām ſecundum bellum Punicum finitū. Idque verum. Nam P. Cornelio Scipione, & P. Licinio Crassio coss. L. Lentulus & L. Accidinus cum Indibili ac Mandonio Hi-spaniæ regulis vltimō conflixere, anno decimoquarto e-ius bellī. Decimo-octauo autem anno Punicum prorsus finitum eſt, ac deinceps ſequenti anno coepit Macedoni cum. Quarego hunc locum ita legerem: Bellum in Hi-spania quinto poſt anno, quām ſecundum bellum Puni-cum finitum eſt. Sed & hoc lector diſpiciat. Quidam ita emendarunt hunc locum: Bellū in Hispania quinto poſt anno exortum eſt, quām ſimul cum Punico bello fuerat finitum, quod ego non intelligo.

Tusco vico atq; Intemelio per portam Capen.) 666.H. Liuīus

Liuīus libro septimo secundi belli Punici vbi de sacro Iunonis reginā Tūscī vici mentionē facit. Ab æde (inquit) Apollinis boues foeminae duxæ albæ porta Carmentali in urbem ducere, à porta iugario vico in forum venerere: inde vico Tūscō Velabroque per boarium forum in ciuum publicum atque adem Iunonis regine perrectum. Libro autem quarto eiusdem bellī deinceps Romæ factō ita habet: Solo exquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem, cum & quimelio iugario quo vico. Libro denique quinto belli Macedonici, ē Capitolio scribit saxum ingens cecidisse in vicum iugarium. Ex his locis lectori videtur num huic loco mederi queat. Nam ego Intemelium quid sit non memini me legere: sed neque Meliū vt quidam inde Melio legunt.

Ijsdem diebus Cornelius Lentulus.) 666. H. Hunc puto L. Cornelium Lentulum qui cos. fuit anno secundo huius belli, cuiq; prorogatum imperium anno tertio. Anno autem quarto Cn. Sempronius prætor factus citerioris Hispaniæ, Aelius vltorioris, Sed de hoc ad finem libri primi huius decados. Porrò quod subiungit, Ex S.C. vrbem est ingressus, deesse puto vel ouans, vel triumphans. Nam de Stertiniū statim subneget, Stertiniū ex vltorio re Hispania, ne tanta quidem triumphis spe. Sed iudicio lectoris hoc committit.

Fuga cornitum & quiratio facta.) 667. A. Ecce quiratio de Gracis, quasi illi in necessitatib. Quirites clamarent, sed Liuīus Romanis haec scripsit. Et etiam exemplū, non tam anxiè authores semper locutos, vt quidam superstitionis obseruantur.

Has qui culti literas, iussit Zeuſippo.) 667. C. His verbis satis indicatur alij seruo dataſ literas, non illi suspecto, cū tamen ante toto internuntius & minister rei sit dictus, & per quem res ad iudicium sit protracta.

Et Zeuſippus quidem fu. fer. motus Antenorem.) 667. C. Anthedonem legendum, quod est oppidum litorale Bœotia.

Zeuſippum principem gentis id facinus.) 667. D. Verba sunt aliquot libris asterisco notata, atque per admirationē dicta videntur, qualia multa apud idoneos authores similia. Potest etiam defectus aliquis hic esse, vt plane suspicor.

Ac qui impreſſerent pacem Boeotis.) 668. F. Quidam acqui, mutarunt in acni, quasi Achæos Atheniensēs que minatos Imperatori Romano, nisi daret Boeotis pacem, se rebellatus ac auxilio Bœotis futuros: quod nescio quām sit credibile id auctos post Philippum tam memorabilis victum pugna. De Boeotis minus mirum, qui deſtitute etiam proverbijs male audierunt.

Liberas esse Decianorum libertate.) 668. G. Nō memini nivspiam me hoc verbi legere. Fortassis autem decem legatorum à senatu Romano missorum dataam libertatem intelligemus.

Triginta quaterna millia pondo & ducenta.) 668. G. Vectigal precessit, præſens pecunia sequitur. Hęc ſumma in medio quidſibi velit, haud equidem ſcire poſſum.

Theſſalos, Pertheblos, Achæos, Thieras.) 669. A. Quia vltimum noniū haud dubiè corruptum eſt, pro duobus vltimis quidam Achæos Phthiotas reponuerunt: ſed neutrī quam ſatis ita ſanatum eſt hoc culnus. Nam multa hic nomina omiſſa ſunt, que abſque fide veruſti alicuius codicis refituere non poſſumus.

Hoc ſpe concipi, audaciſ animi fuiffe.) 669. C. Erhae verba corrupta ſunt, ſed vtcunque reſtituta in aliquot libris. At obſcuritas eſt in verbiſ his qua nō ita multo poſt ſequuntur. Abſtineret liberas omnesque Gracces. Itē quae rūſiſ aliquot interiecti verbiſ ſequuntur. Phocenses, Locrenſes, & que ſicut anteſea fuerant adiecta decreti auſthoritate, hi contribuerunt, neque enim hi duo populi Aetolis contributi ſunt opinor.

(Phylaicum appellant.) 670. G. Quidam Phylaicum emendarunt, fortassis autem Phylacen legendum, de qua Strabo libro nono aliquot meminit locis. Et paulo antē de Philippo bellandum legitur, vide numeri rebellandum ſit legendum.

Marcellus Pado confeſtim traieco.) 670. I. Non eſt dum quin hic deſideretur verbum: quare hūc locum ita legerem: Marcellus Pado confeſtim traieco in agrū Comensem, vbi Inſubres, Comitib; ad arma excitit caſtra habebat, legiones induxit quæ statim in ipſo itinere prælium coſmittunt.

Lebos Libuosque.) 671. A. Quidam pro Lebos emendarunt Leuos. Sed neque illud clarum, vt neque ſequentia verba, Redeunteſ inde Ligurū extremo fine. Hęc mihi in hoc notantur, quod videām à qui buſdam tranſiſta tanquam clara, cū ſiat nimium obſcura.

In pedites singulos dāti oſtingenti aixs.) 671. C. Oſtingeni auto oſtigintia legendum puto, cum ſuprà Cn. Cornelium qui de iſidē Inſubribus, ac præterea Cenomanis triumphauit, ſeptuagenos aris militibus diuifite dicas, eſſet autem nimis magnus excessus. Talia leviter noſtra eratē curant qui authores emendandos ſuſcipiunt, cum in hiſ; meo quidem iudicio, maximè vigilandum, ſi quidem historia confutum per nos videri voluerimus.

Terreſtrēs copias ad Abydum traieciit Cher.) 671. D. Aydus Hellēſponti quidem vrbis, ſed non in Chersonesi: Iraq; hoſtoco pro, ad Abydum, legendum Madyū, cuius etiam libro primo huius decados mentio eſt, ante Aydenorū caſum, quemadmodum ibidem, annotauimus, vt ita legatur: Terreſtrēs copias Madyū traieciit Chersonesi vrbem. Quidam emendarunt, ab Aydo nō attenientes que ſequuntur verba, Chersonesi vrbē: haud dubiè enim nomina ſe eam.

In Europam traieciſſe, fuerit, quo vičto.) 672. H. Maxime obſcurum hunc locum facit in teriectum verbum ſue rit, nihil proſrus ad ſenſum faciens, ſed hercule deſt aliiquid.

Et Antiochus ſuam fore Aegyptū ſi tum occaſio.) 672. I. Legendum puto, ſi tum occaſioni nō deſſer. Sed iudicet lector.

Cypri nihilominus cum Chelidonitum promon.) 672. K. Chelidonis inſula ſunt in confinio Lycie ac Pamphylie, in Cypro autem nullum eius nominis promontorium: quare diſtinguenq; poſt nihilominus, hoc ſenſu: Naugandi quidem in Aegyptum omiſſum cōſilium eſt, Cypri non item: nam tentare in animo habebat, vt ſequentia indicant, fed tempeſtate afflictus omiſit. Quam haud huic loco aliquot verba deſſe opinor.

Tritici decies centum millia binis gris.) 673. B. Non eſt mihi dubium quidam hic deſiderari verba. Nā verbum diuiferunt nominiatiū, non habet certum. Sex prætores erant, quorū poſtremos adiles curiiles fuiffe puto, vt libro ſecundo huius decados non ita longe ab initio, vbi coſſ. creantur Sex. Ailius Pætus, & T. Quintius Flaminius ac libro primo ad finem, vbi coſſ. L. Cornelius Lentulus, ac P. Iulius Appulus, prop̄ ſimiles dicendi modos, ſed clariores, reperiēs.

Dornitius Aenobar. & C. Scribon. multos pecuarios ad populi iudicium adduxerunt.) 673. B. Memini olim me ex D. Erafmo Roterodamo audisse, Litium hōc in loco abigeoſ per pecuarios intelligi voluisse, quod statim meminerit Fauni, pecorum ſue agrestium numinis, vt appellat Virgilis libro primo Georg. Porrò quod statim poſt ſequitur. Aedem in inſula Fauni fecerunt: vide num legendum, adem Fauni in inſula fecerunt. Inſulam autē Tyberis intelligo, de qua libro ſecundo ab Vrbe condita non ita longe ab initio meminiſt Liuīus.

Quē P. Fabius habuerat.) 673. D. Vbi prioris anni magistratus creantur, in hoc adeo libro, Qu. Fabius Buteo prætor bis nominatur, cui in forte Hispania vltorior euerterat. Pro P. igitur legendum Q.

Deſcenti peditum & quingenti equi, ex Gall. exerci.) 673. E. Hic peditum numerus nimis conciſus eſt, ſi ad equeſtes comparaueris. Tu m id, ex Gallico exercitu, obſcurum. Niſi dicamus exercitum Gallicum, quē coſſ. Valelius aduerſus Gallos ducturus erat.

Quod C. Cornelius Mammula prætor.) 673. E. Hic prætor libro 2. de ſecundo bello Punico M. Amylius nomiñatur.

Sed Turbain oppidum cū Budare & Besafide.) 673. E. De ceteriore Hispania nunc loquitur: nā vltioris regulos. M. Älius prætor superius nominavit Culcam & Lufinonem. Quanquam quis cum ijs finis belli fuerit, nō explicauit Liuius, vt de his propè sit suspicio, eosdem esse & corrupta esse nomina. Porro Turbulam oppidum in Basitanis longe ultra Iberum flumen ponit Ptolemyus, vt nesciam quam hic quadret. Sed comparet hæc studiosus lector.

Audirentur maiores.) 674. C. Quidam audirentur, in audiunt mutarunt. Atego post audiuntur distinguendum puto, & quæ sequuntur verba, corrupta non dubito, quanquam sensus manifestus est, maioribus natu vñsum esse. Nabidis causam rei cédam ad Quintium: at Antiochi, Hannibal, Carthaginensiumque, non item.

Idem pro nihilo habuit.) 674. F. Illud idé, planè offendit hæc aliqua deesse verba: referuntur quæstorem, & neque causa dicitur, quare Hannibal prætor quæstorem ad se vocari.

Postera die mare inter Ancillam Thapsumq.) 675. B. Mane, non mare legendum. Acyllam, non Ancillam, cuius oppidi meminit Hirtius lib. 5. de bello ciuili. Ptolemyus, vt nesciam quam hic quadret. Sed comparet hæc studiosus lector.

ac Strabo Achollam vocant, propè Thapsum. Quidam pro Acylla satis temere Adrumentum contra exemplarium fidem reposuerunt, cū Ruspina & Leptis parua media sunt vrbes. Suam autem turrim, quid sit, haud equidem intelligoscit nec qui præcedit. Vocatum agrum.

Ne his debere impune esse.) 675. D. Quid referat illud his, obscurum est, ego aliquia verba deesse puto.

Ad Dapnen celebrantem.) 675. E. Hoc ijdem rectè emendarunt, ad Daphnen. Est autem vrbs 40. stadijs ab Antiochia distans ad Orontem fluuiū, vt author est Strabo libro 16. qui ideo eam Antiochiam *αντιοχίαν* vocatam ait. Plinius item libro 5. cap. 25. Intus ipsa (inquit) Antiochia libera Epidaphne cognominata. Hęc velut leui brachio, sed non absque tedio tamen, in hoc fragmentum annotari placuit: quanquam id vehementer optamus, tam purè aliquando prodeat vel totus Liuius, vel hichibet, vt his meis coniecturis non sit opus. At ita habent litterarum negotia, vt nulla doctorum quamvis sedula ac diligens opera satisfit vñlvi corruptori. Adeò in errores prona est humana imbecillitas.

FINIS.

INT. LIVII LIBRVM XXXIII. HENRICI GLAREANI ANNOTATIONES.

Nequa mulier plus seminaria auri haberet.) 676. F. Secus nobis tradidit Liuius li. 6. de secundo bello Pun. coss. enim M. Marcello III. ac Valerio Lenino II. vbi priuati cōferunt pecuniam, uxori filiæ singulæ vñcia auri relinquebantur, & pondo argenti. Hic autem non licuit plus seminaria auri vñllam habere mulierem, legē Oppia. De qua lege ne vñnum quidem verbum fecisse Liuium li. 3. eiusdem belli, quando Q. Fabius suffectus Posthumio, cum Sempronio fuit cos. anno quarto eius belli, ad modum miror. Quare videat lector, vter ex altero locus sit emendandus. Deinde utrum Liuium memoria lapsum, an diuersos vtroque in loco securum authores (vt fit sc̄p̄) credamus.

Ei liberostios in exorabiles.) 678. I. Dubium ex prioribus pendeant hæc verba, an ex sequentibus. Quidam etiam de solis puellis, non pueris intelligi contendunt, quo equidem nescio.

Quid vetus regia lex.) 679. D. Quidam codices habent, num vetus lex, quod non displicet, sed vtrunc; intelligitur. Dicere enim vult, legem Oppiam neque veterem regiam esse legem, quas multas à Romulo latas Dionysius refert, neque à Decemviris proditam. Exemplum autem matronarum quod de Capitolij obsidione paulo anterē refert L. Valerius, à Liui eo anno nō habetur libro quinto sed quarto antē anno, hoc est proximo post Veios captos, ab Vrbe cond. 360.

Tali tempore in luxuria & ornatu matronæ.) 680. F. Hæc nisi ironia graui pronunciata intelligamus, interrogatiæ legenda videntur. Vult autem aduersus Catonem ostendere, non ob luxum ac ornatum immodicum matronarum coercendum, hanc latam legem, sed miseria ac inopia, quod historia eius temporis probat, cum in tanto luxu tum matronæ fuerint, vt Cereris etiam sacrum intermissum: vnde & senatum iussisse intra xxx. dies finiri luctum.

Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis.) 680. I. Hæc, contraria atque præcedentia, quia per ironia dicuntur, meo quidem iudicio, venustiora erunt, si enunciatur abfque interrogatione legantur, habebunt enim plus gratia.

A Phocæa, vnde & Massilienses.) 681. B. Admonimus etiam libro quinto ab Vrbe condita hoc in loco rectè legi à Phocæa, cum illic perperam in omnibus quotquot nos vidimus exemplaribus, legatur à Phocide, quæ regio Græ-

cia est, vnde adagium φωκεών, sive φωκαῖον θύσεια, id est, Phocenium desperatio: cum Phocæa, à qua vrbe & hi & Massilienses orti, sit in Aegiale Asia: vnde adagium alterum φωκαῖον ἀρέα, id est, Phocænium exercitatio. In Latinis sefellit Phocensis à Phocide, & Phocænus à Phocæa.

Eodē tempore Heliuo decedenti ex vltorio. Hispan.) 681. D. Pro Heliuo, alijs libri habebant, Helio. At in literis facile erroris accidere potest, vt M. Älius mutarint in Helium, deinde aliquis ex Helio fecit Helium. M. Älius fit prætor vltorioris Hispanie anno quarto huius decadis, non ita longè à fine libri secundi, vbi tamen Helius quidam legunt.

Cum prouincia quoq; successori Q. Minutio.) 681. E. Vltorius Hispania, in qua anno huius belli IIII. prætor fuit M. Älius, vt iam diximus, anno quinto obuenit Q. Fabio Buteoni: at Q. Minutio citerior. Quare M. Älius successor non fuit Q. Minutius, sed Q. Fabius. Et Q. Minutio in ceteriore Hispania P. Manlius successit, vt post hāc, qua iam sequitur pugnam, ipse fatetur Liuius. Fieri autem potuit, vt Liuius in re non admodum magni momenti lapsus fuerit memoria, videlicet in tanta rerum gestarum mole; & fortassis duo Q. librarijs errorem fecerit.

Et Oſcenſis argenti CC LX X VII I. millia.) 682. F. Ofca vrbs est Illergerum apud Ptolemaeum in Hispania, vbi vi dentur fusile argenti fodinae. Ceterum id argentum meliusne fuerit alio argento, an peius, mili nō constat. Certè que hic ponitur summa, si Budæana supputatione in singulis libras decem statuamus coronatos, in immensum cresceret, quare numerum suspectum puto, aut non libras intelligendas: quod equidem magis crediderim. Sedi judicet lector.

Ab dextero latere hostium circunduci iubet.) 683. B. Il lud, ab dextero latere hostium, male quidem tinnit, intelligitur tamen. Nam circum latus hostium dextrum, duæ haec missæ cohortes venerūt ad tergum sinistri cornu hostium, qui premebat dextrum Romanorum cornu.

Agèv Romanus refitebat.) 683. C. Quidam Romanis emendarunt, quod nescio vt placeat, propter sequentia proximè verba. Sed sic etiam refitebatur emendandum, vt sit sensus, à sinistro cornu hostium agrè Romanis refitebatur, quod & à fronte barbari virgerentur, & instantes cohortes patidi respicerent. Quanquam clarior erit sensus

sensus, meo quidem iudicio, si à sinistro cornu Romano noua incipiatur sententia, & cohortes Romanas intelligamus, quas Cato miserat in terrorem sinistri cornu hostium, ab dextero tamen eorundem latere ducatas. Item quod continuò sequitur, Etemissis soliferreis Phalaricis-que: quidam pro& legunt ut: Ego p̄ emissis, legendū puto om̄issis. Soliferreum attēteli genus, totum ferre um. Phalarica autem quid sit, ipse Liuius libro primo de secundo bello Punico in oppugnatione Sagunti elegan- tissimè describit. & Veger. lib. 4. cap. 18. Quanquam hic magis quadrata significatio, qua hoc verbo virut Virgiliius libro nono Aeneidos, vbi Turnus Bitiam sternit, ab altera haud dubiè deducta poterat enim multi generis esse.

Etipli inter equites sparō percutit.) 683. D. Seruius in Aeneidos librum, ad hoc Virgilij carmen:

Agrefiūq. manus armat Sparus.

Bene agrestis, inquit: nam sparus est rusticum telum in modum pedi recurvum. Salustius in Catilina: Sparos aut lanceas, alii præcavatas fides portare. Hęc Seruius. Nomē adhuc manet in Celtica lingua, qua etiam num̄ Heluetij vtuntur. Quod idē admoneamus quidam quidam in hunc locū ita scripsit: Sparum genus est Lini in Italia frequen- tis, cuius caule, sicut vitibus, cædebantur milites liberi, quasi idem sit sparum ac sparus.

Bergistanorum ciuitates septē.) 684. G. Bergistani qui sint, non memini me legere. Bergidium oppidum bis po- nit Prol. semel in citeriore, iterum in vteriore Hispania. Sed lector videat ut hic quadret. Sanè apud hunc autho- rem, quod sap̄e nunc teflati sumus, locoru nomina, plæ- raque corrupta videntur. Quanquam fieri potuit, ut tot elapsi seculis multa fuerint mutata nomina, ut paulo p̄st de Segestia quoque suspicor. Vix Turditani atque Celiberi noti, ne tamen illi quidem satis apud posterio- res definiti ad antiquam descriptionem, tantum absit, ut vbi Seguntia cuius paulo p̄st mentionem faciet olim fu- erit, certò demonstrare queamus.

Primiti inducijs ingredientes.) 685. B. Nō video quo- modo hęc oratio per participium suspensa, non aliiquid desideret. Sed iudicet lector.

Defecere ad eum Sedetani, Ausetani Suesse.) 685. B. Se- detanos, vt superiore etiā decade testati sumus, putamus à Plinio Ptolemaioque dici Edetanos. Ausetani in qui- busdam codicibus, Auxetani, in quibusdam Autethani, sed libratorum errore, ut puto, nominantur. Suestanos libro quinto decados superioris cum Indibili regulo no- minari lib. autem 8. eiūdem, Suestanos populi Romani amicos facit. Idēm sit populus haud equidem scio. La- cetanorum autem meminit Casar libro primo de bello ciuili, vbi & Ausetanorum. Mirum verò quid Lacetano rum oppidum longitudine latitudineque descriptū non nominet hoc loco Liuius.

Confestim inde viator ad Vergium dicit.) 685. D. Ita omnes habent codices, quos nos vidimus: sed Vegetanos nescio vbi inuenias in Hispania.

Qui circa Cylarabin gymnasium.) 687. E. Pausanias li- bro secundo vbi de Argis. Cylarabin Stheneli filium re- gem Argiorum fuisse dicit, & gymnasium quoque esse Argis ab eo nominatum. In multis codicib. perperam le- gitur Cylarabin. Sed in hoc nomine quod adl & ratti- ner, contrarium accidit quod in Sthenelo & Caralibus, pro quibus vulgus Sthenelum ac Calarim dicit.

Tertio die ad Carrhias posuit castra.) 688. F. Caryænī co r, & sequente y, legendū arbitror ex Pausanīa libro tertio, qui in Laconia locum Diana ac Nymphaum esse scribit. Quanquam id lectorē moratur, quod hic expe- ßare sociorum auxilia velit, priusquā hostium intraret agrum, ut Caryæ in Laconium agro non aptè videri queant unde quidam Caphyæ legendū putarunt, quæ in Arcadia sunt, ybi & Tegea, cuius hic quoque mentio: sed ego temere non mutauerim.

Illotum deinde quidam.) 688. I. Illotarum quidā emen- darunt & recte. Sunt autem quos Helotas Strabo lib. 8. vocatos ait. Diphthongus ει, id diuīminis fecit, nunc in

e, nūc in i. Latinis versa, ostendunt aīrētes ac θ̄λετιδ. Cate- rū apud Græcos aspirationem habet, siue ἀνθέλας ve- niat, vt Strabo sentire videtur quodam in loco, siue ἀνθέλας, vt alijs quibusdam placet.

Ad Sellas super Eurotam.) 688. I. Polybius libro secun- do non ita longe ab fine, vbi hanc describit pugnam, vo- cathunc locum Sellasiam. Meminit & in Laconicis Sela- sia Pausanias. Ceterū Polybius Sellasiam in regionem Laconicam adiutum ait, & ei loco duos imminere colleis, Euam & Olympum. Viam atitem inter hos medium es- se, quæ per ripam prefluentis fluminis ducat Spartā. quō in loco fluminis nomen om̄isit, quod si Eurota fuisse, haud dubiè positus. Ideoque alijs legunt, ad Sellasiam super Oenunita, pro ad Sellas super Eurotam. quanquam Polybius post paulum Corgili fluminis meminit, haud procul ab eo loco.

Sub ipsas Maxali mōntis radices.) 689. A. Omnes Ma- xalum Arcadiæ cum oppidum tum monte ponūt, quare videndum num recte locus habeat, hic enim de Sparta loquitur. Fortassis autem Taygetum scripsit Liuius. Né- que enim ī Arcadia erat. Quintius & ipse statim Tay- geti mentionem facit. Sed lectoris esto iudicium.

Nabidis dom. satellitem factū tribunum. mil.) 695. B. Vide quem Aetoli appellant hoc nomine. Quintiūmne per contemptum, cum esset procos, an alium quempiam. Alij legunt, factū Rom. Porrò dē eo quod subiungit Li- uius, sunt qui non ex oppido proficiscentem bellum ge- sisse tyranūni, tradant: multi dubitant, qui fieri potu- rit ut castra sua Nabis aduersis Rom. castra poneret, si ex oppido non fuerat profectus. Sed fortasse aliqua defunt verba.

Prætoria inde com. ha. creati P. Cornelius Scipio.) 695. C. Quia P. Cornelius Scipio Africanus hic C O s. factus est, huic alteri Scipioni addendum erat: vt puto, vel Cn. filius, vel Nasica, vt libro quinto noti ita longe ab initio, ac libro sexto prorsus initio, ac deinceps sap̄e additur, vbi minor causa quām hoc loco virgebatur. Item quod statim subiungitur. T. Iuuentius Alua, quidam Caluā emenda- runt. Ceterū in Plinio lib. 7. ca. 53. quidam Talpa, quidam Talua legunt, tanta est in hoc cogitatione varietas.

Q. Pleninius qui propter multa in deos ho.) 696. G. Hunc Pleniniūm li. 9. precedentis decadōs ante iudicij diem in vinculis mortuum tradit Liuius. At Liciniū hęc scribere, quæ tamen hic Liuius tanquam oblitus eorum quæ antea dixerat absque auctore nūc prodit.

Deduxere triumviri T. Semp.) 696. G. Dubiū an hi in Campaniæ tantum oppida, Puteolos, Vulturnū ac Lin- ternum, an etiam Salernum Buxentumque, illud in Pi- centinis, hoc in Lucaniis oppidum, colonos duxerint ne quæ enī verisimile est his posterioribus agrum Campa- num ditiuscum prioribus esse. Certè alteris deesse sui videntur ductores, atque ita aliquot verbis defectum es- se. Ceterū M. Helitius hic rufus legitur, de quo sap̄e in prioribus. Omisi & patilō p̄st triumviri Temp̄. Qui- dam ad L. Corneliam Merulam adiecere C. Salonium, sed nihilominus tertius absit. quæ omnia sanare nobis absque vertuſo aliquo exemplari ſitione videbatur poſi- ble, quanquam res est haud magni momenti. 696. I.

Boiorum res tum regulis eorum.) 697. G. Idem dico de hoc loco: nam quis ita loquitur, Boiorum res tum reguli- lus eorum castra posuit? Quidam Boiorix, pro Boiorum reſtiterunt.

Vt populus Rom. dignis datam libertatem.) 698. G. Qui- dam, hinc dignis legendū putant, quod statim rufus sequatus hinc. Ego libertus ita legerim. Ut populus Ro- manus, & dignis datam libertatem, & munus suum be- nē poſitū ſciret. Planissima lectio eſt, vt populus Roma- nus dignis datam libertatem, ac munis suum benē poſi- tum ſciret.

Auri pondo fuit tria millia septingenta.) 699. B. Nota hoc genū ſermonis, Auri pondo fuit tria millia, vt pati- lō antē infeſti argenti fuit xviii. millia pondo. Item post aliquot versus, Prebuerunt ſpeciem triumpho, vide nūm ſpeciem legendū: nihil tamen mūtarim. Būdæus libro

secundo de asse, vbi hec loca docte tractat, suspicatur proxime ante hec verba legendum potius quatuor denariorum quam trium.

Vna Iunonis Matutae in foro olitorio)699.C. Hec eades à Cn. Cornelio, Cethego anno quarto. huius belli vota fuit Sospita Iunoni, non Matutae. Vide ipsum hunc auctorem libro secundo non multis folijs a fine, vbi cū Insibris confligitur. Sanè Iunonem Matutam dici nusquam quod sciam legi. Cn. etiam hic Cornelius legendum, no C. ex eodem libro: quod miror non emendatum in nouis codicibus.

P. Sempronius Sophus.)699. D. Libro nono secundi belli Punici sub finem de P. Sempronia Tuditano cōs. cum Hannibale confligente ita ait Liuius: cōs. principio pugnæ adem Fortuna primigenia vovit. Igitur Tuditanus pro Sophus hic legendum, nisi duo huic viro cognomina fuerint, quemadmodum illi Sempronio qui cōs. fuit anno ab Urbe condita 450, quē Liuius P. Sempronium Sophum appellat lib. 9. Plinius autem lib. 33. cap. 1. Sempronium Longum.

Megalesia ludos sce. Attilius Ser. L. Scrib. Lib. primi.) 699.D. I. 9. secundi belli Punici de suscepta matre deum ita ait Liuius: Populus frequens dona dœc in Palatio tutit, lectisterniumq; & ludi fuere Megalesia appellata. Ergo hic non primi facti sunt hi ludi. Idem Liuius lib. 6. huius dec. primos scenicos ludos suis factos scribit ex Valerio Antiatore. Variatum igitur hoc historia est. Quod autem continuò subnequitur: Horum adiliū ludos Romanos primi senatus à populo secreter spectauit, haud scio quām verum sit. Nam libro primo de Tarquinio Prisco, atque ludis ab eo institutis, ita ait Liuius: Loca diuisa patribus equitibusque.

Ad quingentesimum octauum annū in promiscuo,) 699.E. Insignem hic considera mēdam lector. Ab initio huius decadōs numeratur annus ab Urbe condita quinquecentesimus quadragesimus, hic quingentesimus octauus, cūm octo interea effluxerint anni. Quare non sit mihi dubium, vt illud quadragesimus suprà pro quinquefimo irreperatur, ita hic omnium quinquefimus. Quare locus ita legendus: Ad quingentesimum, quinquefimum octauum annum, &c. vt quatuor anni desint ab Urbe condita. Nec dubium est vlli, sub Romulo fuisse etiam spectacula.

Sic, vt aut sola, aut prima certe pensari decet principi.) 701. D. Subobscura est sententia, intelligitur tamen: & Graeco dicendi modo vt vtrum, decet principi. Teren. in A-delphis: Ut vobis decet, οὐαὶ πρόπεται.

Neq; traiacentem, sed quod in speciem.) 702.H. Pro sed, alij emendarunt, & quasi dicere velit, regem neque traiacentem, & tamen paratum traiuscere. Persed, idem intelligi poterat.

Emporia vocant eam regionem.) 703.B. Huius regionis cum simili descriptione etiam mentio est, libro nono de secundo bello Punico, vbi Scipio in Africam traiuscere parat. Plerique libri feminino genere hoc loco Emporiam habebant: sed Emporia, arum, Hispaniē est oppidū, vt suprà in hoc libro ab initio patuit. Verum neque Scipio ad Syrtim parvam traiecit, neque Massylorum, aut omnino Numidiae dominium, ad Syrtim parvam erat, vt puto. At hercules magna est locorum in Africa confusio apud Romanos scriptores: quod in Salustium olim, & supra priore decade in hunc authorem, fatis superque conquesti sumus.

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM XXXV. HENRI-

CHI GLAREANI LORITI ANNO-

TATI O N E S.

DIGNATVM inde haud procul Ilipa vrbe est.) 704.I. Illud inde, nisi locis sit, omnino tollendum est. Ptolemaeus Ilipam vñā, Ilipulas duas, magnam alteram facit, monte præterea Ilipam: omnia hæc in Bætica. Pli. lib. 3. ca. 1. Ilipam magnam, & Ilipulam minorē vocat, haud scio diminutione exiguitatem denotante. Ilipæ etiam meminit Strabo lib. 3. ad finē, de magna, vt opinor, loquens.

Cuius cernendi cum ratio quæ diem fin. pla. scener.) 706.I. Pro cernendi, quidā coercendi emendarunt, haud scio quām benē. Illud magis lectori perpendendū, num diem sceneralia appositivæ intelligendum, vt bacchanalia, saturnalia, atque alia eiusmodi: nā ego nihil definio. Quidam feralia legunt.

C. Flaminius in cit. Hisp. op. Iliciam in Oretanis cepit.) 706.K. Antonius Sabellicus strati hunc notat locum, Iliciam apud Ptol. Heliciam dici, quod equidem nescio, cum apud eugenii Illicis non in Oretanis, sed in Contestanis, non ita longè citra Carthaginem nouam vrbs ponatur. Plinius Illicos coloniam vocat, pluratio numero: vt in Ptolem. corruptum videi queat Illicis nonem additio-nes, pro Illici. Fieri autē potest vt Illici in Contestantis, Illicia vero in Oretanis, fuerint diuersa nomina. Illud magis mirandum, quo pacto Oretani vicini Bæticæ sint in citeriore Hispania. Atqui diuisio harum duarum prouinciarum varijs temporibus diuersa fuit, vt ipse etiam fatetur Plin. Suspicetiam Liuio hac in Hispania nomina non omnino nota fuisse, vt sepe ante conquesti sumus.

Sex. Alius Patus, & C. Cornelius Cetheg.) 707.B. Cn. Cornelius legendum, non C. Quanquam & anno septimo huius belli vbi Censores creatur, id quoque negletum. Ceterum fuit cōs. anno quarto huius belli.

Triumviri deduxerunt C. Manlius Volso.) 707.D. Et hic Cn. vocatur, non C. Manlius. Fit autem cōs. postea lib. 7, & in Gallos Asiaticos expeditionem suscepit. In li-

bris multis bene habebat hoc prænomen, at quidā temere mutarunt Cn. in C. Quidam A. Manlius Volso legunt.

Quadragesima iugera in pedites.) 707.D. Si Apulio auctore tertia agri pars adempta est, vt paulo post Liuius ait, legendum tricena iugera in pedites, non quadragesima. Sequitur enim, vicena iugera pedites, quadragesima equites acceperunt. Id facile patet qui numerorum rationem tenet: mirorque neminem ad talia vigilare, in quibus res ipsa clamat.

L. Valerius Tappus.) 708.F. In quibusdam codicibus omissum nomen erat Valerij huius, sed non recte. Ceterum hic Tappus cognominatur, alibi Tappo, vt libro sa- ptimo deinde, maximè inter triumviros qui Bononiam coloniam deduxerunt. Et C. Valerius lib. 8. tribunus plebis Tappo dicitur. Sed de hac variatione satis.

Antiochus rex ea hyeme Rhaphis in Phœ.) 709.D. Rha phis vrbs pol. Rhinocolora: sita est, prima ciuitatum Syria quæ Ägyptum aspiciunt, ait Polybius lib. 5. Ceterum omnes Palestinae vrbs faciunt: solus, quod scia, Liuius Phœnicia. Sed vel error est in codice Liuji, vel duæ eiusdem nominis sint ciuitates, vel Liuio ipsi hæc nō admodum cognita fuere. Ad eam vrbum Ptolemaeus quartus, qui & Philopater, cum hoc Antioche ante aliquot annos feliciter pugnauerat. Hic vero Ptolemaeus quintus est Epiphanes si nō fallunt Chronicæ Eusebij: in cuius tamen codice Antiochus dicitur vicisse Ptolemaeum Philopater, sed errore forsan libratorum.

Ad Pisidas qui circa Sicam incoluit.) 709.D. Ita omnes habent codices nostri, Verum ex Plin. lib. 5. cap. 27. legen dum, qui circa Sidam incolunt, cuius & Ptolemaeus meminir & alij, atque adeò ipse postea hic author li. 7. in pugna navalē Eudemī ac Hannibalī. Quidam Selgam re- posuerunt, quod mihi non probatur.

P. Sulpitius, P. Julius.) 709.E. Priore libro tres Publij mittebantur ad Antiochum, Sulpitius, Iulius, Alius: hoc autem loco Alius omnibus codicibus deest. Nec hoc in curia

curia authoris factum videtur, cum de Sulpitio tam diligenter cōmemoret, vt Pergamī ēger sublīterit, postea vērō Ephesum cum Iulio rūfus venerit: Āēlī ne meminit quidem. Credo autem Liuīum diuersos fecutum auctores, quod per Claudiū testimonium roboratur. Sed lectoris est iudicium, nam res est non admodum magni momenti. Pro Iulio quidam ybiq; Villū legunt, vt alīa admīnūmus.

Elāgam venere, inde Perg. vbi reg. Eu. fuit desc.)709.E. Descenderūt habēt omnes, quotquot vidimus, codices. Sed quomodo descenderūt a mari secundū flumen Cai-cum ascēdentes? Res geographis nota, vtcunq; alīj iudi-cauerint. Editio Frobenij nuper hęc recte emendauit.

Antiochę si Smyrna & Lampacus.)710.C. Ordinem puto, Romanis indignum viderī si Antiochę Smyrna & Lampacus imperata faciant. Considerandum tamen sitne locus corruptus.

In duobus velut cornib. Græcia.)711.E. Incertius hoc est loco, vbi nam distinguendum, & quā illa fint cornua Græcia, tum quomodo Āētolī in vmbilico Græcia. Strabo lib. 8. simile quiddam haberet de Peloponneso, à Demetrio Phalereo boue dicta, cuius cornua esse Ichomen Messeniorum, & Acrocorinthum Corinthiorum mon-tesset vt hunc locum iuuent, non planē video.

Oppidum Litabrum munitum opulentumque.)712.C. Neq; hoc nec quā sequuntur paulo pōst oppida facile reperias apud clāsicos scriptores. Fieri autē potest vt diruta fuerint, aut nomina vel mutata vel corrupta. Hoc etiam obiter hic notandū, quā Liuīus hic de Consulū in Boios profectiōne narrat, eadem illa narraturus esse post aliquot paginas, pauloq; diuersus. Porrō quē de M. Fulvio Nobiliore, vltioris Hispaniā prātore ante aliquot paginas huius libri narravit, hic prope eadem repete, nempe de Toletō ac Vettionibus, perinde atque antea nihil ea de redixisset. Sed non est mihi dubitum, tanta rerum gestarum mole, ingentiq; scriptorum multitudine, Liuīi memoriam obramat: nec id mirandum, praeferim in homine sene.

Quadrirēmis vetus capta annis ante octog.)713.A. Hic locus quibusdam in codicibus totus erat corruptus, in alijs restitutus, vt nihil minus hāreas. Nec id mirū: nam historia illa de Cratero ac eius vxore Nicā, aut, vt alij habent codices, Nicala, obscura est.

Ad Pleias posuit castra.)714.C. Pleias locū in Laconica non memini me vspiam legere. Leucam quidem agrum in Laconica ponit Strabo lib. 8. Et Acrias promontorium ad Euretōtā fluuij ostium quidā ponunt. At Strabo επόντας ἐνδιάλειον μέλαξν γυθίου γάλαχαν. id est Euretōtā excurrit inter Cythiū ac Aētias. Ptolemaeus Acriā vocare videtur. Nam Acrias Promontorū, de quo Plin. lib. 4. cap. 5. longius ad occasum est. Sed hæc etori iudicanda relinquō. Illud mihi mirū, quid hoc loco Nabem ait posuisse castra ad Pleias, postea vērō, cū ea à Philopemone incēta essent, nō aderat Nabis, imò à Cythiō mitit præficiū agris. Verum ea καταστάματα intelligi possunt.

Idem Telegam exercitu cōtracto.)715.D. Inde habent alīj libri. Et vide num Tegeam legendum potius: nec-nim vspiam legi, quod sciam, Telegam.

Ad Caryas primum in hostiū terra posuit ca.)715.E. Priore libro Liuīus ait Romanum imperatorem Caryis expectasse sociorum auxilia, priusquam hostiū intraret agrum: hic ait ad Caryas primum in hostiū terra Philopemēnen posuisse castra. Nisi quis intellegit ita dictū ad Caryas, hoc est, non longe ab eo oppido. Confines enim erant Lacones & Arcades. Quā controversia efficit, vt quidam priore libro Caphyas legendum putari pro Caryz, quod haud scio vt probem.

Ad Barbosthenem (mons est x. mil. pass.)715.E. Haud facile id nominis reperias apud idoneos authores, vt pu-to. Fortassis autem nō men obscurum est, ideoq; à Liuīo adiectū quod in parenthesis ponitur.

Thoas princeps gentis, quem miserant ad Antio.)718.H. In hoc libro paulo antē Dicēarchus Thoantis frater ad Antiochū mititur, hic ipse Thoas misitus dicitur, quod idem Hannibal repetit libro sequenti. Manife-

stus error, aut memoria lapsus potius.

Pohere hastas Alexamenus iubet.)720.K. Illud pōne-re etiam atq; etiā considera vt intelligendū, Tyrannū enim statim confodiunt, & quē ipsi, atque Alexamenus. Quod ideo annotare placuit, etiam si pūfūlū videri iūre potest, quod de Āētolī iūdem statim subiungit: Si ex templō (inquit) positis armis vocata in concionem mul-titudo fuīset. Neq; enim depoſuerunt arna, cum mox subiungat: Frequentes inde retenti in armis Āētolī.

Laconicus eius stirpis erat, puer admodū.)721.A. Vel-lem pueri huius posuisse nōmē. Neq; enim de Agesipole ēū loqui puto, qui iam grandis erat, regnū tameū iūre gentium eius Lacedæmonio erat, vt priorē lib. ait Litiūs. Et puer hic planē ad ātatem, non ad sexum reculit.

Āētolī circa Chalciceum (Miner. est temp. xri.) 721.B. Hoc in plērūque libris corrūptē legitur Chalciothen. Meminīt autē huius Pausaniās in Laconicis. & Thucydides Pallados γαλακτην in primo, vbi de morte Pausaniā re-gis Lacedæmoniōrum. Meminīt & Suidas.

Ipsi ceteras copias nocturnis maxime itin.)721.C. Qui fint illi ipsi, scire velim. Nā si Thoas ac Euthymidas, mis-fo scilicet Herodoto in Atalantam insulam, qui vera esse possunt, quē postea de Euthymida dicit? Euthymidas postea quā castra populariū ad Salganea esce, profectosq; Āētolos audīuit, & ipse à Thebis Athēnas rediit. Hęc verba perinde sonant, atq; ipse Euthymidas Thebis sublīterit fortunę euēntū expēctans, cum tamen paulo antē Liuīus dicat eū Salganea à Thebis processisse. οὐλα-ρύν portus est Bœotia ad Euripum, Thronium autē tri-ginta stadijs à Scarphia, quē vrbs est ad Maliacū finiūt, vrat Strabo lib. 9. Atalantā vero Opuntiorum insulam ponit Thucydides lib. 2. inter Eubœam & Locros. Quā loca omnia si quis hic memoria teneat, & Liuīi verba or-dine legat, videbit nos hoc in loco nō temerē dubitasse.

A Corintho veniens nauib. in Chalcidem.)722.F. In- certū est distincō, & ambiguē dictū, & veneritne per Euripum Chalcidem Quintiū, an in Euripo occurrit Eumeni regi. Sed id perexiguum. Quidam Chalcidis in genitivo legunt.

Quintius in Ligures. Domitius adiuer. Boi.)722.H. Su-perius, vnde Liuīus se diuertisse dicit, ita scriptū legitur: Domitius ab Arimino, quā proximum fuit, Quintius per Ligures in Boios venit, duo cōs. s: agmina diuera-fatē agrum hostiū peruaſtarunt. Quā cum his, quā hīc dicuntur, nō quadrant: nam hic alterū dūntaxat cōs. in Boios profectū, cui se dediderint Boii, traditūlicam- bus in Boios profectos, ambobusq; in Boios dedidisse.

Āēdes dua Iouī eo anno in Capitolio.)723.A. Furius Purpurio prator fuit anno primo huius decad. Et Iouī quidem āēde vouti, quād aduersus Gallos Cremonam ob-sidenteis pugnauit, qua pugna Hamilcarem Pœnum cecidiſſe scripti Liuīus. Ceterū lib. 4. huius decad. cōs. P. Scipione & P. Sempronio hęc verba Liuīus habet: Et in insula Iouīs adēm C. Seruilius diuimur dedicauit: yo-ta erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpurio ne prātore, ab eodem postea cōs. locata. Hęcibi Athic de diuabus Iouīs adibus mentio, non in insula, sed in Ca-pitolio, ab eodem L. Furio votis: altera cum esset prator, altera cum esset cōs. etiam si anno quinto huius bellī, quo hic L. Furius cōs. fuit, nulla de ea sit cōmemoratio in lacero illo lib. 3. Porrō in Insula āēdes Iouīs antea dedi-cata dicitur. quid si alia est ea ab his, quā in Capitolio dedicata hīc dicuntur, oportuit Furii hunc treis voutiſſe Iouī āēdes, quod non videtur verisimile. Diversos fecutū authores Liuīi crediderim, aut memoria lapsum.

Etiādem porticum extra portam Trige, inter ligna-rios.)723.B. Dubitauit & Sabellitus de hoc loco. Ceterū ipse in veteri codice scriptum esse ait, inter lignario: cui in ungendo existimat opere, quo modo facile esset libros emendare. Alij itaque, vt Moguntinus codex, le-gunt inter lignarios: fed qui illi sint adhuc quaro.

Imbrum primo in insulam tenuit, inde Scyathum.)723.E. Imbrus nauigantib. ex Phrygia in Malacum finum, fatis ad sinistrum est: ideoq; considerandum vt locus ha-beat. Quanquā ex statim sequentib. verbis appetat, non

quo volebat ille eos, sed quod oportebat, ubi collectis (inquit) in alto, quae dissipatae erant nauibus. Post aliquot item versus, recte restitutum est Lamiam pro Hyamea, quod nomen huiusquam est apud autores.

Toties legationibus missis Romam.) 723. I. Quidam Roma in auferendi casu legunt, quod ego non probo. quanquam & à Roma legati in Aetolian venerint sepe, & ex Aetolia rursus Romam.

Iam inde à Barcilla morte, & quae fecuta.) 723. C. De hoc Barcillalib. tertio huius decados. Sed obscurum est quod hic dicit, & quae fecuta eam fuerant. nisi intelligas mores: quod nescio ut placeat: ego pauxillum quiddam deesse suspicor.

Antiochi legatus prior quam Aetoli est auditus.) 723. D. Est haec oratio ubi grammatici vel Synecdochē vel Zeugma à posteriore esse contendant: quanquam Aetolorum legere malim, quod ex abbreviatio Aetol. ac puncto postposito, facile alius Aetoli, alius Aetolorum facere potuit.

Dacas, Medos, Elymæosq.;) 723. E. Ego Daas legendum existimo, qui Medis sunt vicini ad mare Caspium, ut author est Strabo. Meminit Ptolemaeus in descriptio Margianæ: quanquam plerique eius codices etiam Dacas habent, sed perperam.

Ete Pamphylia Hydetas tenere.) 723. E. Non memini me legere Hydetas in Pamphylia. Vide si forte Sideas legendum, à Side, quam rex Antiochus oppugnauerat, ut hoc libro ante dictum est: potuere enim interea fieri amici.

Est autem res similima cœnæ Chalciden.) 726. H. Hoc exemplo hospitis duo reprehēdit in Antiochi legato, & quod ex una gente multas faciat, & quod ex mansuetis imbellibusq; feroces ac trucce: quemadmodum ex uno porco hospes ille multam variamq; venationem, & ex mansueto speciem ferine carnis fecisse vīsus erat. Mēmīnītē eius D. Erasmus in Adagio, Ex uno multa facere.

Cum iam Menippus caltra ante Sal. ad Herineū.) 727. B. Erineum oppidum est Doridis, ut omnes scribunt. Ad Euripum autem nemo, quod sciam Herinei meminit in litora Bœotia. Quare ego vel ad Euripum legendum arbitror. Nam & ad finem huius libri dicturus est. Perrinacius Romani Euripum rubeabantur: ut Aulis intelligatur, vel ad Hermēnum, ut alij emendarunt.

Achaorum & Eumenis milites Salganea.) 727. D. Achæi quingenti misi in Chalcidem venerunt: ceterū haud dubie, tradita regi Chalcide ipsi discessere. At quo pacto deinde aut ipsi Salganea venerint, cum Menippus ibi castra haberet, aut quando ante illuc ab Achæis misum sit praefidium, nō meminit Liuius. Præterea nec hoc explicat, quale illud castellum ad Euripum, quod Romani milites munierunt ab Aulide auerfi: sed puto Deli, quod Strabo lib. 9. παραγαλον τολχυον appellat. Quanquam & hoc dubium, fueritne antea vallū & agger, an nunc à militibus omnia parata. Sed hæc, ut alia pleraq; lectoris iudicio committimus.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXXVI. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO-
TATIONES.



VLO Cornelio Mammulae Brutij.) 728. I. Prior libro, ubi hi magistratus creati sunt L. Cornelius dicitur in plerisque codicibus. Tu vide, utrum locum ex altero emendare malis. Nam & ab initio libri sequentis rursus A. non L. dicitur. quare alij indubitanter A emendarunt.

Vt vna ab Agrigento ad Pachyrum esset, &c.) 728. K. Si haec bene habeant, inæqualis fane diutissio, præterea que totum non complectitur. Nam longè maxima restat à Tyndario Agrigentum, quæ ad occasum vergit. At ego suspicor pro Agrigento legendum Agathyrno, quod prope Tyndarum est, temere tamen hæc non alero, iudicet lector.

Scena & Fregena & Castrum nouum.) 729. B. Plinius lib. 3. cap. 5. Freginates in agro Falerno ponit: ea hic sit eorum colonia videndum, quænamlibi variant. Quidam pro Sena, Enam, quidam Hostiam legunt.

Carthaginenses tritici modium mille.) 729. E. Hoc mille altero caret numero, ut videtur: neq; enim vnum duntaxat mille modium tritici misisse credo, ut collatio hic aliarum summarum satis indicat, sed aliquot millia modiū. Quare diligenterius antiqua videnda sunt exemplaria.

Et multorum eo statu, qui diut. esse sine mu.) 730. H. Illud multorum eo statu, obscurè est dictum, nec satis explicatur si dixerimus, labete disciplina multorum: quid enim sibi vult, eo statu? Ego locum corruptum suspicor. Sed indicet lector.

Vesperenim hic legatus Thoas inter ea.) 731. C. Superiori libro, ut ibidem quoq; annotauimus, altero in loco Dicæarchus, altero Thoas ad Antiochum missus dicitur, hic Thoantis rursus mentio. Sed hoc leuiculū. Id autem mirum, quod superiori libro Alexandrum Acarnana de Philippo hanc comparationem apud Antiochum introduxisse scribat Liuius, hic vero Thoanta. Nisi quis ab yrtoque Alexandro & Thoante dicta esse Antiocho

intelligamus, quod fieri quidem potuit.

Ipse cum omnib. ter copijs in Bellonū agrum proc.) 731. E. Cum etiam Sabellicus hunc locum recte annotasset, quidam tamen mutarunt in Byllinum, quod Bullinum ex Strabo. lib. 7. legendum est: ait enim, super Epidamnum ac Appollonia sedes habent Bulliones ac Talandij. Talandiorū meminit & Ptolemaeus eodem in loco, quanquam in nomina apud eum prop̄ corrupta.

Inde Cyerum & Metropolin.) 732. K. Cyerum nō inuenio apud quenquam, sed Cypera in Ptolemeo legitur inter Thessaliār̄b̄es, atq; ita ego legendum puto.

Occupat Pellineum.) 733. A. πελίναι vocat Strab. lib. 9. Plinius verò lib. 4. cap. 8. Pelinam vocare videatur. Aliud autem nomen est πελίναιον ἐπὶ θεῷ χρόνῳ apud Dionysium Geographum. quanquam idem mons in Græcis plerisq; Strabonis codicib. πελίναιον legitur. Porro idem Strabo oppida circa Thamas numerat. Triccam, Metropolin, Pelinæum ac Comphos, quæ Ptolemaeus Estiætarum ponit, quanvis Atrinetum pro Pelinæum fortassis positum apud eundem Chyratias eodem loco reperiatis, at non item Malleolam.

Oppidum Connī xxx. millia ab Larissa.) 733. B. Quidam pro XXX. emendarunt x. x. quod sequentia verba propinquitatē maximam ostendant. Connorum ad Larissam, videlicet unde ignes ac castra Romanorum videri potuerint. At in Ptolomæi descriptione lōgius multo abest Connorū ciuitas à Larissa. Sed accipit hæc controversia variam aceriam veram excusationem.

Dum patrem primo ablegando.) 733. C. Illud verò, ut defendatur, aut verius ut intelligatur, haud equidē scio. Quomodo enim ablegat, & liberū, & quem paulo pōst interrogatur? Quare alij recte adlegando emendarunt.

Cum per Phocidem, Cheroneam.) 733. D. Rex Antiochus Chalcide in hybernis dormierat, quomodo igitur per Phocidem Cheroneam venire poterat? cum Cheronea sit vrb̄s Bœotia, cui Chalcis ab ortu, & Phocis ab occasu. Nisi quis malit de Chalcide Aetolian intelligere, de qua

qua paulo post, quanquam, ut puto, adiecisset Aetolia, cum à Demetriade illuc eū discessisse facit, prout enim est iter in Chalcidem Eubœa intelligere, quam Aetolia.

(Quæ præter Chalcidem & Lysimach. fert ad Stratum.)
733. E. Huius Chalcidis in Aetolia omnes meminerunt. Lysimachia etiam Strabo lib. 10. vbi de Oleno: nam vira que deserta erat illius tempore. Stratus autem Acarnania maxima vrbis super Acheloo, cui Liuius more suo adiecit præpositionem, ideo autem a nobis hac notatur, ne, quæ bene habent, temerè ab aliquo mutetur. Nam pro Chalcede quidam ita Calydonem substituerunt.

Ad Medeonē & Pyrrheum.) 733. E. Strabo lib. 9. duos facit Medeones, alterum in finu Christiō, de quo hoc loco Liuius, ut opinor, intelligit. alterum Beotium, qui ab illo sit denominatus. Pyrrheum vero nescio his locis. Pyrrhā multi nomināt. Vetusiores libri habent Tyrrenum.

Philippus Malcam Perrhaebi, Bœbius Phila.) 734. I. Alij libri Malcam habebant, sed quæ obfcurum in Perrhaebi. Pro Philacio, quidam Phacium restituerunt, ut secundo quoque volumine huius decad. admonuimus: nomen quæ atque prius obfcurum.

Chyretias hinc & Eritium occupat.) 734. I. Chyretias paulo antè ostendimus Estiæotarum apud Ptolemaeum oppidum. Sed Eritium vbi reperias, vix equidem scio.

Aegium, Argissa, Comphi, Larissa, Tricca.) 734. I. Aegium inter Emathia ciuitates enumerat Ptolemaeus. Argillam Peneo adiacere, author est Strabo lib. 9. Larissa autem ab Athamanibus nusquam antea occupata refertur, propterea non video cur eam hic reponi voluerit Sabellicus. Pro ea igitur alij Silanam posuerunt, & pro Aegio ac Argissa, Aeginium ac Ercinum.

Quia videbatur & Limnaeum eodem tempore oppo- posse.) 734. K. Quidam neutro genere, quidam femino- no legunt. At ego in Thessalia huiusmodi nomine non memini, quod scia, legere. Nam quod in Laconica Limneum Pausanias referit lib. 3. huc non pertinet.

Ante saltum Thermopalarum in sep. versa Epirus.) 735. E. Elegans est hæc descriptio, quanquam in proprie- aliquot fases describit. Nam quis Epirum Thermopalis ad septentrionē intelligere potest? quod propter exemplaria admonemus.

M. Por. Catonem, & L. Val. Flaccum consular. leg.) 736. I. Hi coss. vñ fuere anno ab Urbe cond. 559. recte igitur consulares legatos vocat Liuius. Quanquam ipse Cato apud Ciceronem de Senectute se tribunum militum apud Thermopylas pugnasse M. Attilio Glabrone dicit. Sed in eo libro multa eiusmodi sunt, quæ à nobis, si CHRISTVS annuet, aliquando notabuntur.

Tum Macedonū robur, quos Sarisophorus.) 737. C. Haud imò quidam mirati sunt, quo pacto Macedones cum Antiocho esse potuerint, cum eorum rex Philip pñs pro Romanis esset. Sed vel exules intelliguntur, vel ex Lydia Macedones vicini Mæonibus ac Phrygibus. in ea quam proprie Asia dictam perhibet Ptolemeus.

Carpiam tamen eodem die consecuti sunt hostem.) 738. F. Quæ sit illa Carpeia, non memini. ut legere apud vñlum idoneum authorem. Iter fuit huius fugæ à Thermopylis Elateiam, in quo itinere esse eam oportuit. Vide num Lilæum legendum, quod ibidem ponit Ptolemeus. Quidam Scarphiam reposuerunt, cum ea sit ad finem Maliacum, non vñc in hoc itinere.

A Chalcide profectus, Tenedum primò tenuit, inde Eph.) 738. K. Mirum hoc iter, si quidem non errat codex. Tu vide, num Tenuum potius pro Tenedo sit legendum. Est enim inter Cycladas Tenuis in eo itinere quod ab Eubœa Ephesum dicit. Carmine Virgiliano notior Tenetus in attentos decepit.

M. Fulvius Nobilior, qui biennio antè prætor.) 739. A. De eodem hoc Fulvio in hoc adeo libro eadem dicturus est, vt non sit dubium hic lapsum memoria Liuium.

A fluminē Aforo.) 739. C. Ita ferè habent libri, sed ex Herodotib. 7. vbi de Thermopylis, Asopus dicitur, non Aforus. Meminit & Strabolib. 9.

Arce extra muros, quæ frequentius propè quam vrbis

ha. T. Semp.) 739. C. Sempronius in huius vrbis oppu- gnatione iussus à coss. intètos tenere milites, dum aliae tres pugnarent acies, signumq; expectare quo dato, ab sua parte primus oppidum cepit. Si igitur ab arce oppugnabat, eam haud dubiè cepit. Quo igitur pacta Aetoli postea in arcem configere poterant? Nisi quis dicat, aut locos interea mutatos, aut duas eius oppidi suis arceis, aut aliud quippe pro arte legendum, vñ suburbium, &c. quod equidem puto. Et in hac descriptione mentio est Aësopi fluminis, & duorum amnum, quorum alterum in sinum Maliacum mutarunt quidam, cum hæ vrbis longè ab eo finu distet, quare diligentius hic locus inspi- ciendus in virtutis exemplarib;.

Ab altero anniculo quem Melana vocant.) 739. C. An- te hæ verba distinguedū est, vt Appium Claudiū, non M. Babium ab hoc latere pugnasse intelligamus. Ceterū q; quidam pro anniculo emendarūt, annis latere, nō placet. Nam Melana flumen ab vetere Trachine quin- que distat stadijs, ipsa ab Heraclæ sex, authores Strab. lib. 9.

Nam cùm ariete quaterentur muri, non laqueis fo- lium.) 739. D. Pro laqueis, quidam emendarūti aculis: ex quibus verbis nullus est sensus, quare mutandum non es- rat. Considerandum etiam lectori, quomodo intelligentem fornicis in muro ad excurrendum apti: nam ea res difficultatem adferit legenti.

Cum fatigatos iam Aetol. sciret coss. & ex ratione té- poris.) 739. E. Nec minus temerè hoc loco idem, ex ra- tione, fecerunt, expectatione.

Pars vna, quæ progressi erant, neq; defen. neq; opp.) 740. G. non obscurum est qua de parte loquatur, nempe de ea vbi Sempronius erat. Ceterum illud, quæ progressi; vexat lectorem. Quidam pro eo legunt, In qua auxilia extra vrbem: cum antea de arce loqueretur, nunc de se- mirutis, nullo adiecto substantiō. Et, Neq; defenditur, neque oppugnatur. dixisse videtur pro; vbi quies erat, quanquam non diu duratura. Mihi locus suspectus est, lector ex verborum contextu iudicet.

Interfuit sedecim millia ferme passuum.) 740. K. Qui- dame emendarunt, iter septem millium ferme passuum. Videtur autem loqui de distantia Heracleæ atq; Lamia, quæ hobs non constat. Quanquam libro sequente vbi Attilius Lamiam ceperat, dicitur iussé ex Heraclæ ad oppugnandam Amphisiam, cum dicere debebat ex La- mia. Videntur igitur propinque fuisse vrbes.

Tum regione maximè eandem spectat oppido quām.) 740. K. Et hoc loco quidam oppido aduerbitum existimauit. Alij ita emendarunt. Tum regione eam maximè de- spectat oppidum, quæ breue inter uallum videtur. Sed ex vtraq; lectione non video quid sensus elici queat.

Ita recessum ab Lamia est, & propinquæ clæ.) 741. A. Considera hæc verba diligentius: nam quid sibi velint, non plane intelligo. Neq; enim dedita est hoc loco La- mia, quæ primum posteriorē capitur libro.

Mons est altissimus inter Callipolin & Naupact.) 742. I. Callipolin hoc tractu nusquam memini me legere, sed è regione Lamplaci ad Hellestantum: verum nihil ad hunc locum. Coracis meminit & Ptolemaeus. Vide si for- te legendum inter Chalcidem aut Callidromū & Naupactū: sunt enim hæc item Aetolia loca.

Legatos Chalcidem ad T. Quintium.) 742. K. Hic in Chalcide est T. Quintius, ad quem Messenii legati mit- tuntur, continuò autem post, auditis legatis, à Megalo- poli ad Diaphanem prætorem Achæorum misit. quod vtiq; iudicandum lectori relinquimus.

Circa Eudamiam paruum oppidum inter Megalopo- lin.) 742. K. Ita plerique habent codices, sed errant. An- daniam enim legendum ex Stephano ac Strabone. Et ille quidem Messenii facit oppidum, Strabo autem lib. 8. Arcadiæ tenuem ait ciuitatem, ac olim Euriti Echaliatam esse dictam. Pausanias vero ab initio lib. 4. ait regiam Messenies olim fuisse. Non me fugit duos Lacedæmonio- rum fuisse reges Eudamidas, de Proclis progenie, si quis forte locus ab ijs nominatus sit, quod lector studiosus in- dicet.

Inde Dolopian & Aperantiam & Perrhebis quasdam.) 743.E. Aperantia quae sit regio, mihi non constat, eius paulo post rursum mentio cum ijsdem Dolopibus ac Perrhebis, item lib. huius decados octauo non ita longe ab initio. Quidam Aperanthiam scribunt, ut planè spicer nomen corruptum.

(Manu tamen annuit quid opis in se esset.) 744.F. Ita in plerisq; erat codicib; vt inveniatur legatur. Alij quidnam logunt, vt intelligatur interrogative, sed non video quid sensus.

(Quos prætor Hispania inter ipsum discrimen.) 745.A. Proprietor legendum, vt patet initio libri quinti huius decad. Prætor enim vterioris Hispanie factus erat, coss. P. Cornelio Scipione Africano iterum, ac T. Sempronio Longo, septimo anno huius decados. Sequentे deinde anno cum Lusitanis prætor cōflicxit. Quanquam haud sum nescius initio lib. 5. variatam esse in plerisq; Liuij codicibus lectionem prætoris & prætoris de eodem Scipione Nasica.

(Quos primus scenicos fuisse Antias Val. est author.) 745.B. Non hoc tempore hi ludi primum celebrati sunt, sed bis antea auctore hoc nostro Liui. Semel lib. 9. secundi belli Pun. Iterū lib. 4. huius decados, vbi id etiam admonuimus, quanquam hic Valerium Antiatem citer auctorem.

Pereosdem M. Fulvius Nobilior.) 745.E. Hæc eadem, hoc adeo libro, de Fulvio prop̄ ijsdē verbis dixit, quod sup̄ quoque admonuimus. Alij hęc verba ex codicibus Liuij hoc loco submouerunt, suāne auctoritate, a codi- cūm fide, nescio.

(Samum Zacynthumq.) 747.C. Quidam libri solum

Zacynthū habebant, sed Cephalleniam omnino Liuius putat. Strab. lib. 10. ex Apollodoro ait Cephalleniam insulam, quæ quondam quatuor habebat urbes, Samum dictam, at urbem in ea nunc Samum nūc Samen appellatam. Atqui Zacynthus iam Romanorum erat. Sed vel Liuius p̄fectus clavis hoc ignorauit, aut hæc ante facta sunt quām dedita sit Romanis insula; nā permixtē multa narrat Liuius. I

Ad Scyllæum Eumenes.) 747.C. Bene hoc habet: nauigant enim à Malea Piræum, in medio est Hermione, ad quam est Scyllæum, auctore Strab. lib. 8.

Ita numero fermè impares futuros.) 747.E. Alij pares legunt, vt devtrisq; intelligatur. Nam C. Liuius p̄fectus clavis Romanæ naue habuitnā & LXXX. rostratas Polyxenidas autem nauib. LXX. teatris, præter cætas, Phocam concepsit. Quidam legit, Ita numero non fermè impares, & idem est sensus.

Ab Delo Phanas Chiorum portum in Aegeum.) 748.F. Phanas Liuius ita in Aegeum mare versas ait, perinde atq; ad occasum insule eum intelligi voluerit. Subiungit enim, Inde ad urbem circumferentem natteis. Chios autem spectat Boream. At Strab. lib. 14. vbi Chium elegantissimè describit, Phanas ad insulæ orientale latus posuisse videtur.

Ab Corycum portum qui super Cyllontem est.) 748.G. Sequenti libro Liuius ait Corycum Teiorum esse portum. Strabo loco iam dicto Corycum montem facit, ac sub eo portū Cafysten, proq; h̄ic Cyllontem legimus. Vterex altero emendandus author, iudicio lectoris committimus. Quidam libri Cyllontem habent,

F I N I S.

IN T. LIVII LIBRVM XXXVII. HENRI

C H I G L A R E A N I L O R I T I A N N O-

T A T I O N E S.



V. O. D. Laurentibus carnis quæ dari debet.) 751.A. Vide an non carnis vetustus sit nominatiuus pro caro. Neque enim quod carnis, confitruendū est enim quod pro quia. Hoc obiter admonemus, ne quis temerè mutet, vt solent nimis facile, qui non intellegunt.

Legati ab Ptolemaeo & Cleopatra regibus.) 751.B. Libro quinto huius decados, atque adeo non longius bienio antē, Antiochus Ptolemaeo Ægypti regi filiā in matrimonium dederat. Hic verò gener aduersus sacerdotum gratulatur Romanis. Porro Liuius de Ptolemais satis obscurè loquitur. Primo enim libro huius decados de Philippo Macedonia rege ita ait: Sed animos ei faciebat præter serociam instam, sedus iustum cum Antiocho Syrie rege, diuisusque iam cum eo Ægypti opes, cui morte audita Ptolemaei regis ambo imminebant, de Philopatre Ptolemaeo loquens, de eo inquam, qui Antiochum memorabili pugna ad Rhaphias vicit, vt scribit Polybius lib. 5. tametsi is quadriennio antea fuerat mortuus. Cum hac autem inter Antiochum ac Romanos gererentur, iam Epiphanes regnabat in Ægypto, cum quo Antiochum in amicitia regressum auctorēt Eusebius, quam postea rupisse non est incredibile, vt sāpe sit inter principes.

Oppugnare Attilius Amphissam statuit, ab Heracl. per Octam.) 752.F. Notandum est hoc iter, nam ad locorum hic obscurè positorum noticiam conductit. Inter Heracliam atque Naupactum Coraca ait interiectum: inter eandem autem & Amphissam Octam. Araphilla sāne Locorum Ozolarum oppidum est, auctoriib. Stabone ac Stephano. Ab Heraclia autē ait, pro ab Lamia propter propinquitatē urbiū: nisi sit menda in codicibus, vt sūpicor.

Jam in sinum Maliacum venerat.) 752.G. Consideran-

dum etiam atq; etiam toto hoc loco, num aliquid omis- sum sit. Nam si Apollonia exercitus expofitus erat, perq; Epirum ac Thessaliā veniebat cos. notus, oportuit certè prius Hypatam venire quām in sinum Maliacum. Nisi quis tria hæc millia pedum, & quingentos equites, vñā cum cos. mari venisse contendat, reliquum verò exercitum terra: quod euidem nescio quām probem.

Ab Amphissa inde Elīm est dimissus die ter. Pellam.) 753.A. Apud neminem auctorem hoc quidem tractu Elīm inuenit, quare videndum num vel Lilæam, vel Lamicam legendum. Quidam pro Elīm legunt enim, & in parenthesi hæc verba (inde enim est dimissus) atque id placet.

Ipsē in Phrygia hybernat.) 753.C. Cū duæ sint Phrygia, altera in qua Troia, altera supra Pisidiam, conueniebat, vt adiiceret in utra fuisset Antiochus: nam de utrāq; intelligi potest.

Panormum Samiæ terræ perit.) 754.G. Strab. lib. 14. hunc Panormū locat in litore Ephesorum, quanquam Samiorum agro ex permutatione. Videntur itaque hæc in littore Ephesorum gesta, sed Samiorum tamen terra: etiam si Liuius postea dicat ad Samum oppressam classem.

Remigium omne Magnesiam missum, ad Sipylum perpaup.) 754.I. Quidam, quod adjicetur Sipylum, de Magnesia ad Sipylum montē intelligi putarunt: sed ea urbs plus æquo absit. Alij itaque de Magnesia ad Maeandrum intelligunt, & Sipylum oppidum non longe à Smyrna, ex Strabone, & Plinio item lib. 5. cap. 29. Quanquam Plinius mediterraneum id facit, Liuius maritimum. Hæc & similia nobis notatur, ne temerè mutetur: neq; enim commentarium scribimus.

Paliurum iuslo petere.) 754.K. Videndum quis locus hic, nam mihi planè suscep̄tus, quippe quā apud nullum vñquam inuenierim auctorem, quod equidem sciam.

Romani

Romani & Eumenes rex in Erythrā.) 755. E. Erythras legendum puto pluratiuo numero. Hoc etiā lectori considerandum quod subnectitur: Medio in cursu aquilonē in septentrionem verò, quid faciat hæc ventorum commutatio ad impediendam nauigationem in Samum. Neque verò septentrionis ac aquilonis ventorum distinctionem facile inuenias, præternum Ptolemaum, & ad hunc locum etiam non multum facientem.

Ad Myonnesum stetit, inde ad Macrinum quam vocant ins.) 755. E. Myonnesus insula est inter Teon ac Lebedum Ioniae maritimas vrbes, authore Strabone: quanquam Liuīus postea inter Teium ac Samū dicit. Plinius autem Macrin insulam lib. 5. cap. 31. primum non longè à Rhodo ponit, sed nihil ad hunc locum: deinde eodem capite in Chio ponere videtur, aut ipsam Chium Macrin vocatam: quanquā locus corruptus videtur. Liuīus postea ad Myonnesum, eius insula rursus facit mentionē, ante memorabilem illam pugnam naualem.

Ad Etaliā insulam traiecit.) 756. F. Plin. in eodē loco ait, Ephorum dicere, Chium olim Etaliā dictam. quanquā codices Plini pleriq; falso, vt puto, Italiā habēt. Ego sāne de Etaliā insula hoc in tractu apud authores nihil inuenio. Nā quā Strabo memorat Etaliā ē regione Thūscia lib. 5. nihil huc pertinere certum est.

Portum Phoenicum minus duū milliū spatio.) 757. C. Vide num Phoenicunt legendum, nam Græcos accusatiuos etiam Liuīus vñspat. Strabo lib. 14. Phoenicunta montem facit ad Olympum Lycia vrbe, Phœnica autem à nominatiuo Phœnix, & montem & oppidum in Rhodiorum regione. Ita etiam Ptolemaeus. Ad Pataram non memini me legere huiusmodi portum, quanquam hic eleganter descriptus est.

Ij dum missilibus primo & aduersus paucos.) 757. C. Qui verba quādam huic loco adiecerunt, vno &, abundant post verbum, paucos, legendum enim est, Ij dum missilibus primo & aduersus paucos levibus excursiōibus, &c.

Inde in Telmessicum profecti finum qui latere vno Cariam, al. Ly.) 757. D. τελμεσις legitur apud Strab. per in secunda syllaba, pro vrbe Lycia. Ceterū quomodo hic finus Cariam Lyciamq; contingat, etiam arq; etiam considerandum est. Quanquam Strabo lib. 14. nomen Carum ac Lyciorum à poëtis, præcipitè Tragici, confusum dicit, quemadmodum Troum, Myorum ac Lydorum: ab eis enim communiter Phrygas vocari. Et Plin. item lib. 5. cap. 29. ait: Telmessum finem esse Lycia.

In Bargyliam & Icoſon descensionem ad Iasium fecerunt.) 757. E. Quidam Bargyllam, quidam Bargylia scribunt. Strabo pluratiuo numero Βαργυλια appellat. Porro qui pro duabus vocibus Bargylia & Icoſo, in Bargyllico finū legunt, placent.

Pheram inde coloniam Mitylenorum expugnauit, Cott.) 759. E. Hæc nomina sunt oppidorum in Aeolide inter Adramitium, ac Thyatirā, vt ex his Liuīj verbis colligitur, quāquam ea non facile reperias apud authores quod vel corrupta sunt nomina, vel oppida concisa, vel denique aliqui obscuræ. Pro Priene, quod Ioniē oppidum est. Pitane libentius legerim: quanquam quidam Aphrodisias Crēne legant. Et Plin. lib. 5. cap. 30. vbi ΑΕolidos vrbes numerat Aphrodisias regionis nomen facit.

Ad insulam quam Bacchium vocant.) 760. F. Plin. lib. 5. cap. 31. iuxta Smyrnā enumerans insulas Bacchianā, de qua & hic loqui puto Liuīum.

Ad portum quem Megistēn vocat.) 760. H. Megistēn omnes scriptores insulam faciunt, non portum: quanquam insula haud dubiè portum habuit. Ptolemaei interpres Latinē hanc maximā vocat, quod extulisse non erat necesse.

Audiunt ad Aspendū iam hostes esse.) 760. I. Ita quidam hunc locum emendarunt, cum in alijs legatur, ab Aspendijs. Ceterū cum Aspendus mediterranea sit vrbs, authore Ptolem. & LX. statujs ab ostijs Eurymedotis distet, vt facietur Strabo lib. 14. deniq; classis hostium non flumine, sed mari venisse videtur, quippe Hannibal an-

tea in Phœniciam à rege Antiocho missus dicitur, nō video quomodo ad Aspendū hostes nauali certamine pugnatur adesse portuerint. Quod ideo admonemus, vt exemplaria diligentius inspiciantur: quanquam excusatio nem accipit, ad Aspendū, quasi dicat, ē Regionē Aspēdi, sed tamen in mari. Quidam ab Aspendijs ad Sidā emendarunt, nihil clariore sensu.

Et ipsam vrbe suę potestatis volebat.) 762. G. Nothij descriptionem ita ponit Liuīus, tanquam Antiochis ipsum oppugnare adorabit, cum tamen ipsum vrbe Colophonē adoritrus videatur. Quā propinqua autem sit Epheso, vt omnia terra maritae acta sub oculis eius fuerint, non appetet ex Ptolemaī piētura, sed hæc fallere posunt.

Circumiecti ab vrbe aduersa insula.) 762. I. Ex Samo nauigantes, Chium à dextris habuisse videtur, cùm à sinistris facilis fuisset Chium venire. Ergo auersa insula, & deinde aquilonē (quantu ad Chium) obiecta circumiecti, non vñdere Chium, sed Erythras trajicere in animo habebant. In medio itinere certior factus Āemylius de Teiorum defectione, primum Myonnesum, deinde Teium profectus est. Ibi verò aduersus Polyxenidā Antiochi praefectum pugnans, victor nauali certamine euast. Deinde rursus Chium, directis ante Ephesi portum nauibus, venit, nauicisq; in pælio quassatas refecit. Hæc paulò longioribus verbis egimus, quod hic locus mihi corruptus videatur in pleriq; exemplarib. distinguendū enim mihi videtur post, ad Chium, & verbum sunt, neutiquam post Erythras ponendū, sed legendum continuatim, & Erythras cum pararetra trajicere.

Myonnesus promontorium inter Teium Samumq; est.) 763. A. Strabo lib. 14. ait Myonnesum ēsse inter Teon ac Lebedum, quod verisimilius est: quapropter hoc in loco pro Samum fortassis Lebedum reponendum, alioqui enim vix intelligitur quod hic ait Liuīus.

Tractu anchorali & implicitū remis latus.) 764. I. Qui dām codices ita habebant. Alij mutarunt ad hunc modum: Tracta anchora & implicita remis latus alterū de terit. Alij legunt, tractum anchorale & implicitū, &c. Sed est locus meo iudicio perquam obscurus.

Totidem ex vtrāq; parte in arctiore ī velut cui.) 765. A. Illud totidem, quid referat, fateor me non intelligere: sicut nec quā sequuntur verba proximo versu, ibi latitudo patet. Pro totidem quidam legunt, Coit deinde: sed nihil clariore sensu, quod ad posteriora attinet. Vehe menter suspicor in hac descriptione aliquid corruptum: quod ideo admonetis (vt in alijs iam sēpē) vt diligenter vetustiores inspiciantur codices.

A Chalcide Oream petentem.) 766. C. Orosis vrbs in Eubœa insula, de qua & superioris decados lib. 8. mentio est. Quidam codices falso legitū Oricum. Ceterū cum ab omnibus, quos ego sciam, authoribus hic Scipionis filius vocetur Publius, in Val. tamen Max. lib. 4. cap. 5. Cneius (si codices non fallunt, quod suspicor) dicitur.

Maxima pars Gallograeci erant & Dacia.) 767. D. Daz legendum puto absq; c. Sunt autē Medis vicini ad mare Caſpium, vt lib. 5. hiūis decad. sub finem annotatiū. Ceterū Thyatira apud Strab. lib. 14. plurali numero profertur, hic singulariter, si codex nō errat. Cam pī vero Hircani idem Strabo meminit lib. 13. ad finem, aitq; à Persis ita nominatum. Phrygium deniq; amnēm olim Hyllum dictū, & Hermū influere, vt Paclolum, idem author est. Hylli memini etiam Homerū Iliados 20. lib. & Herodotus lib. 1. quanquam in Herodoto men da est etiam in Græcis codicibus, ἡρό- pro ἡρό-. Hæc ad authorum codices emenda dōs obiter diximus, non enim scribimus commentarium.

Romanorum ex propinquo castris facile.) 767. E. Ego adiicerem ad Romanorum coiunctionem que, propter verbum cresceret, quod sequitur, meliusq; constabit latinitas. Sed hoc minutū. Potest tamen & ἡρό- esse, vt sēpīus apud hunc authorem.

Ali quanto pauciores in statione erant, duo tamen mil.) 767. E. Si tantum, protamen legeretur, explicatio mihi

michi videretur sensus. Et facilis est error in abbreviatio-
nibus, tantum & tamē, quā vitinam non essent, aut non
peiores his, vt prius, pro primus ac patruis, quem non
decepit? Quidam duo millia fustulerunt, & locum sicle-
gunt: Et tamen perse, &c.


Quina millia & quadragenos singula hab.) 768. G.
Quadrigenos legendum puto: quanquam non me fu-
git legiones non semper aequali militum habuisse nu-
merum, vt in primae decadis librum septimum diximus.
Id tamen certum est, nusquam tam paruum numerum
milliaribus legionum adiecum. Aut enim ducentos,
aut trecentos, aut quadrigenos, aut plureis reperias:
quadrigenos non reperias, certum habeo.

Achaeorum cetratis immixtos auxil. Eumenis.) 768. H.
H. Quid sibi hoc cetratis immixtos velit, etiam atque e-
tiam consideret lector. Achaei Eumenis erant auxiliares,
mille pedites, ac centum equites, vt super habitum est.
Cetrati igitur Pergamenses erant, qui numerum trium
millium explebat. Sed omnino verborum contextus
claudicat, meo quidem iudicatu.

Extremos Trallos & Cretenes.) 768. H. Triballos le-
gendū puto: etenim & lib. 7. secundi belli Punicī eo mo-
do codices errabant. Et hoc loco error inde etiam appa-
ret, quod hic secunda declinatione Trallos, codices ha-
bent, paulo pōtautem Tralles tercia declinatione. Sed
ita res habet: Triballi gens Illyrica est, qua hoc tempore
cum Romanis erat, nempe antea cum Philippo. Tralles
autem gens & oppidum ad Maeandrum flutum, penitus
sub Antiochi citione. Nec obstant Cretenes etiam
in acie Antiochi. hi enim sēpē etiam apud hunc autho-
rem, in diuersis erant exercitibus, velib. 5. huic decad. &c.

prō Nabide Lacedēmoniorum tyranno, & pro Achais
illius hostibus: quod idem eodem etiam loco de Taren-
tinis scribit Liuus, & de Germanis Cæsar. Quoniam
autē quā oculis subiiciuntur picturae, magis iuvant mem-
oriā explicantē; nonnunquam quod implicatum
videtur, operā pretium existimauit me facturum, si huius
pugna typum saltem rudi minerua depingerem, neque
alia de causa, quā vt lectoryno nosceret intuitu huius
descripionis errores, quos iniuria temporum accidisse
nemo inficias ire poterit. Eos tamen locos paulo pōst sin-
gillatim recensebimus: nunc ipsam picturam intuebi-
mur, qua haud sum nescius nō omnibus satis me factu-
rū, quippe qui mihi ipsi non satisfacio: dabimus ta-
men alijs cogitandi occasionem ac velut ansam ad in-
tentius ea perquirēda, quā nos fortassis latuere, id quod
non uno duntaxat loco iam fecimus. In Romanorum
quidem acie non tantum negotij est, atq; in altera. erat
enim ea simplex, & vnius prop̄ formā, vt Liuus inquit,
& hominum & armorum genere. Id verò magnopere
hic mirandum, cum Romani tertiam iam orbis partem
inuaderent, ac in alterum velut mundum concederent
aduersus potentissimum regem bellatūri, nō tamen ha-
buisse eos ultra quatuor legiones: vt verisimile videatur
quod Vegetius lib. 2. cap. 5. in hac sit verba: In omnibus
authoribus inuenitur, singulos coſſ. aduersus hostes
copiosissimos, non amplius quā binas duxisse legio-
nes, additis auxiliis sociorum. Tanta in illis erat exerci-
tatio, tanta fiducia, vt cuius bello duæ legiones crederen-
tur posse sufficere. Hac ille. Sociorum auxilia vel aqua-
bant, vel plura erant.

ROMANA ACIES.



ANTIOCHI REGIS ACIES.

Regia

Regia acies variè magis multis gentibus.) 768.I. Ele-gantisimè ordinata hac videtur fuisse acies: primù quidem vt robur phalagis, qua olim Macedones vsi orbem terrarum breui tempore subegere, in medio locaretur, ex trema autem cornua clauderet & funditores Cyrtæi, & Elymæ sagittarij. Proximè phalangē auxiliaria ex vtroque latèrē duplia, nō multo dissimili modo ordinata, elephanti senideni in subfidijs, & prater elephantos pha-langitis intermixtos, camelorū ac falcatarum quadriga-rum terriculamentum ante aciem ingēns possum. Hac ita breuiter à nobis recitata, si quis memoria habebit, cōparationemq; latérum inter se fecerit, facile videbit in-fignes hic esse codicium omnium ertores. Nam qui fieri possit vt nō altero loco sit error, cum cataphracti equita-tus in dextero Antiochi cornu fiat mentio, quando ipse rex quatuor illas turmas sinistri Romanorum cornu à ri-pa Phrygij amissis destrubbat, cuius hic cum idē hoc dex-trum Antiochi cornu diligenter describeret Liuius prorsus non meminit. Pedites quidē loricatos cataphractos ab Asiaticis vocatos ponit, sed id ego corruptū puto. quis enim vñq; pedites cataphractos legit? Item in fuga leui Antiochi cornu enumerat postea equites Phalangi-tas, quorum antea in descriptione eiulde cornu nō me-minit. De numero idem dicimus. Si enim in vñ qui hic pōnuntur numeri & equitū & peditū coaceruntur, non expletū sexaginta, superant autē L. millia, cum Liuius paulo antē solius peditatus LX. millia in Antiochi exercitu fuisse scribat, equitum aut plus XII. millia. Hos igitur errores, si exemplariorū fides nobis defuerit, nō vlla alia ex re melius reprehendere licebit, quā ex laterum collatione. Verisimile est enim Antiochum vtrinq; cornu exquè firmū insituisse. Ita cum proxime phalangitas vtrinq; sint Gallogreci pedites millenni quingenteni, proprius verò est in reliquis eorundem ordinum auxilijs aqualem fuisse numerum, aut saltē non minorem, vbi rex stabant. At in sinistro quidē latere post pedites Gallogrecos ponuntur & Cappadoces, & alijs auxiliares, dein de verò sequitur cataphracti, & alijs equites mille, in dextro verò vbi rex erat, cōtinuò peditib. Gallogreci sub-iiciuntur cataphracti sive loricati pedites, & alia equitum, Gemea, sive vt alijs legunt, agema vocata. Duo igitur populi aut potius ordines in ea parte omisi videntur, & numerus etiam plus quatuor millibus deficit. Idem de continuo sequentium vtrq; in latere ordinibus dico, si Argyraspidas Tarentinis comparabis (quibus neutra in parte adebet numerus, quod equidē miror) ac deinde Gallogrecos equites Dais equitib. conferes, reliquorum deinde sequentium comparatio eadem erit, quæ in prioribus fuit, clauda. Quanquā fieri potuit, vt aduersus dex-trum Romanorum cornu, in quo & Eumes fuisse vide-tur, maiiores copias opposuerit Antiochus: adid hæc vul-nera non sanat. Si quis igitur facta cōparatione hac singula perpendit, inueniet nos haud temerē dubitasse. Sed nūc ipsa descriptionis loca singillatim prosequimur.

His tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipsi appellant, adiunxit.) 768.K. Hic plane videtur quā-dam omissa. Nam in altero cornu post Gallogrecos pe-dites ponuntur Cappadoces & auxiliares, tertio autem loco cataphracti equites, ita hoc in loco post Gallogrecos pedites non continuo cataphracti sequentur, vt puto, sed alijs, quos omisit & suspicione dat verbum cata-phractus, quod pediti loricato attribuerunt quicunque hæc corruperunt, cum terro deinde ordini tribuendum erat. Idem suspicor de numero 3000. vt ex comparatione laterum intelligitur.

Medi erant lecti viri, & eiusdem regionis mixti mul-tarum gentiū equites.) 768.K. Vel post regionis verbum distinguentum, vel per diuersas gentes intelligit Medo-rum diuersos populos. Et vide quod de Elephantis con-tinuò subiungit, vt cū alterius cornu ordine conueniat.

Dacæ inde equites sagittariorū mille ducenti.) 768.K. Daæ lego, non Dacæ, quod iam sape admonimus. To-tus aut hic locus mutulus est, & incerta distinctionis. Ne scias enim Daæ ne equites etiā sagittarios faciat, an seor-

fum sagittarij intelligendi. Ita continuo pōst, leuisne ar-matura triū milliū seorsum accipienda; ac deinde Tralles ac Cretenses pari numero, hoc est, etiam triū milliū; an Tralles ac Cretenses fuerint ea tria millia, pari numero, hoc est, millenni quingenteni. Et illud, duo millia, ad Myros referendum, legendumq; sagittarij, vt vetustiores habent codices, in nominandi casu, nō in dandi: vt Myros sagittarij intellegamus.

Mixti Cirrati funditores & Elymæ sagit.) 768.K. Cir-tios inueni aptid Strabonem populos Persidis, vicinos Medis: sicut Elymæos Mediae populum, vicinum Baby-lonijs, vtrq; gentem latrocinijs affuetam, vt non vno in loco scribit idem Strabo.

Regia alia leuioribus regimētis suis.) 769.A. Quæ sit illa regia alia pleriq; dubitant, atq; adeo etiam ego. Sed magis hoc obscurū, cum inquir, Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, &c. quemnam equitatum intellexerit, cum cataphractos ac alios equites p̄cederent Cal-logreci pedites, Cappadoces, ac auxiliares, quibus omni-bus in typō eos p̄positūmus.

Inde alia multitudine par ei quæ in dextro cor.) 769.A. Si par ei, ergo Tarentinis comparabimus Argyraspides, & Gallogreci equitib. Daas equites, quos in eode dextro cornu sequuntur sagittarij, quibus Neocretes compa-rabuntur: deinde reliqua erit comparatio aliquo pačō aqua, videlicet tria millium Creteñium, ac Trallium in dextro cornu, ad mille quingentos Caras ac Cilicas in fi-nistro cornu, totidemq; Trallis eodem in cornu.

Rex ipse in dextro cornu erat.) 769.B. Vel ex hoc loco sati liquet huius ordinis descriptionem temporum in-iuria corruptam. Hannibal enim omisitus est, quem P. Cornelius Scipio Nasica ad finem libri sequentis affu-ſet, est tamē dura compoſitio.

Ethumor toto fere graui armatu.) 769.B. Armatu pro armatura, paulo superius dixit de Caribus ac Cilicibus, quo modo & hic accipi puto, vt sit, toto fere graui armatu: id est, cum Romanorum armatura tota fere graui ef-set, est tamē dura compoſitio.

Qui inter equites, quos appellant Phalangitas, erat.) 769.E. Phalangitarum peditum antea mentio in acie descriptione, equitū nulla, & medianum aciem hanc dui-bi phalangitas pedites intelligit. Fortassis autem cataphractos legendum pro phalangitis. Sed iudicet lector.

Legati ab Thyatira & Magnesia, & ab Sipylo.) 770.K. Thyatira vt ante quoq; diximus, genere feminino dice-re videtur, si codex non errat, cum apud Strabonem sit generis neutri, lib. 14. vbi de Aristonicolo loquens, παῖς θυγατέρες, id est, primū qui dem Thyatira aggressus est. Nisi quis θυγατέρες legēdū existimet. Verum apud Ptolemaium ac Pliniū vtrius sit genetivis, non facile discernas. Porro etiā Sipylus oppi-đum est non ita longe à Smyrna, vt paulo superius ex Pliniō ostendimus, tanet hoc in loco malum legere Ma-gnesia quād Sipyli, vt paulo inferius, à Magnesia quā super Maendrum est.

Mille deinde talentū per XII. annos.) 771.D. Millena deinde talenta legendū, vt docte emēdauit Budæus lib. 3. de Asse. Coniunctis hoc & latinitatis, & summa diuīsio.

Cistophori CCXLVIII.) 772.E. Cistophorū legendū puto, & millia ex antecedentib. repertendum. Habet autem hic numerus rationem ad denariū subseqūi quartam, vt 4. ad 5. quemadmodum ex Feſto Pomp. colligit idem Budæus lib. 2. de Asse.

L. Amylio proconsul sapud op. Lyconem.) 772.G. De L. Amylio Paulo intelligit, vt posteriora indicant. Hic vltiorem Hispaniam fortius ab initio lib. 6. huius de-cados, & prorogatum posteriore tuim anno imperium era. Caterium prætor erat, non proconsul, ideoq; hic pro-prætor fuit. Sed neq; Lyconem, neq; Vafceranos in Lititanis apud ullum inuenio authorem. Potuit autem p̄e-riſſe videri opidum, si non vbiq; locorum nominai in Hispanijs male constarent apud hunc authorem, vt sa-pe ante conqueſti fūmus.

Aduersa omnium fama, quid protiūciam Siciliani
K petendi

petendi causa.) 772.I. Hic prætor Sicilia fuit factus bienio antè vt initio lib. sexti huius decadis refertur. Deinde sequenti statim anno iussus erat ab senatu vt exercitum traderet C. Antistio Labeoni nouo prætori, vt initio huius libri tradit Linius. Qui igitur fieri potuit, vt iam tertio anno inuito senatu è prouincia, quæ sua non erat, aduersa omnium fama cesserit. Aemilius?

Cum certi Centurias non expleverent.) 772.I. Id verbi sapè est apud hunc authorē, nec ex eo satis notum: ideoque considerandum lectori est, nam ego adhuc quero.

Et M. Tutilio præpositori in Brutis & Ap.) 773. E. Initio huius libri nō M. Tutilius, sed Cn. Fulvius prætor sortitus est (vt quidam habent codices) Apulium ac Brutios, vt hoc anno idem Fulvius nō Tutilius, sit præpositor Apuliae ac Brutiorum, cui prorogatum imperium itinoris Fulvio mortuo priore anno subrogatū hunc Tutilium (sive Tuccium) intelligamus, quod mihi vix verisimile videtur. Quidam vtroq; in loco legunt M. Tuccium.

Quod obsidione se ac fratré exemiserint.) 774. H. Hoc loco fratre singulari inquit numero, cum paulò pōst ter dicturus sit fratres pluratiuo numero. Et lib. 8. huius decados preter Attralum etiā Athenæum Eumenis fratrem Liuius nominat. Quanquam hunc locum adiuuare potest locus ille cuius mentionem lib. 3. huius decados fecimus, vbi de Attralo huius Eumenis parente vxore (inquit Liuius) ac liberis duos superstitores habuit. Sed eum locum, vt hunc, corruptum puto. Tres item Attali, & duo Eumenes, multum negoti facessint lectori in horum regum genealogia, de quibus obiter in Horatium diximus lib. 1. Carm. Ode. 1.

Quoniam dicere vtique volentibus vobis parendum est.) 775. E. Nisi sit figura Græca dicere pro vt dicā, quam non vīq; adeo refugere plerique Latinorum, ego hunc quoque locum corruptum puto.

Quæque circumiacent Europe.) 776. I. Sed neque hoc planè intelligo. Sunt qui intelligant, insula, quanquam obscurum est de quibuscum loquatur: vt obscurius, si absque additione intelligamus.

Quæque ciuitas & conditorib. suis.) 776. K. Quæ procedunt verba, satis lucida, at hæc non item. Credo illum velle dicere, quanque ciuitatem cum suis conditoribus contendere attere pio certamine cuiuslibet bonæ artis ac virtutis, quasi dicat, metropoles nō supererat colonias.

Cn. Cornelium Merulam, &c. L. Aemiliū Paulum.) 777. D. L. Cornelius Merula, non Cn. c o s. fuit anno octauo huius belli. Itaq; cum alijs pleriq; consulares sint, sortatis pro Cn. legendum L. quāquam nihil astuerit. At de L. Aemilio Paulo id demum admirandum, quomodo in Asiam legatus mitti potuerit, qui in Hispanijs erat, vt & antè, & paulò pōst patebit. Nisi quis duos L. Aemilios Paulos faciat, aut corrupta esse nomina credat, quod verisimile est, & nimium sapè apud hunc auctorem contingit.

Lycaniam omnem, & Phrygiam vtranque, & Myrias.) 777. E. Pleriq; ex Myrias pluratiuo, fecerit Myriam singulare. Atqui Ptolemaeus etiam in Asia duas facit Myrias. Sed hoc magis turbat lectorē, cum hic Lycaniam nominet, & haud dubi Plarygiam, quæ Pyfidia proxima, quenam sit hac Myria cuius hinc fit mentio: vix enim ea erit quæ ad Troadē. Adco obscura hæc distincta sunt apud Liuium, vt nihil ego definitam.

Et Cariam, quæ Hydrela appellant.) 777. C. Strabo libro 14. Vbi de Nissâ vicina Trallibus, ita habet: Ισοπεσι δὲ τρεῖς οἰσταρίαι, ἔθνη χρήνε, ὡς ἀδυνάτων καὶ θερμῶν εἰς λακεσιάνων Θρακῶν παραπλεύσασθαι. id est: Memoria proditum est tres fratres, Athymbrū, Athymbrū, & Hydrelum è Lacedemone profectos, de suis non minibus condidisse vrbeis. Hæc ille. Paucæ aliqui de Hydrelis reperias. Nam Nissam postea omnes hi concellere habitarunt, vt idem authorē est Strabo eodem in loco. Exterum peius me vrget quod Liuius subiungit, agrumq; Hydreletanum ad Phrygiam vergentem. De qua enim Phrygia loquatur non admodum certum, vt de Myrias quoqueiam diximus.

Thelmesstūtē nominatim & castra Thelmesium.) 777. E. Thelmesus absque aspiratione, & in media syllaba, vrbis est Lycia. Termeſsus verò pere in medio, & in prima syllaba, πεμπανός, Pisidiæ est ciuitas, vt auctore est Straboli. 12. item 13. ad finem. Hic igitur lector dispiciat quid legendum putet: nam nō minus hæc confusa sunt, quam priora.

M. Claudius Celo, M. Attilius Glabrio.) 778. I. Hunc Claudium perpetuò pōst M. Claudium Marcellum vocat. Gelonis cognomen in Claudiōrum familia hanc scio an vīpiam legerim: ergo M. Claudius Marcellus legendum, huius filius anno sequenti fit prætor, cos. autem anno ab Urbe condita 571. Quod ideo admonemus, nam in Chronologia nostra olim hoc neglectum fuerat.

Ideoque nouus competitor inastimabili periurio incesseret.) 778. K. Ita quidam vltimū verbū emendarunt pro intercesserit, vtralij codices habebant. Puto autem Glabriōrem loqui de Catone: verū sensus obscurus est, propter verbum, inastimabili periurio.

Triumphavit mensē intercalario pridie Calend. Martis.) 779. A. coss. bellī Macedonicā anni primi atque secundi, Idibus Martijs dicitur inijsē magistratum: quod verisimile est, & hic obseruatū. Rectè ergo postea de L. Scipione dictum est, Triumphavit anno fere pōst, quām consulatu abiit. Conuenit autē & hæc suppeditatio in annis cum Plinio, qui libro 33. cap. ii. hunc triumphasse ait anno ab Urbe condita 565. eo enim anno fuere coss. M. Fulvius Nobilior, C. Manlius Volso, quanquam iam a bituri magistratu.

Cistophori cccxxxvi. millia & septuaginta.) 779. C. Budæus lib. 2. de Assē cistophorum legendum putat hoc in loco, etiamsi in precedentī Aemiliū triumpho, cistophori in nominandī casu legendum. Ex Feflo autē idem colligit, quod paulò antē etiā admonuimus, denarium Romanum ad cistophorum habere rationē sequitur, ut ad 4. quartā enim pars supererat. Vt igitur de nos denarios in coronatum suppeditamus, ita duodenos cum dimidio cistophoros. Budæus autē toto illo de Assē opere, quantum memini, de Philippis nullum habet verbum, quod equidem miror. Est apud me Alexandri illius magni Philippi filii aureus nummus, sed circuncisus cū genio alato, & ab ea parte hac inscriptione, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, quamuis in vtroq; nomine vlti ma terminatio vix legi queat. Ab altera parte ipsi⁹ Alexandri facies, cū galea sursum inclinat, & crissis in tergum pendente, nullis insigniis literis. Eum numnum olim d. d. nobis D. Erasmus Roterodamus parēs ac p̄ceptōr noſter, cum diui Traiani altero aureo numismate. Memini eximium virum D. D. Bonifacij Amerbachium, p̄teritoris vtriusq; prudentiam, absolutum omnis eruditioris exemplar mihi dicere, videlicet Philippeum apud inclytum virum D. Jacobum Sadoleterum, Epificium Carpenteriorū, ingens seculi huius ornamentum, quem ipse Sadoleter tribus ducatis vt nunc vocant, astmarit, quod videtur verisimile: nā eius ponderis prop̄modum est numismata meū. Videbatur enim (siquidem conciūm non esset) tres æquare posse ducatos. Id etiam verò non absimile, filium neutiquā cedere patri magnificientia voluisse, alio sān, atq; nunc sunt quidam principes, ingenio. Nomen tamen his aereis à patre primū datum, manūt, vt hæc quoq; astate feruari videamus.

Vasorum argum. (omnia cal. erant) mille pondo & ccccxiii. aur. mil. pond. xxiii.) 779. C. Plin. libr. 33. cap. ii. ita habet. Si quidem L. Scipio transtulit in triumpho argenti calati pondo millia quadrageinta L. & vasorum aureorum pondo C. millia. Hæc ille. Sed lector iudicet vtrum exalterat emendandum p̄ter locum. Ingens enim discriben est C. millia & mille pondo. Sed ex numerorū characteribus hæc omnia acciderunt, quod optimo iure in Plinij codice queruntur Budæus. Non minus autem in alijs euēnit authoribus, vt id nunc multis ostendimus locis. At in hunc librum satis ineptiuimus, nunc ad alia properamus.

F I N I S.

IN T.

IN T. LIVII LIBRVM XXXVIII. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO

TATIONES.

PARS vna Heraclea, altera Tetraphyliam.) 780. H. Hæc omnia nomina gentis videtur esse Athamânum, nec ea temere apud alios influens authorés, quanquam de Heraclæa, cum sint totæ tuis nominis verbes, ad monus oportet. Plinius quidem meminit. Et Ætolorum etiam non longe abest, de qua libro sexto huius decadis. Eam Romani cuperant diruperantq; nec usq; uam Philippo datus memoratur. De Theio item ac Ethopia admonemus lectorem, ut vetusta exemplaria diligenter inspiciat.

Principes gentis ad tentandam ultimam spem Rom. mis. 781. D. Priore libro denunciatum Ætolis ait Liuius: Si qua inde legatio ex Ætolis, nisi permisso imperatoris, qui eam prouinciam obtineret, & cum legato Romano venisset Romam, pro hostibus omneis futuros. ita dimisi Ætolis. Atqui hoc loco contrarium Liuius scriberet videtur.

Et Arethontem nauigabilem amnem.) 781. E. Ptolemaeus lib. 3. ac Plin. lib. 4. cap. 1. hunc flutum Arachithum vocare videntur: quanquam Ptolemaica pictura non ad muros, sed ad occasum aliquot stadijs summotum oftendit. Liuius etiam campū hic ponit. Sed si amnis urbem Ambraciā munit, ut hic aut Liuius, oportet hunc campum aliquantum ad septentrionem intelligi: nam aliqui hæc descriptio claudiebat. Epitrota enim ad occasum intelliguntur, cōs. in campo interuentu flumine.

Quinq; simili locis moenia est aggrediens, tria par.) 782. G. Non abf; causa mutatum est dicendi genus. Cum præmisset ablaciūm, quinque locis, subiungit accusatiūm, tria, sed eodem intellecto participio aggressus: perinde atq; dicat, tria quidem aggrediens loca à campo, vnum è regione Æsculapij, vnum aduersus arcem; ita enim sunt quinque.

In arietes Tollenonibus libramenta plumbi.) 782. H. Quo pacto per tollenones librimenta plumbi iecerint in arietes, aut alia item quæ enumerat, vix intelligo: etiam si quid tollenonem dicat, non est obscurū, ex Vegeti lib. 4. Budæus attigit paululum lib. 3. de asse circa initium.

Adiunctis Achæorum quæ partis erant, nauibus.) 783. B. Ita fermè habent, quæ nos vidimus exemplaria: sed legendum puto Patris, pro partis. Patra enim oppidum Achæorum ad finum Corinthiacum. Non est hoc negligētum in ultima Frobenij editione.

Suspensō furculis ab hostibus muro.) 783. C. Hæc verbain plerisque codicibus recentibus, & anteriore parte & posteriore distinctione munera leguntur, sed nihil minus obscuro manente sensu. Sulpicor mendam subesse. Quidam pro furculis legunt futuris, quod ego non intelligo.

Ab Afia Thoas & Dicæarchus, ab Europa Menestas & D.) 785. A. Quatuor hic enumerantur, quorum treis posuit lib. 5. nō ita longe ab initio: Thoanta prætotem gentis Ætolorum, fratrem autem eius Dicæarchum ad Antiochium missum, quanquam ad eundem eodem in lib. Liuius postea Thoanta missum dicit, atq; adeo Menippum regis legatum secum adduxisse, ut ibidem annotauimus. Porro Democritū ad Nabim Lacedæmoniorum tyrannum iuuisse legatū. Et præter hos tres, Nicandrum ad Philippum Menestas, sive ut quidam scribunt, Meneṭte, nulla quod sciam vspianum mentio. Videat igitur lector, collatis locis, quid legendum censeat.

Dum pro argenteis decem unus valerer.) 785. C. Multi de hoc numero dubitant, de verbis etiam magis. Atego puto Liuium, neque per argenteos, denarios, neque per aureos Romanos, qui ceterū valebant numismis, significare voluisse, sed rationem auri ad argentum, qua ratione Romani multum lucrabantur, quando analogia au-

tri & argenti requireret in singulos aureos ut minimum xi. argenteos. Verum hæc non sunt huius negoti. Sequente statim verū legendum L. Quintio, non T. Quintio. Lucius enim cum Domitio fit cōs. anno 9, decadis huius. Tiltus autem ist. cum Ælio.

Transgressi Mæandrum, Phileram, Comen perue.) 785. E. Ita emendarunt quidam, id quod ante ait erat ad Comanen: verum quo moti authore, non dum scire potuit. Quidam Hieran Comen emendarunt.

Nouæ vr. Apameæ nomen inditum ab Apam, forore Seleuci.) 786. F. Strabo lib. 12. non ita longè à fine ait, Antiochum Sorera ex Celanis homines in Apamiam transiulisse, vrbe mīq; appellasse de nomine matris Apamæ, Artabazi filia, quæ Seleuco Nicatori nupta fuit. Liuius in his barbarorum nominibus non admodum sollicitus fuisse videtur, aut forte alios secutus.

Inde ad Gordiuticos, quos vocat, processum est.) 786. H. Qui fintilli populi, fateor me ignorare nam quod de Gordio ad Iuliodordio authores scribunt, nihil huc pertinere puto. Fortassis autē Orcaorcos legendū, quorum Strabo meminit libr. 12. postquam de Pessinunte dixit. Quidam legunt Gordiutichos, quod tolerabilius, quam quam locus obscurus est. Item quod continuè subnectit, ad Tabas, idem Strabo in eodem libro Tabes vocate videtur, proximas Peltis. Rursus cū Liuius subiungit, quæ vergit ad Pamphylium mare, id neutiquam intelligo. Et illud equites amphibolón, sitne nominatiui causus, an accusatiui.

Tertio inde die ad Chaum amnem peruenit.) 786. H. Neque Chaum, neque Erisan, sed neque Thabusion facilè inuenias. Indus quoq; hoc loco fluuius, nō fallor, à Plin. Ninus dicitur libro 5. cap. 28. Quod de Chao dicimus, idem postea de Muleo (quod quidam Sylæum vocant) ac Alimne, sed Cibyrensis regionis sunt ad Mæandrum.

A Cibyra per agros Ideniū exercitus ductus.) 787. A. Quidam Sideniū emendarunt, sed Sida Pamphyliæ maritimum est oppidū longe ab hoc tractu. Strabo lib. 12. inter Pisidiæ vrbes & Sindam nominat, & lib. 12. ad finem rursus eius meminit, ybi & Cibyra & Cabalesum. Plin. lib. 5. cap. 27. Sindam ait esse in confinibus Galatiae atq; Cappadociæ, Calaurem amnem Calaritenq; paludem haud scio an usq; legerim. Strabo lib. 12. Tattæ paludis meminit in hoc tractu. At ego nihil defino.

Ad Manandrum manserit, inde prog. ab Lago.) 787. A. Ad Mæandrum legendum puto, reclamavitibus omnibus exemplariis: neq; enim adhuc ab hoc flumine declinavit Manlius. Lagum vrbe apud neminem inuenio. Quidam pro Mæandrum substituerunt Mandru-pum, quod ego nescio.

Inde ab Lysis flu. fonte postero die ad Cobul.) 787. A. Ab Lyci fluminis fonte legendum puto, cuius in hoc tractu omnes meminerunt: Cobulati autē, quod eisdem sciam, nemo.

Telmenes eo tempore Isodenium arcem vrbe capta.) 787. B. Vtrunque nomen corruptum existimo. Telmenes per lin. prima syllaba, & i in secunda (vt ante diximus) Lycæ etvrbs. Termessus verò per in prima syllaba, ac e in secunda, Pisidia. Cum igitur Pisidia supra Pamphyliam, ybi cōs. Manlius iam pescabatur, ego Thermesfenes legendum puto. Sed pro Isodenium, legam ex Plinio lib. 5. cap. 27. Hyriensium.

Ad flumē Taurum primo die, postero ad Sile.) 787. B. Videtur Liuius hoc loco historiam valde accidisse, tædio ut puto, tot locorum in longinquâ natione, ad interim obſcuritas in alijs mansit locis. Itinera enim diligenter perscripta locis, multū lucis adferunt; quod in Herodoto clarum est, & in C. Cesare. Tauri fluminis hoc tractu

nemo, quod equidem sciam, meminit. Silenu come que sit, & quae ignotum. Quidam Xylinen Comen emenda runt, quod nescio quam probe.

Ad Cormasam vrbe peruenit. Darsa prox. vrbis.) 787.B. Cormasam Ptolemeus in Psidia ponit. Darlam nemo quod sciam. Derba & Perga videntur ab hac pescatione nimis distates. Pro Lyfione ego Lyfiniam ex Ptolemao legerem, quam quidam Lyfinoen vocant.

Inde in agrum Agalassenum.) 787.C. In agrum Sagalassum legendum puto, ut etiam quidam emendarunt. Sagalassus enim Psidiae vrbis, vt testatur Plin. lib. 5. cap. 27. & Strabo lib. 12. ait ab Apanaea itinere viiius diei dista re. Ptolemaeus in Lycia ponit, longe ab hoc tractu.

Progresus inde ad Rethinos fonteis.) 787.C. Fortassis legendū ad Obrimae fonteis, ex Plin. lib. 5. cap. 29. Nam inter cetera fluminia in Meandrum labentia, & Obri- mae meminit. Rethinos fonteis nemo, quod sciam, me morat.

Postero die Dymas Phrygiae processit.) 787.D. Et quae precedit vrbis Metropolis, & quae sequitur Synada, aut portus Synnada, in magna Phrygia a Ptolemao numerantur. Ceterum Dymas haud icio an vspiam reperias. Dymus mons non longe inde a Ptolemao locatur. Sed iudicet lector.

Ad Beudos, quod vetus appellant, peruenit.) 787.D. Quidam libri Beudos legunt. Sed Ptolemaeus παλαιὸν βῆσις vocat. Quanquam in Pisidis nimis ad meridiem huic itineri, vt Synada non nimis ad Septentrionem. Ante bura nusquam quod sciam, legitur. Anabura apud Strabonem lib. 12. inter Pisidarū ciuitates numeratur ex Artemidoro. Quod autem subiungitur, ad Alexandri fonteis, puto corruptum, legendumq; ad Meandri fonteis. Deniq; Abasium quod sequitur oppidum, non puto facile reperiri.

Quia peruentu erat ad Tolostobogiorum finies.) 787.D. Galatas in Asia treis in populos diuisos, omnes ferre consoluntur. Arqui operae pretium est videre, quam diff rentib; nominibus varient. Tolostobogi & Tolostobogii reperias & in Greceis & Latinis. Quidam etiam, sed corrupte, per o in secunda syllaba. Codices quidam Ptolemai corrupti Tolostobi legunt. Tectofages Plinius ac Strabo si codices non fallunt, per g & in tertia declinatione ponunt, vt C. Caesar lib. 6. Comment. Ptolemeus per c. & in prima. Liuius, nisi & eius codices errare quis dicat, in secunda: omnes ruten pluraliter. Eodem modo Trogmi Plinius per g. Ptolemaeus per c. πάγκοι, uterque dissyllabon. In Strabonis codice verò Trogini per grisyllabon, & in multis Liuii codicibus Trocini per etiam trisyllabon reperias, errore, vt puto, librariorum. In Greceis τεκτοφάγοι τελοσθρας Βαρύτορον, και τεκτοφάγοι τελοσθρας Βαρύτορον paſsim intuentes. Is error vnde in codices veniat, non est difficile coniectu. Idem differentia accedit in oppidis illorum. Nam quod Plinius ac Strabo Taurum Trocmorum oppidum per quintam vocalem, sed consonantem factum uocant in alijs per n. Tarium legas. Et quod Strabo περιστρέψις αλιγ, πιστρέψις corruperunt. Itaque de his omnibus cauere perdifficile est.

Cum Lonnorio ac Lutario regulis.) 787.D. Strabo Leonorium vocat. Lutarium etiam nomen esse Gallum. Cfstr libr. 7. satis indicat, quanquam in codicibus Caesaris Luclarium legas.

Primo die ad Alexandrum flumen, &c.) 789.C. Neq; Alandum flumen, neq; Tyson vicum vspquam inuenio. Quod verò proximo versu, legati Orondenium legitur, errore trium nominū accidit, vt opinor. Nam Plin. lib. 5. cap. 27. Oranda vrbem in Pisidie montanis ponit. Sed idem lib. eodem, cap. vltimo, Oeandenses Galatia populum ponit: ergo hic absque dubio Oeandensem legendum. Tertium nomen est Oenonda Cabalia oppidum, vt idem Plinius meminit libro eodem. cap. 27. Strabo lib. 13. ad finem Oenoandrum vocat. Ex his igitur nominibus error ille facile nasci potuit.

Ad Plitendum deinde ad Haliattos castra po.) 789.C. Hac nomina corrupta esse, etiam ante nos quidam con-

questi sunt: sed neq; à nobis, neq; ab illis restituta. Porro de Axilo, haud scio an vspquam meminerint authores, sicut nec de Euballo, quod quidam Cuballum legunt, Sed tam minuta videatur neglectui merito fuisse.

Sangarius ex Adoro monte per Phrygiam flu.) 789.D. Sangarium Plin. lib. 6. capit. 1. in Phrygia oriri ait, Ptolemeus non longe à Didymo monte. Strabo apud Sangarium vicum. Callum autem suscipere flumen & Strabo & Plin. perhibent. Addit Plin. Tembrogiā, Ljuius Tymbrā, quidam Tymbretum. Sed mendam puto in Liuo, sicut & hoc, cum in Propontidem illum se effundere ait, quod apud neminem authorem reperias, opinor.

Postero die ad Gordium peruenit.) 789.E. Gordium olim Galatia caput fuisse Plin. authore est lib. 5. cap. vltimo. Strabo autem suo tempore in vicum redactum scribit. Apparet non longe à Pesinunte abfuisse. Ceterum quomodo tria maria pari ferme distantia in intervallo habeat, ad Helleponē, ad Synopen, & alterius ora littora quā Cilices maritimi colūt, id in Ptolemai pictura non appetat. Adiicit Strabo Cleonem quendam ex Gordio rursus vrbem fecisse, & Iuliopolim appellasse. Plin. libro iam dicto ait Gordiu Comen postea Iuliopolim dictam. Ptolemaeus sane Iuliogordum ad Sipyolum montē: duas autem Iuliopoleis, alteram in Bithynia ad Sangarium, alteram in Phrygia magna Calatis finitimum ponit, vt planū non sit quid in his potissimum sequēdum. Quanquam de toto hoc cōsidero. Manlij itinere non opus est vsque adeo esse solitū quenquam, cum ille nec proxima iuerit, nec nomina constent, vt multis iam demonstrauimus locis.

Olympum montem petere.) 790.F. Nusquam in Galatis Olympum inuenias, neque eum facile credo fuisse, qui in Myria est Propontidi imminens, vt Strabo ait lib. 12. etiam ea regio quae ad Helleponē est, Trocmis vetigalis fuerit: quare hoc nomē corruptum puto, maxime quod paulo p̄dō cōsidero. Ancyrā venīst dicatur ter tis castis. Ego plane Didymum, quem ita Ptolemaeus vocat, describi existimo.

Diuersos Tectofagas alium mōtem qui Magana dicitur.) 790.F. Nec hic mons apud vspnum, quod sciam, authorem inuenitur. Ego ex itinere descripsi coniūcio eum esse quem Ptole. Giganta vocat. quanquam apud eum codices varient: quidam enim Olyanta, quidam Oliganta nominant: sed variationem eam accidisse puto ex articulo Graco masculini generis, & deinde vna ac altera immutata litera, vñimis sepe vñi venisse videmus.

Ex Tralli Thraces.) 790.K. Ego Triballi legendū existimo, quos Ptolem. in inferiori ponit Myria, Thracibus vicinos. Tralles autem ad Meandrum flumium non ita longe à Sardibus idem collocat, quod in superiobus iam sepe admonuimus. Nisi quis existimet & in Asia quoq; Triballos habuisse, vt Tralles ac Myros, quod tamē absque authore non facile dixerim.

Cos. tertij castris Angyram nobilem in.) 792.H. Ancyrā omnes alij vocant, sed hoc fecit mutarum cognatio & n. Valerius autē Maximus lib. 6. cap. 1. hunc Origionem, si codices non errant, vocat Orgiagontem, vbi eadem recenset historiam.

Eneam quidem, vt amans, gratuito, cerro au. ponat.) 792.I. Et ne eam spem gratuito, vt amans, fecit, sed cerro auri, inquit, pondere paetus. Ideoq; alij haec nō recte emendarunt ad hunc modum: Et ne eam quidem vt gratuitā amans. Eam enim, spem refert, non mulierem.

Aliaque (vt traditur) & sanctitate, & integ.) 793.A. Illud alia, meo quidem iudicio, corruptum est: quāquam aliquo pacto intelligitur, si cum sanctitate connectas: vnde Et coniunctionem quidam sustulerunt, sed nō sat fit cordat lectoris animo, quapropter exemplaria vestuta diligentius inspicienda.

Et Morzia auxiliares.) 794.G. Pusillum quidem hoc, tamen consideratione nō indignum vñsum, sitne Morzi reguli nomen potius, quām populi mihi reguli videatur, vt Ariarathis.

Subtractionē super æquimeliū in Capit.) 794.K. Ad quid

quid illa substractio, & quo pacto facta super aquimelium, vix à quoquam intelligi potest: cum alioqui, quid sit substractio, ex Vitruvij lib. i. satis sit clarum. De aquimelio item ex libro quarto Liuij ab urbe condita. Suspicor itaque, ut quod sentio, ingenuè fatear, hunc locum mutilum.

Vicos autem Cranonij, & Phalenses, & Samæ dederunt.)795. A. Quidam Cranonij & Sami emendarunt. Scholastæ verò in Thucydidis librum scutum σίμη (inquit) δέποτε πάντας τερπόνται σάρκας. Ipse autem Thucydides, καὶ παῖδες (inquit) οὐτε φαλλισταὶ καὶ αναρρωνιαὶ λαδισταὶ τερπόνται σάρκας, παντοῖος, παροῖος, περινοῖος, id est. Sitata autem est Cephallenia ad Acharianam & Leucadem, cui quatuor sunt ciuitates, Pallenses, Cranij, Samæ, Pronæ. Quare perperam hi Liuij codicem emendarunt legendum quæ, Vicos autem Cranonij, & Pallenenses, & Samæ dederunt. Nisi forsitan quis putet haec ne Liuij quidem admodum nota fuisse, quod mihi tamen non fit risibile. Pro Pronæis quidam ante Granios posuerunt Nesiota, atque ita legunt: Vicos Nesiota, Cranonij, Pallenenses & Samæ dederunt.

Sed triplex scutale crebris suturis duratū.)795. C. Quidam triplicis Scytales legit, & ad duratum referunt tellum, quod præcessit. Tolerabilius est si triplex scytale legeretur, sed durata oportet sequi. Alij putant scutale in neutro prolatum genere. Ego puto Liuium describere lacentem, cui imponitur lapis ad quam loca dependet. Ceterum quod mox sequitur, Coronas modici circuli magno ex intervallo loci affuerit traijcere: nisi expressus significientis & gestus, & ad scopum certitudō, ego quid sibi ea verba velint, haud assequor.

Nocte adorti vicum maritimū nomine Lamin.)796. F. Huiusmodi vicum nemo, quod eodem sciam nominat: Laconica: suspicor legendum, nomine Laan, siue contractum Lan, tribus à Cytheo stadijs distans opido, vt author est Pausanias lib. 3. Meminit & Strabo lib. 8. Item ali, vt Ptolemaeus.

Et ager Belbinatis.)797. D. Huius agri mentio, ni fallor, est aptid Strabonem lib. 8. ac 9. Opinor autem Insula eius quae Salamini proxima: quanquam quibusdā haud immerito dubium videri potest, quomodo tanto à Lacedemonie spatio agnum eum tyranii possidere potuerint. Deinde quod Liuius subnecrit, eidem ciuitati, de Megalopoli intelligo. Belbinam insulā Plin. lib. 4. cap. 12. ait esse contra Trezeniam.

Cui per octingentos annos asseuerat.)797. E. In Chonice Eubœi inuenies septingentos annos, aut 690. Tu vide quid legendum.

Cos dedisse inscriptum est.)798. F. Nec cos. nomen expressit, nec annum, itaque hoc totum dubium.

Quina dena mil. ped. imperant, & mille ducentos equi.)798. G. Si priore loco distributiva sunt nominatae pedestibus, erunt & in equitibus. Sed ego xv. millia pedi tūlibentius lega sine distributione. Itē paulo post: Ut termina millia pedestri, ducentos equites: lego ducentos equites.

Cum iii. millibus militum Oronda.)799. B. Oronda Pyridæ vrbs, vt paulo ante ex Plinio ostendimus. Hic autem genere neutro ac pluratito profert numerum, vt in sequentibns rursus. In Plinio certum videri non potest quia sit generis. Nam sepe ita ponuntur neutra, vt Patara. Quidam etiam Oroanda scribunt.

Cis Taurum montem usq; ad Tanaim aminem.)799. C. Tanais amnis in his locis nemo, quod sciam, meminuit. De Tanai autem Asis ac Europa termino intelligere, absurdum. Vide sitne legendum Lalafim amnum, cuius Plinius mentionem facit lib. 5. cap. 27. vbi de gente Isaurica. Nisi quis de Melæ antiquo fine Cilicie, vt codem loco notat idem, intelligere malit, aut Cararaenam Pamphyliam amnum.

Néue minorem ex belli causa, quod ipse illatu. erit.)799. D. Qui monerem, pro minorem, hoc loco legunt, bene legunt, sed quod statim subiungitur citra Calicandrum, legendū Calycandrū, ex Plinio, Ptolemaeo, ac Strabone, quanquam in Ptolemei plerisq; codicibus Caly-

nus legitur. Fluminus est Cilicia. Sarpedonem item legendum, non Sarpedonium, ex ijsdein authoribus.

Argenti probi xii. millia Attica talenta dato.)799. E. Priore libro, vbi Antiocho pacis conditiones à Scipione dicuntur xv. millia talentū Euboicoū nominantur. erant autem iam tria millia persoluta: quæ gitur restant, sunt xii. millia talentū. Sed enim hic nunc Attica atq; ea octogenarum libratur, vbi antea Euboica. Euboica autem sunt qui in quagenerarum septenariū librarum cum singulis trientibus ferè, vt Budæus supputat. Ingensigitur hic effet accessio. Itaq; vel Euboicum talentum maius fuit, aut Liuius dtiob. his locis diuersos scutus videtur auctores: nam lapsu hoc factum non videtur verisimile. Sed neq; placet quod quidā excusat decem legatos auxisse summam. Budæus hæc verba Liuij inuera esse recte scripta: nemo enim Latinè dixerit, millia talenta. Quare ipse legendum putat, argenti probi Attica talenta xii. millia, vel Atticum talentum.

Et Lyfinachio Acarnane & Chalcidensis Eubulo.)800. F. Minasymacho legendum, & Eubulo, vt superiore libro à Scipione peruntur. De his tamen duobus Chalcidensis dubito. Nam lib. 5. huius decad. vbi Chalcis ab Ätolis tentatur, Euthymidas princeps ac exul, & Herodotus mercator similiter extul nominantur, non Eubulus, non Philon. Verum id iudicet lector.

Et Ilienibus Rhœtum & Gergithum addiderunt.)800. A. Qui pro Gergithio, Gætgartum legendum existimat, errat. Strabonis Cræsus codex quem Aldus exhibuit, Gergithum per in medio identidē habet, cum Herodotus per scribat. Interpres Strabonis videtur melius habuisse exemplar, quām sit Aldinū, per enim scribit, vt Herodotus. Faciteriam non nihil ad hunc errorem vulgi abusus, qui & eodem pronunciant sono. Paulò pôteriam Phocænibus legendum, vt sit à Phocæa Äolidis vrbe actiuum φοκαι. Nihil enim hic de Phocide Græciæ regiæ.

Et Lyaconiam & Mytiadem & Lydiam.)800. I. Antonius Sabellicus hoc loco pro Mytiadem pitat rependum Myria, cum Liuius priore versu Myrian post duas Phrygias numerat. Ego Miliada restituendum censeo, cuius in Pamphylia multi meminerunt auctores. Præterea Telmissum hic Lyciæ vrbum designari, non Termissum Pamphylia, quod Strabo lib. 13. de Eumene facit, vbi de Lyciæ vribus.

Quia pars eius citra, pars eius ultra Taurū est.)800. I. Vix definire queas, qui huius diuisonis termini fuerint, ita superius Tanais flumen nominavit, cùcis Taurum ditionem definire veller. Hic ipsam Pamphylia in duas diuidit patteis, idq; per Taurum montem. Ceterum si dem mons Chelidonio promotio disternatur, vt Plinius in q; lib. 5. cap. 27. atq; potius Tauri initium montes dictiuntur, qui supra Chelidonias insulas sunt in Pamphylia ac Lyciæ confinibus, vt Strabo asseuerat lib. 14. non video quomodo Ptolemai pictura, vel ipsi auctores iam citati, cum Liuij hac descriptione conueniant. Mibi sane in codice Liuij multa suspecta: sed itudicent doctiores.

Inde postero die ad Cypelas peruenit.)800. K. Hic gænere feminino Cypelas quidam legunt, cum lib. 1. huius decados Cypela neutro genere dixerit. Strabo lib. 7. Cypelos vocat singulare numero. Est autem locus inter Hebrum ac Melana Thracie fluminis.

Astij, & Cœni, & Maduateni, & Coreli.)801. A. Astios puto, à quibus apud Ptolemeum εἰσιν præfectura, vt à Cœni καταβούσι. Plinius Cœnicos vocat eos populos lib. 4. cap. 11. Corelos non sacerdopterio. Ptolemaeus καταβούσιν vocat præfecturam. Item Plinius dicto loco Celetas. Ex his letor dispiicit quid restituendum. De Maduatenis nihil inuenio.

Circa templum Mendidiū castra loco aperto.)801. C. Vendiditum habebant quidam codices. Vnde quidam Bendidium entendarunt, sed nō placet. Nam Mendidia inter multa alia Thracum sacra Strabo numerat lib. 10.

Aliæ angustæ circa Timpira excipiunt.)801. D. Herodotus

doto lib.7. Strymam oppidum hoc tractu ponit. Tim-
pita quid sit, non reperio. Quidam Tempyra legit, quod
mihi & quae ignotum.

Transiens & ipsa Thracum.) 801.D. Idem Herodotus
lib.5, ab initio Trausos vocat, apud alios authores rara
illorum mentio. Quidam codices Transi per n legunt,
sed perpetam. Apud Herodotum etiam per t prima, non
theta scribitur.

Priaticus campus eos exceptit.) 801.E. Priatici qui sunt,
nusquam inuenio. Ceterum Herodotus lib.7.vbi Xerxis
a Dorisco iter describit, hoc in loco Briantice regionis
invenit. Plin. etiam lib.4.cap.11. Prianarum, variatum
in p. & b. haud magno discrimine. At litera n omitti non
debet.

Ab statuus diei via Apollonia fuit.) 801.E. Hac vrbem
author noster, ut ex descriptione liquet, inter Maroneia
ac Abdiram ponit. At Plinius loco iam dicto inter Stry-
monem ac Oesymam memorat. Est autem longe alia ab
ea qua sequitur paulo post ad Ionium mare.

Donec in Macedoniam peruererunt.) 801.E. Prole-
maus Macedoniam longius ad septentrionem extendit
quam alij authores: quod ante etiam alicubi admonui-
mus. Itaque Neapolis qua Ptolemaeo est in Macedonia,
Liuius & Plinio est in Thracia.

Sed ego in ea ciuitate, qua ideo omnibus rebus.) 806.
F. Alij legunt, sed si ego, quod vetusti codices non habet.
Sequitur enim statim post, si nolle, si graue ac superbum
exitimare, &c. Nisi quis repetitam coniunctionem si,
putet ob longum quod interpositum erat Hyperbaton,
quod mihi non probatur.

Aut nobis videri velint hostem.) 806.G. Vobis haud
dubie legendum, non nobis. Est autem sylllogismus οὐ
μέρος, tanquam si Manlii aduersarij obiecissent: Si ho-
tis fuit terribilis, temere cum eo congressus es: si fuit
effeminatus, non meruit triumphum. Ille contra ob-
iectiōnēi hanc in eos convertit: Si hostis fuit terribilis,
meruit triumphum: si effeminatus ac emollitus, non
temere eos inuasi. Nota etiam id genus locutionis, de-
cretare virtutes, pro laudi detrahere.

Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus
erat.) 808. C. Aulus Cellius lib.7, cap.19. hac ita recitat,
perinde atq; P. Scipio pro fratre Lucio haec egisset, qua-

hic Gracchus pro P. Scipione egisse narratur. Valerius
Maximus lib.4.cap.1. tanquam Gracchus pro Lucio, non
Publio, hac agent, narrat. Liuius paulo post omnium
narrat opiniones.

Nec præbita est materia ingenio quo ad primū conf.)
808.K. Verba hac in plerisque codicibus alterisco notata
sunt, quia sunt oppido obscura. at in ultima Frobenij e-
ditione ex veteribus codicibus recte emendata. Priore
quidem consulatu magis in Africā apparauit exercitum
quam res vllas gesserit: secundo Italiam nunquam egressus
est. Ergo prima vita pars memorabilior quam po-
strema.

In L. Scipione malim equitē librarij mendum.) 809.
D. Hocego ita intelligo, vt Liuius dicat legi debere apud
Antiatem, Scipionem sex millia pondo argenti, & quadri-
ngenta octoginta auri plus accepisse, quam in ærariū
retulerit. Quæ deinde ita Liuius comparat, ut sex millia
podo auri, & quadringenta octoginta argenti, ut librarij
corruerant Liuij opinionem, & quæ ducientes quadra-
ges H. s. Rursus sex millia pondo (ut Liuius vult apud
Antiatem legi debere) argenti, & quadringenta octoginta
auri, & quæ ducientes quadragies H. s. quæ ratio non admodum
differt à Budæi suppuratione. Ostendit autem aurum eo
tempore non tanta in estimatione fuisse Romæ, ut po-
sterioribus inde annis: quod etiam ipse Budæus multis
locis asseruerat. Ceterum huius historiæ Gellius meminit
lib.4.cap.18. & Valerius Maximus lib.3.cap.7.

Senatum eo die fortè cœnante in Cap. corsurre.) 810.
I. Cui a surrexit senatus, ambiguum. Gracchone tam
bene merito de republica, an P. Scipioni, qui cum statim
verba sunt. Aemylia item responsio nisi eam Graccho
vel affinem vel valde fauentem intelligamus, quid fibi
velit, non planè capio.

Hanc regionem dierum plus triginta in longi.) 811.C.
Viginti legendum, pro triginta, vt sit dupla ratio longi-
tudinis ad latitudinem: quanquam ne hoc quidem verum est.
Siquidem Herodotus Asis huius latitudinem à
Cilicio mari ad Pontum Euxinum, quinque dierū iter
expedito facit, libris primo ac secund. Verum P. Scipio
Nasica, hic omnia exaggerat.

F I N I S.

IN T. LIVI LIBRVM XXXIX. HENRI-

CHI GLAREANI LORITI ANNO-
TATIONES.

 RANSLATVM deinde ad Apuanos Li-
gures.) 812.A. Apua oppidum est ad fon-
teis Macra fluuij, ut quidam dicunt, ex
fragmento Catonis de originib. quibus
quantum credere debeamus, iudicet alij.
Certe Sempronius co.s. posteriorib. annis Apuanos Li-
gures vicisse dicitur, vbi etiam ad Macram habitatio eo-
rum refertur. Frisianates autem Ligures, deinde montes
Auginum, Ballistam atq; Suismontium, non temere re-
perias apud authores: quod ideo admonemus, ut vetu-
ltiora eo diligenter inspiciantur exemplaria.

Fulvium temporis iacturā facere.) 812.D. Verba sunt
ad huc Amburij tribuni pleb. At illud, Marcus Fulvius,
postum videtur: intelligiture enim vel contradicatur,
vel quid simile. Nisi quis locum corruptum pu-
tet, cuius gratia & nos locum notauimus.

Dum nesumma octoginta millia excederet.) 814.H.
Quidam admonuerunt octoginta legēdum, non octin-
genta, & recte. Sed quare hoc ita, cum nihil adiceretur,
dicere non potuere. At ego H.s. intelligo aut nummum.
Nam xris si intelligamus, videtur nimis parua summa,
pro ea quam Fulvius paratus erat in eam rem expende-
re. Quanquam libro decimo huius decados M. Aemylia
Lepido Censori & pontifici maximo ludos non am-
plius decretum, quam viginti millia xris, qua summa

quadruplo minorest octoginta millib. xris, quare cum
nemine ea de re pugnauerit, quicquid adjiciatur.

Inde primū lectoris æratos, vestem stragul.) 814.K. Vi-
de ut acceperit lectum, cum ait, lectoris æratos. Nam ve-
stis stragula etiam mentio lib.4. huius decados in ora-
tione Catonis.

In triumpho tulit Cn. Manlius Cor. au. CCII.) 815.A.
Quidam codices x. habent pro XII. Ceterum hic numerus
librarum est, non coronarū, sicut superius in M. Ful-
vij triumpho, aureæ coronaæ CXII. pondo.

Stipendum collatum à populo in publicum, quod
cius.) 815.B. De quo stipendio loquatur non est certum.
Nam qui secundo Punico bello in publicum dederant
pecuniam, ijs tertia ac vltima pensio soluta fuit, lib.3. hu-
iis decados: deinde vicenos quinos & semisses in millia
xris datos: intelligo alios, ut exceptis semisibus sit vsura
semiquincuncaria, quam nunc vulgus iurisperitorum
ex semisse vocat, cum vsura ex semisse in mille essent se-
xaginta. Sed hæc alterius sunt negoti.

Ex duabus Hispanijs cum literis C. Attinij, & C.
Mali.) 815.C. Superiori libro, co.s. M. Valerio Messala,
C. Liui Salinator, anno vero ab Urbe cond. 566. legunt
tur horum prætorij nomina, C. Catinius, & L. Manlius.
Hic Manlius ad finē huius libri triumvir creatur cū Na-
sica & Flaminio ad coloniam Aquileiam deducendam.
Malus

Malus in circu instabilis in signum Pollentia.) 815. C. Cuius rei ille malus fuerit, explicatiū yellem. Tū Pollentia qualis fuerit Dea. Festus Potentiā interpretatur, quæ merito Romæ, si vpiam alibi, templum habere debuit.

Via vna corruptela Bachanalia erant.) 816. F. Ita habebant plerique codices, vt corruptela singularis esset numeri. Alij pro nominatio Bacchanalia, genitiuum substituerūt, vt corruptela pluralis sit numeri, hoc sensu. Corruptela Bacchanalium erant vna via ad corruptendum pupillum. Sed vtrumque intelligitur. At magis de hac, quæ mox sequitur locutione dubito, quid sibi velit, Bacchis eum se initiatiram, & rursus toties post, Bacchis initiari velle, de qua iudicet lector.

Vt Hispanam itidem ex Auentino libertinam.) 817. A. Pro iridēm quidam tēpōfuerunt identidem, quod mihi dīplicet. Veteres sānē codices indidem habent, & significatio magis hic congruit, & verbū ipsum apud hūc atēthorū frequens est.

Datām opērā esse vī primo quoquē tempore compr.) 820. F. Ita habent veteres codices quidam, in alijs tamen alteris cōnotata. Quidam emendarunt, data opera est. Quod si ex vetero codice fecerūt, perplacet. Sin, quā nūnc plerique omnia audent, propria temeritate, male eis precandū, ingentem enim feneſtrām aperiunt ad audacter corrumpendos authores, cum alioqui diligenter inspecta fuissent vetera exemplaria.

Qui stupris ac cedibus violati erant.) 820. G. Vide ut id verbi violati, accipiat, quā dicas inquinati, & qui alios violari h̄t: nisi quis corruptum putet locum. Sed sunt talia etiam apud Salutium.

Ex tua quā sic ibi vetera arā.) 820. H. Quidam emendarunt hunc locum pro scibis, ponentes si quā ibi, quod mihi quidem placet, vībi, non ibi repōfuerint, quā quam cum nemine ea dēre contendero.

Cum Lusitanis in agro Hastis sig. coll. pug.) 821. C. Ita plerique habent codices, sed hoc alii emendarunt. Astam enim abisque aspiratione Ptolemaeus in Bætica ponit, vt & alij, quō Lusitani facile peruenire poterant. At in Lusitanis nemo ponit neque Astam neque Hastam.

Cum Celtiberis acie conflixit.) 821. D. Hi locus ostendit Celtiberos in citeriore Hispania esse, qui tamen sunt trans Iberum: nisi quis dicatoeis Iberum transgressos in Romanorum citeriorē prouincia. Arqui de citerioris vltioris que Hispaniā veris terminis vix certum est definire. Annixus est hoc Pli. li. 3. ca. 1. sed obscurè admodum. Imò paulo pōst cap. 3. fatetur veterem citerioris formam mutatam. Primum quidem, meo iudicio, annis Iberus fuit limen vtriusque prouinciae: at posterioribus deinde annis multum adiectum fuit citerior.

Galli transalpini trāg: ēsī in Venetiā.) 822. F. In Venetiā dicit, quod authores in Venetos frequentius dicit: nisi quis loci corruptū putet, quod ego tamē nō existimo.

Postero die prōtōrē facti P. Cornelius Cethagus.) 822. F. Hoc Cethagus nuper est additum. Sed & anno sequenti P. Cornelius Cethagus fit prōtor: quare hoc mihi suspeſtum, vt multa alia hoc loco, maximē quōd prōtori sors omisſa est hoc anno, & prouinciarum ordinatio, prāter huius decados & morem & consuetudinem.

Perr̄hebūt connocondylum.) 823. E. Neque hoc oppidum, nec quæ sequuntur, Malœam, Certinum, Menelaid, Perram, Xinias ac Paracheloida facilē reperias. Cittinum oppidum Doridos nihil ad hūc locum. Xiniarum etiam lib. 2. huius decados mentio, non item apud alios.

Direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quæ ad Thraciā Paroreiam subeat.) 824. K. In noua Frobenij editione bene habent hāc loca. Ceterū Parorei qui sint, non admodū constat. Pli. tamen li. 4. ca. 10. vbi de Actio: Ab hoc (inquis) amne Paoniæ gentes Parorei, Heordenenses, Almopij, &c. Quidam codices Pliniani Parorei habent. Videri etiam potest Appellatium nomen Parorei, quasi dicas montibus vicini, quod intelligitur quidem, obscurum tamen est.

Tulit coronas aureas quinquaginta duas, aurī prēterea pondo.) 825. E. Initio huius libri duorum imperatorū,

M. Fuluij & Cn. Manlii triumphi memorātur: in quib⁹ numerus non est ipsarum coronarum, quot numeros fuerint, sed potius pondo, quot in vniuersum ex corona habuerint auri libras: etiam si in Fuluij triumpho post eū numerum, & post argenti pondo, auri quoque pondo subiicitur. In Cn. Manlii triumpho post coronarū pondo, nulla deinde auri pondo numerantur. Athoc in Triumpho L. Manlii coronarū est numeris, non pondo, nisi codex erret. Deinde auri ac argenti numerus subiectus est. Hac à nobis notata sunt, vt lectori suum sit iudicium. Neque enim ego eam rem valde virgo, sed exemplaria vetusta conficienda sunt.

Haud procul Hippone & Toletō vrbibus.) 826. F. Nemo, quod sciam, in Carpetanis Hipponis meminit. Qui dam codices Dippone habuerunt, vnde Hippone factū Ptolemaeus Carpetanorum Liboram & Hippionis nūme rat. Tu vide quid sequaris.

In Liguribus Ingaunis.) 827. C. Strabo Albigaunum Ingaunorum oppidū nominat, similiter & Ptolemaeus: quāquam pleriq; eius codices habent Albitaunum, facile permutationē in r.

C: Decimus Flaccus, P. Séproniūs Lōgus, P. Cor. Ceth.) 827. E. Hunc Decimum, alij Decimum, & Flanum, quin etiam Flatum cognomināt. Hoc autem mirum quo patet. P. Cornelius Cethagus hic rursus sit factus prōtor, cū priore anno fuerat. Sed hoc antea admonuimus.

His Clitorē in Arcadia datum est concilium.) 829. A. Κλιτώ est apud Strabonem lib. 8. ad finem. Nomen sūt Arcadiis nepotis, à quo & oppidum nomen accepit. auto re Paufania lib. 8. Et vide si ab accusatiuo Græco κλιτη, factus sit nominatiuſ ſeminiinus Clitora, vnde hic genitivus Clitora, quod ſpē Latini feciſe videntur, quā ſunt qui abique diphthongo in ablativo Clitore legendum putant, vt Carthaginē.

Spicie, inquis, cōquim est fēdus apud Achēos.) 830. G. Ita quidam diſtinguit post Achēos. Ego poſt fēdus diſtinguēdo. Ceterū quid arguit habeat hīc verba, Sennio Appi, & ſi non oportet, nō indignor, lector dispiat.

Scripteritq; nonageſimo anno.) 831. G. Cicero in Lælio mentionem faciens dialogi de Senectute, sub persona Læli ita ait: vt memini Catonem uno anno ante quā mortuus est, mecum & cum Scipione differere. Porro ille annus eodem authore erat Coss. L. Quintio Flaminio, M. Acilio Balbo, noſtra ſuppuratione ab Urbe cond. 604. quo tempore Cato annum quartum ac octogesimum agebat, vt apud eundem ipſe Cato in eodem de Senectute dialogo fatetur, paulo poſt vbi de Nestore. Quapropter ſi poſteriorē anno mortuus est, vt Lælius affirmat, non excelsit quintum ac octogesimum annum, cū hic non ageſimo anno ſcripſile memoretur. Sed diuersum authores tradiſſe appetat. Quod ſyllus in his numeris ſupponetis est, in Lælio videtur emendandus, legendumque, aut ſexto aut ſeptimo anno ante quā mortuus est, quā ſequitur, lectori ſuſidio hāc committit: nobis ideo an hoc aita, vt occaſione ſtudiosis daremus & emendandi authores, & iudicandi diligenter. Nec hoc quoq; planum eſt, quo Catonis anno Liuius voluerit Sergiu Galbam (qui Seruius Sulpitius Galba verē nominabatur) ab ipſo Catone in iudicium duxit: niſi quis diſtinguat, poſt ſcripſit, & nonageſimo anno referat ad ſequentia. Vide Florum li. 49. ac conſeruata, videbis q; non omnino ſtriculam hanc noſtram dubitationem.

Coierat apud prōtōrem L. Flaccū, qui collega.) 832. G. Valerius Flaccus Catonis in conſulatu collega, hoc anno non fuit prōtor, neque viderit alicui ſubrogatus. Itaque lego, apud competitorē L. Flaccum. Quidam locuta emendarunt, Conſeruantq; prāter L. Flaccum.

Coronas aureas tulit LXXXIII. & XII. pon. argenti.) 832. K. Paulō antē teſtati ſumus hos ac ſimiles locos nobis ſupponetis esse. Nam niſi nudus hic eſt triumphus, & Cripini etiam nullo ſenſu. Tantudem inquit, aurī, quantum argenti in eo triumpho translatum: at quantum aurī, hoc enim uero omiſſum eſt, quod & in alijs accidide mihi fit veriſimile. Quidam pro LXXXIII. legunt LXXXIII.

&c xii. M. pondo. Itēm, tantundem auri atque argenti, vt Crispini summa referatur ad Calpurnij, quæ præcedit, sumnam.

Et fabulæ tattuum sine auctore editæ credidit.) 833.B.
Si Valerius fabula credit, certè Cicero quoque in Cato, ne fabulam narat, quippe qui eandem eius rei gestæ ad fert causam. Hoc etiam obiter notandum, cum ante se- pennisum L. Flaminius cos. sine proximo deinde annis procos, hoc in Gallia facinus commiserit, cur illis tū Cetiforibus non fuit notatus? Titus enim frater biennio post factus est Censor, vt non videatur quibusdam locum ha- bere ea apud Ciceronem ratio in Catone, vbi ita inquit: Tunc hinc Tito fratre suo Censore, qui proximus fuerat, elapsus est. Mihi verò & Flacco nentiquam probari potu- it tam flagitiosa & tam perditabilib[us] &c. Sed sciendum, hoc exemplū esse, Censores maxime initio iam magistratu nō senatum legero cōsuessi: ideoque Flaminium hon- statim vt magistratu abijt, è senatu pulsum, sed ad hoc yl- que tempus impune illi fuisse, quare Ciceronis ratio be- nè procedit.

Et his rebus omnibus termini in millia æris.) 833.D. Hoc obscurum est. Non ita longè ab initio huius libri, viceni quini & semifiles in millia æris à quæstoribus soluti refe- runtur. Quanquam haud scio sintne hi loci comparadī: nam à me in hoc citatur, vt si quid lectorem iuuare que- ant, occasionem neglexisse non arguanur.

Molem ad Neptuniæ aquas.) 833.D. Quæ sint illæ Ne- ptuniæ aquæ, certo scire nō potui: sed puto locum ad ma- re Latinum, vt & Formianus ille mōs. At quæ Cato atria in Latomijis emit, ea in vrbe aut prope fuisse existimo. Verba autem de vestigialibus locatis, & à senatu oblitra- tis (nam hoc sonat verbum induci) indigent etiam atten- to lectore, vt innamque omnia bene habcant.

Iudem triumui Q. Fabius Labeo, & M. & Q. Fulvi?) 833.E. Neque hoc scire possum cur dicat, iudem triumui- ri, cùm nūquam antea, quod sciam, horum triumuiorū sit mentio, quanquam alios quidem magistratus gesse- rint.

Id eos vt prohiberet, quoad eius sine bello posset.) 834.G. Notandum etiam hoc locutionis genus: omnia sanè quæ nos vidi mus, ita habent exemplaria.

Et Messene descuerat à concilio Achæa.) 835.C. Qui- dam mutarunt, Messenij descuerant: sed non erat opus, cum post Philopoemenis morte Liuius de multitudine Messeniorum ita quoque loquatur: Viæta namque (in- quir) Messeno bello, expauscentib[us] Achæis dedit noxiōs. Ego tam temere non mutarim authorum verba absque verusto exemplari.

Ad præoccupandam Coronam.) 835.C. Strabo lib. 8. & Paulanias li. 4. ad Pamum aminem Coronem Messen- iæ ponunt. Corona verò Bæotia est oppidum ad Heli- conem montem, vt idem Strabo li. 9. tellatur. Meminere & Plinius & Ptolemæus utriusque oppidi. Ceterum ex Strabone li. 9. colligitur, Corona Coronæ tetrasyllaba bon dici, à Coronæ verò Coronæ trisyllabon: tametsi Plinius Coronæ finum vocat eum, quia ad Coronem Mes- seniæ est. Ego Liuium hoc loco Coronem scripsi puto, non Coronam, nisi quis eitis rei differentiā parum eum curasste puter.

Ego neque his, neque Valerio assentior.) 837.C. Quia in re Valerio Antiatum (nam de hoc haud dubie loquitur) non assentiantur, comminisci non possum. Nam quod de tribuno Nævio subiungit, nihil ad Antiatum, qui duos Petileos P. Scipioni diem dixisse scribit, nō M. Nævium, vt ipse Liuius superiore libro fatetur. Ad rationem autem, contra Polybium atque Rutilium, obijci fortassis pote-

rat Scipionis exilium, quod ipse sibi non patria fecerat, in causa esse potuisse, vt L. Valerius princeps senatus crea- retur, nulla Scipionis nota. Magis me mouet Ciceronis authoritas, apud quem Cato ita de Scipione Africano lo- quitur: Anno ante me Censem mortuus est, nouem an- nis post meum consulatum, cum cōsiderum me cōsiderum creatus esset. Hæc ille. Fuit autem hic annus tertius ante hunc quo Hannibal mortuus dicitur. Obiter etiam hoc loco notandum, quod paulo post hanc art. L. L. tribunos plēb[is] tribus mensibus ante cōsiderum inijsle magistratus quam haud scio, an perpetuū obseruatū.

Exercitum in Odrysas & Dentelecos & Bessos dñi.) 838.G.
C. Quidam Dentelochos emendarunt. Apud Plin. lib. 4. cap. ii. tum Denfeletæ, tum Dentelete in codicibus vetu- toribus legas, vbi & Bellorum meminim. Ptolemæus ve- rò inter Thracia præturas & Dantheleticen & Bessicen enumerat. Strabo item li. 7. Danthelotas vocat & Bessos; itaque hoc & Grecis & Latinis variatum est codicibus; quare quid sequendum, lector ipse dipiciat. Philippopolis verò autem Trimontium dicitam, & Plinius & Ptole- mæus pérhibent. Plinius etiam Ponerepolim olim. Ptole- mæus Hadrianopolim suo tempore.

Oppidum in Derriopō confidere instituit.) 838.G. Deu- riopus nomen loci apud Strabonem lib. 7. prope Lymp- has (ut ipse vocat) & Pelagones. Derriopum nūquam in inuenio. Thucydides lib. 2. Doberum Pœnīz facit oppidū, quod Ptolemæi codices interris literis vocat Daborum. Stobos autē Pelagonum oppidum Ptolemæus facit, non ita prope Paxona. Quanquam ex Liuij verbis non planè constat, dūtisne vrbe condere instituerit. Philippus, an- vnam dūtaxat, vt continuata sit lectio, distinctionibus non collis intercīla, quod videtur verisimile. Et hic lecto- ris esto iudicium.

Et Saturnia colonia ciuium Romanorū in agrum Ca- letra.) 839.B. Ptolemæus (si codices non errant) Saturnia- nari coloniam vocat, vt puto, in Thuscia, vbi & Plinius Saturninos populos ponit, agrumque Caletranum. Sed nihil mutem.

Eodem anno A. Terentius prætor.) 839.B. Quidam etiam libri procos habebant, sed non placet. Quidam libri etiam C. non A. habebat, & hic & in superioribus, sed neque hoc placet: nam sequentis anni prætor Terentius id prænominis habet.

Citerior Hispania in pace fuit eo anno.) 839.B. Vlteri- or legendum, non citerior, vt tertio ante a. anno in præto- rum forte liquere potest, & sequente itē statim libro duo bus locis.

P. Ämylius iterum.) 839.C. Ita habebat quidam veteri- stiores codices, sed errant, quod initio libri statim sequen- tis patet. Quanquam in prioribus neque P. Ämyliū, neque P. Manliū inter prætores inuenio, Lucios vtrumque. Certè anno xiii. huius decad. M. Valerio Mellala, & C. Liui Salinatore cōsiderum. prætor Hispania citerioris dicitur L. Manlius Acidinus. tametsi ritus anno x.v. hu- ius decados non ita longè ab initio huius libri C. Manliū legitur, errore vt puto omnium codicum. Hoc igitur loco legam, L. Manlius iterum, non P. Manlius, etiam si post orationē Demetrij libro sequente repetatur P. Manliū. Atibidem quoque, vt initio sequentis libri, vltioris Hispania dicitur fuisse prætor, qui anno xiii. vt paulo antē diximus, citerioris dicitus est. Fortassis autem & hoc historia variatū est, aut author lapsus memoria in re non magni admōdum momenti.

INT. LIVII LIBRVM XL. HENRI

CHI GLAREANI LORITI ANNO
TATIONES.

Hec Rhodiorum quarentium de Sinopensum clade.) 840.I.Que hac fuerit clades, ne verbo quidem ante, quod sciam meminit Liuius: hic vero quasi rem notam intro ducit.

In Emathiam, que nunc dicitur, quondam appellata Paeonia.) 840.I.Plin.lib.4.ca.10. ait Macedoniam antea dictam Emathiam, cuius partem septentrionalem Paeonia ac Pelagonia protegi subiungit. Sed ob vicinitatem hac confusa videntur ab historiographis, quando ne geographis quidem omnia ad amulsum discriminata visuntur. Porro huius loci compositio mihi non admodum placet.

Ex composite sermones ad spretionem Romanorum.) 842.G.Ita plerique habebant libri. Alijs spretio vox insolens viā spēm reponerunt: sed compositionem fecere, quam ego planè non intelligo.

Redierant quos forte miserat in Basternas.) 842.H.Basternas pēr e plerique habent codices in secunda syllaba, at Graci per a primam vocalem in secunda, ut Strabo atque Ptolemaeus. Plin.lib.4.cap.14.vicinos Peucinīs ac Dacīs facit. Idem Ptolemaeus in Sarmatiā Europea descriptione.

Demetrius per vim, quod excluderetur, paulisper vocife.) 843.B.Per vinum quidam emendarunt: at mihi legendū videtur, per viam: sic enim facere solent adolescentes, & viā pauldāntē mentio.

Sociabilem confortionē inter binos Laced.reg.) 843.D.Rara vox confortio, sed apta tamen. Loquitur autem de ijs qui ab Aristodemī gemellis geniti, per multa deinceps tempora Rempub. Lacedæmoniorum concordi rexere imperio. Aristodemus enim quint⁹ ab Hercule, Proclen ac Eurysthenem genuit gemellos, à quibus deinde regum Spartanorum duplex descendit genus. Vide ea de re Herodotum libro 6. ac duobus sequentibus, ac Pausan. lib.3.

Noxium huic esse caput.) 844.K.Cum precedens oratio, acitem sequentes duæ, bina habeant membra, miror quid sibi hac verba velut mutila velint. Fieri autem potest vt quid defit: quicquid id est, admonēdus fuit lector.

Misera hac & metus crapulam facile excussit.) 847.A.Quid sibi velit vox hac miseria nescio. Fortassis fratris in uidiam intelligit, & patrem scire vult quæ domi sua sint acta, quæ item in domo Persei. Totum autem malum inde ortum, quod Persus ad Demetrij domum Speculatoris mittere non dubitauerit. Sed iudicet lector.

Idenī vitij meis non cedent, cui ius fasque est.) 847.D.Sed ne hac quidem verba intelligo. Duo proponit: alterum, nunc non sperandum regnum, quod minor sit, quod maiori cedendum dicat patre alterum, nec ambigendum vñquam de eo forsan. Nunc lector videat vt hac verba sequantur, & vt intelligenda, denique an putet in codice mendam esse.

Ne inuidia conflagrem, cū criminē non possem.) 847.E.Benē habent hac verba, sed non tam clara sunt, quām certam habent argutiam, & vide an criminē acceperit pro coniuncta culpa.

Vt omnibus appareret noctis pro. cri. fa. reuictum.) 848.G.Hoc reuictum, vt ingenuē fatear, me male habet: videri poterat in vñraq; dictum partem, vt vter peccauerit, coniunctus diceretur, nisi sequeretur mox, suspectam nimiam cum Romanis Demetrij gratiā esse. Itaque non videntur esse responsa verba, sed authoris, qui obiter populi de responsō regio iudicium narrat.

Tum quoque nō placet sibi.) 848.H.Totus hic locus de recipiēdis armatis Liguribus obscurus est: neq; enim explicatur quomodo recipiendi: deinde num verius pro melius acceperit. Et quid hic senatus non placeat, obscu-

rum est. Denique ad cōs. proad cōss. positum velletur.

Translatum argenti pondo millia cccxx.) 848.K.Pro millia legēdū puto mille, nec ad cccxx. referendum, alioqui author dixisset cccxx. millia, quæ fieret immensa summa. Sensus itaque est, mille pondo argenti translatum, ac præterea cccxx. Atque ita facilē conueniet cum alijs triumphalium de ea regione imperatorum summis. Quidam legunt ix. millia cccxx.

Qui seruitutem seruissent.) 849.C.Vide, libertines ne conditionis homines, an eos qui postlimini redierint, dicere velit: nam seruos vix credo, etiam si continuo ingenuos subiungit. Porro statim post vbi promontorij Minervæ meminit, de eo intelligo, quod in Picentinis inter Surrentum ac Salernum è regione Proclite insulæ à Ptol. ponitur. Barium eodem auctore non longe à Salapia ad offia Aufidi amnis. Meminit eius Horat.lii. serm. faty.5. Via peior adusque Bari mœnia pīcosi.

Bellum quæ à Biliensibus cōcitatum in Sardi.) 849.E.Quidam emendarunt, ab Ilenibus: At ego legendū puto ex Strabonis lib.5. Ilenibus: nisi quis porius Ilenibus, per u in secunda syllaba, legere velit. Illæ duas eius nominis apud Ptolemaeū sunt in insula, altera è regione Populonia, altera inter Corsicam ac Sardiniam.

Apud L.Puppium prætorem.) 850.F.Quidam codices Th. habebant, sed L.legendum. cōss. enim M.Claudio Marcello & Q.Fabio Labeone, L.Puppis fit prætor Apulia. Proximo autem anno eum anno Bacchanalium questiones cū omni cura executus erat L.Pothumius Tempanus. De huius autem Puppij executione nihil, quod sciam, meminit Liuius.

Et leges de ambitu cōss. ex authori.) 850.F.In pleris que codicibus hac verba mutila erant, quanquā ne nunc quidem fatis clara: quippe ea ita narrat, quasi ex priorib. nota sit, cum nusquam earum legum antea, quod quidem sciam, sit mentio.

Primum querit ab eo.) 850.L.Hic querit, nemo responderit: itaque quidā suspicantur defectam esse orationem, at ego nihil definio: multa enim similia passim in hoc libro repertas.

Septimus demum castris ad radices montis.) 851.A.Nō ita longe Aemus mons à Medica absit, sed parua regem fecisse itineria, verisimile est.

Vrbem, quam Petram appellant, oppugna.) 851.C.Id nominis hoc loco apud neminem inuenio: sed fieri potest, vt cum re nomen quoque vetustate abolitum sit.

Ad Astreum Paeoniae Demetrium mittit.) 852.F.Ptolemai codices Astreum cum æ diphthongo in vñraque habent syllaba, d̄s̄eu. Heracleam autem puto Lyncestidos, quæ est ad Erigonem amnem.

Duos equites ad M. Bebium cōs. cum literis Pisās.) 852.K.Pauldāntē in ordinandis huius anni exercitibus de M. Pinario, qui exercitum in Sardinia diuturus erat, Liuius hēc scribit: Sumere à Cn.Bebio proconsule, qui Pisās hybernabat, iussus prætor. Quare hoc loco legendum: Duos equites ad Cn. Bebium proconsulem cum literis Pisās mittit. M. Bebius enim huius anni cōs. nondum eras Pisās, vt ex paulo postsequenti contentionē senatus ac cōss. clarum euadit.

Duumiiri nauales creati Macientis & C. Lucretius.) 852.B.Bis poitea alter duumiri ororum L.Cornelius Dolabella prodit: quare videndum, hic locus quām benē habeat.

Eodem anno in agro L.Petilij scribæ.) 854.H.Operarium fuerit videre quæ Plinius libro 13. capite 13. scribit, vt lector comparatione facta iudicet vter verisimiliora scribat: nam neque nomina propria, neque arcana aut librorum numerus consonant. Sed est hoc quoque, vt pleraque

plaque alia, apud authores variatum. Meminit & Vale rius lib. i. cap. i. sed obiter.

Principio veris exercitiū in Carpetaniam.)855. C. Cum Q. Fulvius citerioris Hispaniae prator esset, Carpetani autem Lusitanis vicini, nō video, quo pacto hāc diuīsio ha beat, quod antea etiam testati sumus. Eburam verò oppidum Ptolemaeus in Lusitanis ponit, Eboram in Edetania. Eburia m vbi reperias, nescio.

Vbi quinque milium armatorum, nō ampl. refi.)856. F: Cum L. Acilio, missi erant sex millia auxiliariorum, & sinistra ala. Hēstium verò in castris relictorum quinque millia hic produntur, qui certe intra vallum ac fossam facile sex millia Rom. arcere poterant, nec memorabilis errata paucitas ad Romanos castra oppugnanteis. Quare ego corruptum hunc numerū puto; & legendū, vbi quingenti armati, non amplius, relictū aut, quingentorum armatorum, non amplius, relictū erat prāsidium, quare exemplaria vetusta hic inspicienda, neq; enim verisimilis videtur narratio.

Ad Cōtrebiam deductæ legiones.)856. H. Haud temere id nominis reperias. Contributam autem Ptolemaeus ponit, ad Anam fluvium, non ita longe ab Ebura. Meminere & alii.

L. Manlius Acidinus.)857. A. Huius cum alijs duobus trium viris etiam mentio est ad præcedentis libri finem. Caterium aut duo fuere L. Manlii Acidini, ut paulò post duo M. Attilij Clabriorum: aut qui in Hispania viteriore hoc anno prætor fuit, non Lucius, /ed vel Caius vel Publius dictus est: vt sit error vel anno 13. huius decados, vbi in omnibus codicibus Lucius dicitur, vel ad finem præcedentis libri, initioque huius, vbi P. Manlius iterum prætordicitur. Difficultatem facit nobis hoc iterum, quod ad finem prioris libri etiam admonuimus.

Vota erat b̄ cos. L. Porcio Ligustino.)857. A. Atqui Liuinus præcedenti libro ab his cō s. nihil memorabile gestus scribit, nec licuit temere adēyouere. Alij hunc locū asterisco notarunt, fortassis quod illud, aurata statua, bis repetitur: quod tamē ego ideo factum puto, ne videatur dicere illam primā fuisse statuam, sed primam auratam.

Et cum Biliensibus gente, nō nunc quidem omni parte.)857. C. Quidam, vt ante admouimus, Biliensibus emendarunt, quod nescio quām probem. Strabo verò lib. 5. Iohensium (vt diximus) prædonum in Sardinia meminit, de quibus profecto hic Liuinus. Caterium quare Liuui quoque arate, cum Romana potentia omnia armis dominata haberet, in alios latrocinando faxirent, rationē eodem exhibet loco Strabo, cum de ijs, tum de alijs eius in fuligine montanis.

Q. Fulvius Flaccus in locum vitrici cō s.) 859. A. Aut errore est in prænomine, aut duo fuere uno tempore Q. Fulvij Flacci: alter huius anni cō s. Calpurnio subrogatus: alter sequentis, quod mihi non sit verisimile. Nisi quis dicit, quod hodie quoq; in quibusdam vrbibus obseruatur, vt qui subrogatus fuerit, sequenti anno fiat cō s.

Qui Taurisānorū traducere Ligures.)859. D. Hæc verba in nullo exemplari benè habent. Vide num de Taurisānorū agro loquatur. Taurisānos enim in Samnitibus non memini me legere.

Argentidata centum & quinquaginta millia.)859. C. Adiectum puto H.S. Nam si pondo intelligamus, nimis magna erit summa, quam in ahlegatos Ligures erogare voluisse Rōmanos, non est verisimile.

Hæc noua allata res, omisissique.)859. E. Quidam hūc locum sanatū putarunt, si que coniunctionem sustulerint. At ego miror si Liuinus ita loqui voluerit: recipit tamen excusationem.

In fractis omnib; hastis transcur.)860. H. Vix apud me definiō, vt illud in fractis explicandum. Nec id mirū cuiquam videri debet, cum Grammatici etiam apud Virgi. hæsitant:

*Tinus vt infra dictos aduerso arte Latinos. Et in 7.
Nec noster bonus infra dictum edat Famul loco.*

quanquam diuersum videtur.

In mensibus suis dimisit legionē.)861. A. Obscurus s-

nè locus, & præterea corruptus, cum sequentibus aliquot versibus. Nā modō de M. Fulvio Tribuno, mox de cō s. Fulvio loquitur, iterum cō s. certiore facit: sed quis, & vtrum, nescio.

Quinctius ad ea dedisset Duronius.)861. D. Ethic locus corruptus erat, in nouissimo Frobenij codice egregie restitutus. Narratur Duronijs respōsio. Atillud Corcyra, lectorē turbat: nisi in Gentij potestatē eam suisse tum insulam existimemus, quod dubito.

Recusante quod sibi faceret.)861. E. Ethic verba non minus recte in eodem emendata sunt. Sed paulò post, B. Ultimum de cō s. quod comitia turbaret, hoc in quam vltimum, mihi suspectum. Quod si vel fulmen, vel monstrum, vel portetum legeretur, melius intelligeretur sed lectoris esto iudicium.

Q. Fulvius Flaccus ante pontificem max.) 862. F. Et haec verba eodem in codice oprimē sunt restituta. Nam L. Acilius pontifex quidem factus est, sed nō maximus: Æmylius autem factus est pontifex maximus, vt ex cō s. quibusdum liquido patet.

Aut prouinciam dimittendam.)862. G. Menij prouincia erat Sardinia: dubium igitur de cō s. loquatur, an negotium veneficij prouinciam vocet: sed judicet lector.

Et signati Oscensis nummūm centū sep.) 862. H. Haud dubiè hic locus corruptus est. Nam post auri numerum sequi debebat & argenti & nummorum summa, quæ hic temerè confunduntur, vt raccē quod in immensum summa haec excreceret. Et signati Oscensis nummūm cō s. septuaginta tria millia. Porrò argenti Oscensis mentio cū alias sepē, tum li. 4. huius decad. in M. Ælij & Q. Minutij prætorum triumphis. Illud quod continuo adnectitur, Militibus de præda quinquegenos denarios dedit: corrupte pro quinquegenos legitur, nimia enim esset summa, si ad dona aliorum imperatorum compares, quæ admodum ex prioribus satis liquet.

Lege Bebia creati, qui alternis ad quatern.) 862. H. De haec lege nulla in anterioribus, quod equidem scīa, mentio, sicut neceius senatus consulti quod paulò post sequitur de ludis factum, L. Æmylio, Cu. Bebio cō s. Vbi obiter etiam notandum, Cu. legēdum, non C. vt falsō in codicibus scriptum est.

Aut certē muratum malit.) 863. B. Quidam malintemendarunt, sed haud scīo itā authores casū regimen, quod vocant, in verbis mutare consueverint. Paulò post, ambo in accusatiō legitur, pro ambos: vt Virgilius duo pro duos dixit i. Æneid.

Si duo prærēta tales id, et nullifit.

Terra vīos. Quanquam maior necessitas Virgiliū vrgebat. Et poterat etiam hoc in Liuio corruptum videri, si non adē frequens esset in veteris oribus codicibus.

Nisi fortē implacabiles fueritis, implacauerint animi vestr.) 863. C. Legendū puto, implacabiles vestrē īrē im plicauerint animos vestros.

Etin probrum sum spōsionem fac.) 863. E. De haec spōsione nihil in superioribus, quod scīam, dixit, cū duobus præcedentibus libris harum iniunctiarum multis sepē meminerit verbis.

Vt in Vacceos per Lusitanā iret Albinus.) 863. E. Hæc verba peraliquot versus male habent, & egregie confusa videntur. Albino in Vacceos eundum erat, Graccho in Celtiberos. Caterium Munda oppidum Bætica est, vltioris Hispaniae, hīc tamen à Graccho oppugnatur, quapropter & loca quoque corrupta videntur. Certimā nō men apud nullum authorem inuenio.

Numerum quater & vices.) 864. F. Ita legebatur in quibusdam codicibus, ataliū adiicerunt seftarium, quasi non idem sit seftarium qui nummus.

Et primum quēsūtab cōne sibiliceret.) 864. K. Legō: Et primum quēsūtab ab eo, licerētne sibi acīsū viuere? Sic enim minus dura erit compositio, sensusque dilucidior.

Quoniam illos ad me propinunt suspicere.) 864. K. Qui dam emendandum putant, prodeunt suspicere, sed non placet. Quidam, pignit suspicere, sed nec illud omnibus placet, locus à nobis celiq; uitatur dubius.

Ergauia inde nobilis & potens ciuitas.) 865. A. Ptolemaeus Ergauicam nominat in Celtiberis, hanc ut opinor virbe: quanquam idem in Vasconibus Ergauiam ponit (vt Cræcum nostrum habet exemplar) Ilergetibus vicinam. Res non magni momenti.

Veramque pacem, nō fluxa ut ante fide Cel.) 865. B. Si construēdum, veram pacem fuisse, pro non fluxa legam nec fluxa: alioqui addenda erat coniunctio, ut diligenter expediti faciliè patebit.

Bis cum Bracharis egregiè pugnasse scr.) 865. B. Plin. li. 4. cap. 30. ait Durium anno T. iurdulos à Bracharis discernerere. Cæterum Liuius hic de Albino, Propius (inquit) vero est serius in prouinciam peruenisse, quam ut ea astate potuerit res gerere. Superitus vero ait Collegam T. Sempronium eum in ulteriore Hispaniam Abino madasse, ut Q. Fulvium certiorem faceret, Tarraconom exercitu duceret, &c. Si igitur hac astate T. Sempronius tota actanta egit, potuit & Albinus, prægressus Sempronium, ea astate res gerere. Diuersos autores opinor secutus Liuium.

Quæ incommodè opposita videbantur signa.) 865. C. Apposita legendum puto, quanquam id parui momenti. Hoc magis miror, quod paulò post in omnibus ferè codicibus legatur, L. Nummius, pro L. Mummius. Is est qui Corinthum cepit bello Achaico, yndę ipse quoq; Achaeus dictus est, cos. cum L. Cornelio Lentulo post primū Scipionis Æmylianii consulatum.

Item dedicauit ad Larium permaninum.) 865. E. Hic locus magnam habet difficultatem. Primum quidem, qui sint Lares permanini, quod adhuc quæro, nec vsipiam me legere memini. Deinde quod ait, Vouerat eam annis quadraginta antē L. Amylius Regillus: id non ita habet: nam hic Æmylius classe adueritus Antiochum pugnauit anno XI. huius decados, L. Cornelio Scipione, & C. Lælio coss. ut ipse Liuius author est li. 7. huius decados. videlicet ante magnam illam pugnam apud Magnesiam ad Sipylum montem. Quapropter pro quadraginta legendum XI. Et ipsi numeri in codicibus arrofī, facile errorem prebere poterant, x. l. & x. II. Talia sapè negligunt, qui alia optimè emendare solent.

Duello magno regibus dirimendo.) 865. E. Hæc alia huius loci difficultas inuincibilis absq; vetusti codicis fide. Inter Ephesum Camuchumque, inquit. Camuchus quid sit, nemo opinor nouit. Fortè dicere voluit, inter Ephesum Samumque. Quanquam Myonnesum insulam inter Teium ac Samum li. 7. depinxerit Liuius, quam Stra-

bo lib. 14. ait inter Teion ac Lebedum. Porro id magis corruptum, In spectate cos. ipso. cos. enim longè aberant in Thracia, transiunt parans per Hellespontum: nisi diuersos secutus sit authores, ut folet, Liuius. Quæ deinde sequuntur verba, æquè obscura sunt, præcipue de natibus, quas hic ait captas sexaginta duas, cum lib. 7. huic deca-dos quadraginta duas dicat captas, qui error hanc dubitè etiam ex numerorum transpositione ortus est, LXII. pro XLII.

Cum eo Antigonus Echecratis filius.) 866. G. Philippi pater fuit Demetrius, qui decem regnauit annis, cui in regno successit Antigonus Echecratis frater, Philippi tutor, de quo multa Polybius lib. 2. ad finem. Hic igitur Antigonus, qui cum Philippus hunc loquitur, nepos ex fratre tutoris Antigoni fuit.

Forte Xythus obuius fit Antigono.) 866. I. De hoc Xycho ne vna quidem verbo villa in superioribus sic metio, cùm alios Persei fautores nominarit, ut Philoclem & A-

pellem. Si haud statim palam facta esset mors regis.) 867. B. Vi detur altera parte defecta oratio, & aut legendum, pro haud, nam alioqui nullus sensus est. Neque enim haud statim palam facta est mors regis.

Eares Antigonus sapè Iunius cum ipso.) 867. C. Locus est mirè corruptus, quem nos sanare non possumus. Ceterum etiam hoc dubium, de eodem Antigono loquatur, an de alio: sed videtur de eodem Echecratis filio loqui, quasi dicat, si aut statim palam facta esset mors regis, aut Antigonus domi fuisset cù patre, si modò ille adhuc viuebat, admoneri potuisset. Sed ea omnia mihi suspecta sunt. Scio quosdam emendare conatos, sed mihi non satisficerem.

M. Attilius Volso, prætorum inde tribus.) 868. H. Caſiodori catalogus habet Cn. Manlius Volso. Sanè Manliorum cognomen Volso fuit, alij A. Manlium vocatum putant. Omnidè Attilius nomen non placet, vt ut fuerit prænomen. Hoc etiam mirum, trium prætorum nomina omissa. At in fragmentis decados sequentis, huius anni prætores T. Eburus, & P. Ælius Tubero iterum nominantur prætores, si forte ea vera sint omissorum prætorum nomina, quod equidem indiscutibilem relinquo. Veteres codices etiam C. Claudium habebant, non T. quod mihi placet. Nam T. Claudius prætor fuerat anno ab Urbe condita 573. Hic igitur C. legendum.

